ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS XVII - VOLUMEN XVII

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MDCCCCXXV

Annus XVII - Voi. XVII 15 Ianuarii 1925 Numi. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARI UM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

CAE TH AGINEN SIS IN" INDIIS

ERECTIO PRAEFECTURAE APOSTOLICAE DE «SINU»

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christi Domini mandatum i «Ite, docete omnes gentes», prae oculte habentes, a quo, meritis licet imparibus, ad Petri cathedram, inopinato I>ei consilio, evecti fuimus, nihil inexpertum omisimus, quod ad Evangelium in orbem propagandum tentari posset. Quoad igitur difficiles temporis nostri condiciones id permittebant, summa ope contendimus, ut novae Missiones constituerentur, prout rerum locorumque opportunitas requirebat.

Quum autem in finibus Carthaginensis dioecesis in Columbiana Republica, regio adsit *Sinu* nuncupata, ubi plura millia infidelium originis vulgo Indianae nuncupatae incolunt, ad eos aliosque ibi commorantes melius pleniusque evangelizandos et in fide christianisque moribus instituendos, expedire visum est ut Missio aliqua seu Praefectura Apostolica ibi constitueretur.

Quum vero venerabilis frater Archiepiscopus Carthaginensis in hanc sententiam prorsus conveniret, et dilectus filius Noster Ioannes Cardinalis Benlloch *j* Vivó, Archiepiscopus Burgensis, onus in se susciperet deputandi ad hoc Missionis opus sacerdotes Seminarii sui pro Missionibus exteris Burgis fundati, suffragante quoque Nuntio Apostolico penes Columbia-

nam-Rempublicam, oblatis Nobis precibus annuendum censuimus. Quapropter, de Apostolicae potestatis plenitudine, suppleto quorum intersit, vel sua interesse praesumant, consensu, praefatam regionem vulgo *Sinu,* intra fines dioecesis Carthaginensis positam, ab ea disiungimus ac separamus et in Praefecturam Apostolicam, *de Sinu* nuncupandam, erigimus, hac lege ut eadem curae et regimini Seminarii pro Missionibus exteris Burgis conditi subiecta et credita maneat, simulque, iuxta Constitutionem *Sapienti Consilio,* omnimodae subiiciatur iurisdictioni Sacrae Congregationis de Propaganda Fide.

Huius vero Apostolicae Praefecturae fines, de communi consensu statuti, qui sequuntur erunt: linea describetur a septentrione usque ad meridiem fluminis Sancti Georgii, per occidentem a puncto dicto *La Boca de Perico* usque ad ipsius fluminis fontes; et ipsa ex parte occidentali fluminis Sancti Georgii regiones, quae sequuntur complectetur: 1) *San Benito,* cum muninicipiis *Punta de Blanco et Santiago,* cum omnibus domibus et villis vulgo *rancherias* nuncupatis; 2) *Caimito,* cum suis municipiis *Los Cayos y Mamón* ceterisque domibus et villis; 3) *San Marcos,* cum suis municipiis *La Flores, Cuenca, M Pital, Candelaria, M Limón, El Tablón,* ceterisque villis et domibus; 4) *Ayapel* ad occidentem paludis vulgo *Ciénaga,* cum municipiis *Cecilia, Cintura y Vré,* aliisque villis et domibus suis. Haec linea pertransibit flumen *Sinu* per illapsum fluminis *Pio Verde* usque ad limites Praefecturae de Urabá. A fontibus fluminum *Sinu* et *San Jorge* ¿lescendet per orientem ipsius fluminis *San Jorge,* limitem habens cum dioecesi Sanctae Rosae, decurrens per utrasque ripas fluminis *Cauca* usque ad *Boca de Guamal* in *Brazo de Loba* fluminis *Magdalena.* Qua in conscriptione includuntur districtus *Sucre,* et *Majagual* et flumen *Mojana* cum suis municipiis, villis et domibus. Noviter sic erectam Praefecturam *de Sinu* sufiraganeam constituimus archidioecesis Carthaginensis. Paroeciae de *Majagual* et de *Sucre* per duos sacerdotes dioecesis Carthaginensis regentur, sicuti modo, quoadusque Seminarium Burgense pro Missionibus exteris habeat alios missionarios in ipsas paroecias mittendos.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum interest, vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus, ad quos

spectat, inviolabiliter observari debere; et si secus super his, a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus.

Hisce omnibus, ut supra, dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Eobertum Vicentini, Archiepiscopum Helenopolitanum, Apostolicum Nuntium in Columbiana Eepublica, eidem propterea tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere tamen eidem imposito ad Sacram Congregationem Consistorialem mittendi, intra sex menses a praesentibus Litteris acceptis, authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Non obstantibus regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis; specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus; ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus quoque et mandamus ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides in iudicio et extra illud, quae hisce Litteris adhiberetur¿ si exhibitae vel ostensae forent.

Nemini ergo, quae hisce Litteris dismembrationis, constitutionis, erectionis, derogationis, statuti, mandati et voluntatis Nostrae decreta sunt, infringere vel eis contraire liceat. Si quis tamen, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, sciat se incursurum.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quarto, die decimasecunda mensis iunii, Pontificatus Nostri anno tertio.

O. CARD. CAGIANO,
&. R. E. Cancellarius.

© C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen.,
8. C. Consistorialis Secretarius.

Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus.*
Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £8 Plumbi.

Reg. im, Cane. Ap., vol. XXX, n. 13.

LITTERAE APOSTOLICAE

I- . ••

TITULUS AC PRIVILEGIA BASILICAE MINORIS CONFERUNTUR ECCLESIAE PAROECIALI SANCTI BARTHOLOMAEI BONONIAE.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Exstat in Bononiensium civitate, Sancto Bartholomaeo Apostolo dicata, valde decora ecclesia, quae fertur primitus erecta fuisse a divo Petronio, eiusdem civitatis Episcopo et Patrono, super fundamentis cuiusdam sub terra positi sacelli ad veteres christianos pertinentis. Heic vero postea, temporibus, uti aiunt, medii aevi, Sororum Cluniacensium monasterium fuit, quod, saeculo xvi, domui cessit Congregationis Theatinorum, qui novam ecclesiam opera praestantissimorum artificum exaedificandam curarunt. Per duo fere saecula Bono? niensem domum atque iunctum templum presbyteri Theatini habuerunt, ibique sacro animarum ministerio sollerti studio vacarunt divinaque officia laudabili cura celebraverunt. Templum ipsum structura extrinsecus atque intrinsecus praenobili excellit: dari marmoris petraeque opifices mirificis idem operibus sculptis ornarunt, eiusdemque altaria, parietes et caelum pictores inlustres imaginibus depictis decorarunt. In eodem praeterea plura Sanctorum corpora aliaeque insignes relliquiae asservantur, quas christifideles pie religioseque colunt. Hodiernus autem parochus Nobis testatur olim huic templo Basilicae titulum tributum fuisse, cum ex verbis in tabula scriptis firmiter interiori ecclesiae parieti apposita hoc constet; licet authentica hodie documenta desiderentur, probabiliter ob politicas saeculi XIX perturbationes deperdita, quae ius ad ipsum titulum demonstrent. Supplices proinde preces ipse curio ad Nos admovet, ut memorato honoris titulo, cum adnexis privilegiis, suam paroecialem ecclesiam honestare dignemur, cum nunc eadem ad pristinum splendorem restituta sit. Parochi vero ipsius, de urbana paroecia ad S. Bartholomaei bene meriti, supplicationes dilectus filius Noster Ioannes Baptista S. R. E. Presbyter Cardinalis Nasalli-Bocca, ex apostolica dispensatione Bononiensium Archiepiscopus, amplissimis verbis commendat; quapropter votis hisce adnuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, conlatis quoque consiliis cum venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi

Praefecto, omnibusque rei momentis sedulo studio perpensis, ad maiorem divini cultus splendorem et¡ spirituale fidelium bonum, curiale templum ad Sancti Bartholomaei Apostoli in civitate Bononiensi, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi, perpetuumque in modum, ad dignitatem Basilicae minoris evehimus, cum omnibus privilegiis et honorificentiis, quae minoribus Almae huius Urbis Nostrae Basilicis de iure competunt. .

Haec statuimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis¿ auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis novembris anno MDCCCOXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

P. CARD. GASP ARRI, *a Secretis Status.*

II • • • • -:,

ECCLESIA BEATAE MARIAE VIRGINIS DE MERCEDE, IN CIVITATE LIMANA, TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Limana in civitate quoddam, Beatae Mariae Virgini sub titulo de Mercede dicatum, templum exstat, quod* uti traditur, anno MDXXXIV in illo solo exaedifiçatum est in quo sacrosanctum Missae sacrificium Peruvianae ditionis intra fines primum celebratum fuerat. Qua Patrona ac Regina nationis populique peruviani in altari maiore sacrae aedis ipsius prodigiosa Beatae Mariae Virginis de Mercede colitur imago, quae die xxiv mensis septembris anno MDCCXXI pretioso diademate, sollemni ritu, redimita est. Templi eiusdem custodia et cura patribus ex Ordine Redemptionis Captivorum Beatae Mariae Virginis de Mercede demandata est, qui non modo, adhibita etiam copiosa ac divite supellectile, sacras in eo functiones actuose et cum haud parvo divini cultus decore peragunt, sed etiam spiritualibus utilitatibus incolarum peregrinorumque, illuc, maxime mense septembri, magno numero confluentium ad opem iugiter praesentem Deiparae Virginis implorandam, provehendis

assiduam operam navant. Eo quidem magis quod in praefata ecclesia reUiquiae quoque Sanctorum insignes adservantur, atque ut ea popularis pietatis quasi centrum sive in Limana civitate sive per finitimam regionem efficeretur, Apostolica Sedes privilegia atque indulgentias pluries concessit. Nunc vero hodiernus Praepositus provincialis, una cum definitorio et moderatoribus cuiusque domus Provinciae Ordinis Beatae Mariae Virginis de Mercede in Republica Peruviana, supplices ferventesque ad Nos preces admovet ut idem templum novis privilegiis atque insigni basilicali titulo honestare dignemur; eiusdemque vota venerabilis frater Archiepiscopus Limanus, idem Excellentissimus Reipublicae Peruvianae Praeses; Vicarius Generalis Ordinis Redemptionis Captivorum Beatae Mariae Virginis de Mercede, innumerabiles viri ecclesiastica vel civili dignitate praestantes unanimi consensu commendant. Putavimus itaque rem Nos tempestivam facturos si, occasione centenariae commemorationis praestantissimae victoriae, « ab Ayacucho » nuncupatae, templum ipsum in Basilicam erigeremus; idque benevolentiae Nostrae erga peruvianum populum peculiare manifestumque testimonium erit. Auditis propterea VV. FF. NN. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrorum Rituum Congregationi praepositis, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi, praefatam ecclesiam, sub nomine ac protectione Beatae Mariae Virginis de Mercede consecratam in civitate atque archidioecesi Limana, titulo ac dignitate Basilicae minoris perpetuum in modum augemus, illique omnia et singula conferimus iura, privilegia, praerogativas, honores, indulta, quae minoribus Almae huius Urbis Nostrae Basilicis de iure competunt.

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illique, ad quam spectant, Limanae ecclesiae plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irrìtumque atque inane fieri si secus, super his, a quoquam, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xii decembris MDCOCCXXIV, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD R. P. Ï). HENRICUM VAN DE WETERÏNG, ARCHIEPISCOPUM ULTRAIECTENSEM, QUINQUAGESIMO APPETENTE NATALI SACERDOTII EIUS.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam, benedictionem. — Tam illustri loco laus tua in omnium conspectu sita est, ut non modo clerus populusque Ultraiectensis, sed etiam plurimi alii virtutis tuae aestimatores natalem sacerdotii tui quinquagesimum, qui adveniat, merito quidem insolitis laetitiae significationibus celebrare gestiant. Etenim nemo ea ignorat quae abs te, in catholicae civilisque rei utilitatem, hoc toto ministerii tui tempore, praeclare acta sint, vel animarum saluti sedulo incumbendo, vel novas aedes excitando vel consociationes omne genus condendo ut caritas ubique, pietas ac sana doctrina in quovis fidelium ordine feliciter promoverentur. Huc accedit quod, tua praesertim opera, et Seminarium minus restauratam est, et catholica Studiorum Universitas Noviomagi tandem patuit, et nosocomium illud *a Sancto Antonio* ceieberrimum, in urbe ista, honoris tui sede, aedificari licuit; tria scilicet religionis, sapientiae et caritatis domicilia, quae erunt magnae tuae sollertiae monumenta. Quamobrem, cum te habeamus carissimum, facile intelliges quam libenter de hac laeti eventus faustitate gratulemur, quamque studiose Dei precemur benignitatem ut pastorali tuo muneri multos etiam adiiciat annos et fructus. Id Nos et nunc facimus, et in ipsa corona gratulantium tibi, licet absentes corpore, praesentes tamen animo iterum facturi sumus. Quo autem angustior fiat sollemnis dies, tibi damus ut, sacris operatus, nomine Nostro adstantibus benedicas, plenariam eisdem admissorum veniam proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Ac caelestium donorum auspex apostolica sit benedictio, quam tibi, venerabilis frater, universo que tuo clero et populo amantissime in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die vi mensis augusti anno atDCCCCxxiv, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

II

AD B. P. D. RAPHAELEM EDWARDS SALAS, EPISCOPUM TIT. DODONENSEM, PRAESIDEM CONSILII CONVENTIBUS EUCHARISTICIS IN REPUBLICA CHILENSI APPARANDIS: DE TERTIO E TOTA NATIONE EUCHARISTICO COETU.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Tertium é tota natione Eucharisticum conventum, quem sub anni exitum - idest, ut scribis, dum Nos Iubilaeum maximum Porta Sancta aperienda inchoabimus - in urbe Conceptione, praesidibus Nuntio Apostolico et Sancti Iacobi Archiepiscopo, habituri estis, inire, laudabili fidei pietatisque exemplo, non vultis, nisi communis omnium Pater, ac Magister sit ante vobis coetibusque vestris bene precatus. Ac bene quidem futurae congressioni iam nunc precamur, in qua, ut honores Augusto Sacramento magnifice deferendos seiungamus> multa ad usum opportuna collatis consiliis decernetis, postquam necessitudines, quae Eucharistiae sanctissimae cum consociationum catholicarum prosperiore fortuna intercedunt, studiose aeuteque perpehderitis. < Quemadmodum enim, ut homo vivat, a corpore animam non disiungi necesse est, sic catholicae sodalitates, ut vigeant suamque efficaciter actionem ad singulorum atque ad commune bonum intendant, non modo Augustum Sacramentum colant, praesertim publice, oportet, sed vitam quoque ipsam, quam Christus, sub speciebus latens, in tabernaculo vivit, hauriendo participent. Atque id si, aliqua specie boni et externo quodam splendore contentae, facere neglegant, merito *nubes sine aqua, arbores infructuosae* **habeantur atque existant: quod quidem eo foret hodie calamitosius, quo Ecclesiae adversarii acrius christianos spiritus de societate hominum deturbare nituntur. Velle autem vos Encyclicas Litteras Nostras** *Ubi arcano* **habere ante oculos in proximo Conventu propositas, cum res Nobis videatur non parum ad mentes illustrandas permovendasque voluntates conducere, gaudemus equidem vehementer; indulgentiae vero ac privilegia, quae Eucharisticus coetus celebrantibus largiti in perpetuum sumus, quaeque ad gratiam Nobis habendam vos impulere, impellant item fideles, quotquot Conceptionem adibunt, ad renovandus per praescripta opera, ac potissimum per divini epuli susceptionem, animos, ut ex Conventu in domos quisque suas,** *tamquam leones ignem spirantes,* **revertantur. Interea ut labores vestri ex communibus optatis succedant, totique nationi fructus pariant uberrimos, tibi, venerabilis frater, et omnibus ex episcopatu et clero et populo, qui in urbe Conceptione**

congregabitur, apostolicam benedictionem-peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xvm mensis novembris anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP XI

• III •

AD R. P.. D; FRANCISCUM XAVERIUM SCHOEPFER, EPISCOPUM TARBIENSEM ET LOURDENSEM, XXV EXEUNTE ANNO EPISCOPATUS EIUS.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Paucis diebus ante quam archidioecesim Mediolanensem moderandam suscepimus, cum istuc, pietatis causa, peregrinis ex omni Italia sociis comitibusque, eonvenissemus, non tam intelleximus quam paene oculis ipsimet Nostris vidimus, a tanta Sanctuarii istius nobilitate ac gloria, in quo Deus mirabilia tam multa per Virginem efficere consuevit, memoriam episcopatus tui nequaquam apud posteros disiunctum iri. Etenim si tibi, sacerdoti de Ecclesia praeclare merito - quem una cum Archiepiscopo Parisiensi Darboy. an. MDCCOLXXi, in odium fidei, seditiosi homines, necem cotidie militantes, aliquamdiu custodierunt - id postea ieliciter contigit, ut ab Apostolica Sede fortunatissimae dioecesi isti praeficereris, ex ipso quinquies quinquennali, quod proxime emensurus es, pastoralis muneris spatio apparet, nec meliore ratione nec digniore pium Immaculatae Virgini animum te tuum probare potuisse. Nam hoc haud mediocri temporis intervallo videris non tibi quidem, sed potius veriusque cultui candidae Pyrenaeorum Reginae provehendo et communi catholicorum in eam alendae fiduciae ac pietati vixisse. Id profecto testantur e Lourdensibus templis Basilica superior, quae sacrae ad Gavum cryptae ex obliquo imminet, a te affabre ornata, atque sacra Aedes inferior, ubi quindecim Rosarii mysteria in fornice totidem sacellorum pulcherrimo exprimenda vermiculato opere curavisti. Nec ardorem ipsum, quo ad Virginem honore prosequendam impellens, putamus huic tam auctae et quotannis crebrescenti peregrinantium a regionibus vel remotissimis frequentiae usque adhuc abfuisse. Quorum ut pietati necessitatibusque consulere^, cum *Viam Crucis,* quam meditando orandoque obirent, per clivum utrique templo proximum, muniisti, certo aenearum statuarum numero ad singulas stationes posito, quarum aliam alia natio vel dioecesis ita decorari stipe sua voluit; tum nosocomium e solo, haud procul a Sanctuario, excitasti, ubi aegrotantes desperata valetudine, ad implo-

randam a Virgine sanationem istuc vecti, humanissimo exciperentur hospitio. Ecqliis vero e Lourdensibus civibus, ecquis ex advenis, quotquot interfuerunt, sollemnia illa queat ex memoria deponere, vel quae, quinquagesimo exeunte anno postquam Immaculata Virgo se dedit in specu Massabiellensi Bernardae puellae conspiciendam, vel quae, per Conventum ex omni natione Eucharisticum istic decimo ante anno habitum, ritu atque apparatu egisti magnificentissimo % Mittimus, quod, singulari continenter incensus in Patronam Lourdensem pietate, nihil expertus non es, interposita quoque plurimorum Purpuratorum Patrum Episcoporumque deprecatione, ut a Romano Pontifice impetrares de Missa et Officio diei Apparitionis festi ad universam Ecclesiam proferendis; praeterimus, quod, te in primis impulsore, ad pristinum Tarbiensem episcopalem titulum Lourdensis etiam accessit, quodque proximus decessor Noster, ad te merito ornandum augendamque in perpetuum sedis dignitatem, tibi tuisque in munere successoribus sacri honorem Pallii decrevit. At satis te laudare non possumus, cuius sapientia et prudentia, post latas apud vos de sodalitatibus religiosorum deque reipublicae ab Ecclesia discidio infestissimas leges, factum auspicato sit, ut, omnibus remotis spoliationis incommodis, res Sanctuarii a felici eo statu ne deciderent, quo antea fuissent. - Ad dioecesim vero quod attinet, quemadmodum ex ipsa ephemeride, quae a Crypta nuncupatur, facile intellegitur, nullam sinis praeterire docendi, monendi providendique opportunitatem, quin eam pastorali arripias sollertia; libet autem hoc loco mentionem de cura illa movere, qua non modo popularem christianae doctrinae institutionem ordinasti ac provexisti, sed etiam adulescentes fovisti ac foves in sortem Domini vocatos, quibus rite educendis, erepto tibi iniuria, ut ceteris Galliae Pastoribus, vetere Seminario, amplissimarum novarum aedium haud multo ante auspicalem lapidem ieceris. - Sed, ut eo redeamus unde exorsi sumus, ad studium nempe tuum Immaculatae Virginis colendae flagrantissimum, num quisquam ignorat, opera item tua, Cryptam, ad Lourdensis istius exemplum, de consensu fel. rec. decessoris Nostri Leonis XIII, in hortis Vaticanis exstructam ? Ubi cum cotidie ambulamus, vix dicere attinet quam iucunde, quam pie, in loco consistentes, Matrem sanctissimam carissimamque salutemus; atque tum Nobis videmur in civitate ista veluti adesse, et suavissimis animi commotionibus, quas ibi abhinc tres annos percepimus, iterum iterumque afficimur. Quod quidem consilium tuum Sanctuarii prope pontificales aedes referendi ab ea profectum novimus, qua urgeris, Romani Pontificis caritate; quam profecto caritatem ut cum Augusti Sacramenti et Immaculatae Virginis cultu arctissime coniungerent, tam tuis quam peregrinis istuc coeuntibus -, auctor ac suasor perpetuo fuisti.

Itaque multiplex uberrimorumque fructuum plena eiusmodi actio tua efficit, ut quintum ac vicesimum episcopatus tui natalem, unde mirifica vegetae senectuti tuae solacia obventura censemus, Nosmet ipsi, qui quo erga te simus animo non ignoras, cupide praestolemur. Interea scito, venerabilis frater, quas clerus populusque tuus ad celebrandum eventum, tibi ac sibi periucundum, sacras parat civilesque agitare laetitias, eas Nos non modo gratulatione Nostra velle augere, sed etiam auctoritatis Nostrae suffragio facere fructuosiores. Itaque, cum statutum sit, pluribus memorabilibus, mora interposita, diebus, tum in Tarbiensi, tum in Lourdensi civitate, natalis istius tui haberi sollemnia, tibi, in testimonium praecipuae caritatis erga te Nostrae, concedimus, ut, praefinitis hisce iam nunc ad celebritatem diebus, adstantibus Nostro nomine atque auctoritate Nostra benedicas, plena iisdem admissorum venia proposita, usitatis condicionibus lucranda. Immaculatam Virginem praeterea obsecrantes, ut, quos in eius gloriam insumpsisti labores, eos quam diutissimae huius lucis usurae amplissimarumque caelestium gratiarum impetratione rependat, harum quidem auspicem, paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, et clero populoque tuo universo, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die III mensis decembris, in festo S. Francisci Xaverii, anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

IV

AD R. P. D. ERNESTUM FRANCISCUM GEURTS, EPISCOPUM TIT. RHINOCOLURITENSEM, PRIMUM VICARIUM APOSTOLICUM CE-LI ORIENTALIS! XXV ANNUM A CONDITO VICARIATU ET AB INITO EPISCOPATU GRATULATUR.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum postridie Natalis Domini annum acturus sis quintum ac vicesimum, postquam ad episcopatum evectus es, et Vicariatum, quem hodie quoque moderaris, fel. rec. decessor Noster Leo XIII canonice erexit tibique regundum commisit, geminatae eiusmodi laetitiae volumus cumulum afferat paternum harum Litterarum officium, quibus, cum emensum tamdiu pastorale munus, tum perceptos in agri istius dominici cultione fructus, per difficillimas quidem rerum temporumque condiciones, tibi magnopere gratulamur. Etenim, cum Vicariatum ingressus es, ob intera

necivos, qui contra alienígenas advenasque suscitati erant, motus, omnia tibi- renovanda fuerunt, caesis magnam partem catholicis, et Seminario, sacris Aedibus, scholis et omne genus institutis funditus eversis. Quae quidem ut damna reparares, cordi tibi fuit, clerum indigènam pium, studiosum et ab omni instructum, quoad fieri poterat, disciplina, Vicariatui tuo comparare, et religiosarum Sinensium Sororum condidisti Sodalitatem, quae, a Deipara Immaculata, Vicariatus Patrona, nuncupatae, et catechumenis feminis ad baptismum parandis consulerent, et puellas, parentibus orbas, recte instituendas susciperent. Probe item novimus, te octoginta passim seholas excitasse, et duo praeterea conlegia, quorum alterum pueros, alterum puellas exciperet, quotquot non exquisitiore animorum cultura atque educatione carere et parentum et religionis interesset. Equidem dolemus, illud, quod haud multo ante civile in ista republica commotum est bellum, multa posse et clero et fidelibus et aedificiis Missionum tuarum conflare pericula et detrimenta parere. Quodsi usque adhuc parcitum vobis est - quod ipsemet beneficium acceptum Immaculatae Virginis patrocinio refers - fore confidimus, ut incolumes et homines et res in posterum quoque serventur, utque natalem episcopatus tui quintum ac vicesimum, eadem Virgine deprecatrice, agi tranquille iucundeque liceat. Hoc ipsum interea a miserentissimo Deo, tui et Vicariatus tibi crediti causa, flagitamus; atque ut optatum votumque huiusmodi Nostrum bene feliciterque eveniat, efficiat apostolica benedictio, quam, praecipuae caritatis Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, et universo clero populoque tuo peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die III mensis decembris, in festo S. Francisci Xaverii, anno MBCCCCXXI.V, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

V

AD R. P. B. ALOYSIUM MARIAM BENZIGER, EPISCOPUM QULLONENSEM, IN QUINQUAGESIMUM ANNUM A CONDITA DIOECESANA SODALITATE SORORUM, QUIBUS NOMEN « TERTIARIAE APOSTOLICAE NOSTRAE DOMINAE A MONTE CARMELO ».

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — A. te nuper, non sine magna animi voluptate, accepimus, proximo mense ineunte quinquagesimum completum iri annum a condita, in dioecesi ista, Sororum Sodalitate, quibus *Tertiariae Apostolicae Nostrae Dominae a Monte*

Carmelo nomen inditum; easdemque religiosas feminas, quae intra fines dioecesis tuae et Damanensis nonnullas habent domos, in puellis christiane instituendis diligentem frugiferamque operam collocare. Addebas praeterea, Sodalitatem eiusmodi, etsi dioecesanam, et cotidie maiora capere incrementa et puellis adesse cotidie pluribus, quas inter haud paucae numerantur orbatae parentibus. Est igitur cur Sororibus istis, quae Virgine a Carmelo Patrona utuntur benevolentissima, hanc eventi faustitatem laboresque ad hunc diem fructuose exantlatos gratulando, bene precemur, ea freti spe, futurum ut, ductu auspicioque tuo, ad ea quae sibi pro instituto suo proponunt, efficacius in dies contendant. Atque in peculiaris Nostrae caritatis significationem argumentumque concedimus, ut tam ipsae quam alumnae sibi creditae, ecclesiam aut sacellum quaeque suum invisentes usitatisque parentes condicionibus, quoad sacra duraverint sollemnia, quae ad commemorandum quinquagesimum Sodalitatis natalem acturae sunt, semel, quo maluerint die, indulgentiam plenariam lucrentur, quae tamen - cum res Anno Sancto vertente eveniat - expiandis defunctorum animis unice prosit. Caelestium interea donorum conciliatricem et paternae voluntatis Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, et Tertiariis quas memoravimus, earumque alumnis, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die vi mensis decembris anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

VI

AD EMUM P. D. AIDANUM, DIACONUM SANCTAE MARIAE IN PORTICU, S. R. E. CARD. GASQUET: QUINQUAGESIMO EXEUNTE ANNO EX QUO PRIMUM SACRUM LITAVIT.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Tam praestans est mentisque plenus omnis tuae vitae cursus ut, anno mox exeunte sacerdotii tui quinquagesimo, non modo plurimi ex catholicis, sed etiam acatholici non pauci tam faustum eventum gratulentur tibi vehementer. Idque mirum non est; cum enim singulari quadam virtute, suavitate animi ac multiplici eruditione excellas, facile sane haec tua argumenta omnium tibi devinxerunt voluntates. Ad Nos vero quod attinet, libentissime equidem hac utimur praeclara occasione ut benevolentiam erga te Nostram, ob tua in Ecclesiam promerita, testemur. Siquidem, probe sane exploratum est

quam sapienter in variis docendi et administrandi muneribus te gesseris; maximeque in monasterio Downsidensi regendo, ubi, dum monasticam disciplinam provehere studebas, et magnificara S. Gregorii Magni Aedem et novam monachorum domum extruendam curasti. Verum ne in aegra quidem valetudine proposito illi, Benedictinis proprio, « ora et labora » deesse voluisti. Etenim tecum reputans quam valeret ad praeiudicatas ref ellendas opiniones sincera antiquarum rerum investigatio, Leonis PP. XIII iussu, historiam pertractare aggressus es; ac, doctissimis confectis libris, non solum monachis, qui ante reformationem anglicam fuerunt, ademptum honorem atque famam restituisti, sed etiam illud invicte ostendebas, eo demum spectasse novatorum conata, ut omnem prorsus doctrinam eucharisticam ipsumque Missae sacrificium a religione auferrent. Huc accedit quod non parum contulere tua litterarum documenta, magni sane ponderis, ad illam tandem dirimendam de anglicanis Rrdinationibus disputationem gravissimam, quae diu trahebatur. Ecquis ignorat, **tua praesertim sollertia,** leges Congregationis **Anglo-Benedictinae recens** novatas **esse, teque Abbatem Praesidem, sodalium omnium suffragio, renuntiatum eidem diligenter diu praefuisse? Merito igitur, cum de *Vulgata* revisenda ageretur, decessor Noster p. r. Pius PP. X, Benedictinis Patribus id munus deferens, te huic Pontificio virorum Conlegio praefecit; non dubitabat enim pientissimus Pontifex quin ipse, tanta doctrinae copia usuque rerum praecellens, id etiam magnum arduumque coeptum, una cum egregii operis sociis, felicem ad exitum perducere». Haec omnia, dilecte fili Noster, recolere hic Nobis placuit, quo magis tecum de sacerdotio tam praeclare acto laetaremur. Haud aliter ac postremi decessores Nostri, Nos quidem te habemus carissimum; eo magis quod Ipsimet praeterea de cura testes sumus quam iamdudum adhibes in Vaticanae Bibliothecae et Tabularii splendore augendo. Ceterum gratulantium choro quasi praeeuntes, precamur tibi enixe ab aeterno Sacerdote, Iesu Domino, cum annorum tum virium accessiones ut alii quidem, iique uberrimi, alacritatis fructus merita tibi cumulent ad immarcescibilem gloriae coronam. Interea, quo augustior fiat laeti eventus celebratio, tibi damus ut, sollemni die vel cum volueris, sacro peracto, adstantibus Nostro nomine benedicas, plenariam eisdem admissorum veniam proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Ac caelestium praenuntia donorum apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili Noster, tuisque omnibus amantissime in Domino impertimus.**

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, die xv mensis decembris anno MDCOCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

23 decembris 1924. — Cathedrali Ecclesiae Uxentinae praefecit R. P. D. Antonium Lippolis, hactenus Episcopum titularem Samaritanum.

24 decembris. -- Cathedrali Ecclesiae de Matagalpa, nuper erectae in Republica de Nicaragua, R. P. D. Isidorum Carrillo y Salazar, hactenus Episcopum titularem Toronensem.

2 ianuarii 1925. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Attaliensi, R. P. D. Petrum Gonzalez y Estrada, hactenus Episcopum Sancti Christophori de Habana.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Ancyranae, R. D. Caietanum Oicognani, quem deputavit Internuntium Apostolicum in Bolivia.

II

MONITUM

Declaratur pro norma Ordinariorum, praesertim Foederatorum Statuum Americae Septentrionalis, sacerdotem Adamum Antonium Oraczewski, dioecesis Oklahomensis, a Sacra Congregatione Consistoriali, die 12 ianuarii 1.925, suspensum esse a divinis.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

RIPAGA

SERVITII CHORALIS

13 ianuarii 1923

SPECIES FACTI. - A Pontificia Commissione pro interpretatione authentica Codicis iuris canonici ad hanc S. Congregationem nuper transmittebatur haec petitio Rmi Ordinarii Ripani: « Cum Canonicus theologus « ecclesiae cathedralis Ripanae doceat sacras disciplinas in Seminario inter- « dioecesano iuxta canonem 400 § 3 - et idcirco excusetur a choro amissis « distributionibus iuxta canonem 421, I° - et morari debeat extra civitatem « episcopalem, quaeritur: 1° An ratione indulti a praedicto canone 421 con- « cessi eximatur ab onere hebdomadam seu praecipue ab onere applicandi «Missam conventualem. 2° An tempore feriarum scholasticarum gaudeat « eodem indulto ».

Ad rem idem Episcopus, de ulterioribus informationibus rogatus, respondit ut sequitur: « I° Le Messe conventuali in questo Capitolo Cattedrale « non hanno un cespite particolare, ma sono a carico degli investiti in forza « della propria prebenda, secondo il turno ebdomadario; però dal turno vanno « esenti i giubilati e gli indultam, salvo speciali rescritti, quali sono ad es. « quelli concessi ai maestri desi Seminario, che, se li esimono dal servizio « corale *pro diebus et horis,* non li esimono dall'onere di ebdomadario e « quindi dall'obbligo della Messa conventuale. 2° Fuori del caso del giubi- « lato e dell'indultario, un canonico assente o per malattia o per altra *m*- « gione non va esente dall'ufficio di ebdomadario, ma per la Messa si fa rap- « presentare da un altro colla prestazione della elemosina congrua, mentre « nel coro è rappresentato d'ufficio dal sotto-ebdomadario. 3° L'ultimo cano- « nico teologo, quando insegnava S. Scrittura nel Seminario, era esente dal « servizio corale *pro diebus et horis,* ma non dall'ufficio di ebdomadario, e « conseguentemente dall'obbligo della Messa conventuale che ordinaria- « mente soddisfaceva *per alium sibi benevisum.* Così parimenti, spiegando « S. Scrittura in cattedrale nei giorni festivi, quel giorno si riteneva esente « dal coro, ma provvedeva alla Messa conventuale, che gli fosse spettata « per turno. 4° Al presente, per concessione della S. Sede, il Capitolo è stato « esonerato dal canto della Messa e dall'onere della applicazione per tutti i

«giorni non festivi. 5° La difficoltà nel caso dell'attuale canonico teologo « insegnante teologia dommatica nel Seminario interdiocesano, quantunque «provvisto di speciale retribuzione, consiste nella determinazione del ca- « none da applicarsi: se il 421 § 1, n. 1, ovvero il 420, § 1, n. 2, fatto il con- « fronto col 400, § 3, attesa insieme la necessaria assenza dalla Cattedrale « per l'anno scolastico ».

ANIMADVERSIONES. - Ex hac postrema Episcopi animadversione, liquet quaestionem hanc iam diremptam prostare in praecedenti Rapollen., *Servitii choralis,* 9 iulii 1921, ubi resolutum fuerat canonicum theologum in casu lucrari fructus praebendae et distributiones quotidianas ad normam canonis 420; § 1, n. 2, quia *fungitur munere suo,* supposito, prout erat in casu, quod doceret in Seminario interdiocesano de mandato Episcopi (c. 400, § 3): et proinde non teneri ad aliquem sibi substituendum in lectione S. Scripturae (Cfr. *Acta Apostolicae Sedis,* XVI, p. 397).

Considerationibus ibidem enucleatis, praesertim sub *c),* praestat addere egregiam confirmationem quae nuperrime accessit ex Litteris Apostolicis die I^A augusti 1922 ad Emum Praefectum S. C. de Seminariis et Universitatibus studiorum, datis, ubi circa Seminaria interdioecesana seu regionalia, ad mentem quoque can. 1354, § 2, inter alia Summus Pontifex scribit: «reputent Episcopi - quod res est - suam cuiusque causam hic agi, *et « Seminarium interdioecesanum vel regionale suarum cuiusque dioecesium «Seminarii maioris instar esse, in quo ipsi eadem iura eademque officia « singuli habent ».*

Cohaerenter, semper in eadem suppositione de exsistente mandato Episcopi, ad I^um dubium hic propositum respondendum videtur: *Affirmative,* quia Canonicus theologus excusatur *a choro* diebus quibus fungitur munere suo. Chorus autem comprehendit omnia officia divina quae in choro persolvuntur. Quare iure merito Beiffenstuel, *in* tit. 4, lib. III, *Decr.,* n. 123 (cui consonat De Herdt, *Praxis capitularis,* cap. 28, eadem ex illo exscribens) dicit: « Nota quod canonici ex iusta causa absentes non tenean- « tur relinquere substitutum ac per hunc interim deservire, non obstante « immemoriali consuetudine, prout a S. Congr. Concilii declaratum fuisse «refert Garcias *{De beneficiis,* p. 3, c. 2, n. 192). Imo, ut inquit Fagnanus « (in c. *Nulla,* de concessione praebendae, n. 73) ita *millies* fuit resolutum. « Siquidem canonici solummodo tenentur per se deserviré-, atque uno vel « altero eorum ob iustam causam absente, sufficit divina officia in ecclesia « a ceteris collegialibus rite persolvi: haud obstante quod parochi legitime « absentes, propter curam animarum ipsis incumbentem, teneantur relin- « quere vicarium ».

Ad 2um respondendum videtur cum distinctione: vel hae feriae scholasticae non pertingunt ad tempus, ad quod se porrigunt feriae capitulares, et tunc diebus, quibus docet in Seminario, Canonicus theologus, in casu, lucratur fructus praebendae et distributiones, alio tempore lucratur tantum fructus praebendae: vel hae feriae superant ferias capitulares, et tunc tempore concesso feriis capitularibus lucratur fructus praebendae eosque tantum; reliquo tempore tenetur ad residentiam. Quare, etc.

RESOLUTIO. — Die 13 ianuarii 1923, in plenariis comitiis Sacrae Congregationis Concilii in Palatio Apostolico Vaticano habitis, E.mi Patres ad proposita dubia, nimirum:

I. *An canonicus theologus eximatur ab onere hebdomadarii et Missae conventualis, in casu.*

Et quatenus *affirmative;*

II. *An idem canonicus hac exemptione fruatur etiam tempore feriarum scholasticarum, in casu;*

respondendum mandarunt:

Ad 1um *Affirmative,* sub conditione tamen tradendi Capitulo congruum stipendium pro Missa conventuali.

Ad 2um *Negative,* salvis peculiaribus indultis.

Factaque postmodum relatione Ssmo Dno Nostro Pio PP. XI in audientia infrascripto Subsecretario concessa, Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est.

I. Bruno, *Subsecretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

DECRETUM

SEDES DIOECESIS HAKODATENSIS RESTITUITUR IN URBEM « HAKODATÈ »

Cum R. P. D. Alexander Berlioz, Episcopus Hakodatensis in Iaponia, instanter a Sancta Sede postulaverit, ut episcopalis residentia dioeceseos, a civitate *Sendai* (in quam, per Decretum huius S: C. Fidei Propagandae diei 9 mensis maii anno Domini 1902, translata fuerat) pro meliore dioeceseos administratione et spirituali adsistentia fidelium in urbe *HaJcodatè* restitueretur, praehabito R. P. D. Marii Giardini, Delegati Apo-

stolici in Iaponia, favorabili voto, EE. ac RR. Patres Sacri huius Consilii Christiano Nomini Propagando, in Comitiis generalibus diei 24 vertentis mensis novembris, re matura perpensa, supralaudati Antistitis petitioni adnuendum esse censuerunt.

Quam quidem EE. Patrum sententiam ab infrascripto Sacrae huius Congregationis Secretario in Audientia eiusdem diei Summo Pontifici Pio divina Providentia Papae XI relatam, Sanctitas Sua benigne adprobare dignata est; ac praesens in re Decretum confici mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem S. Congregationis, die 25 novembris 1924.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

L. $ .S.

f F. Marchetti-Selvaggiani, Archiep. Seleucien., *Secretarius,*

II

DECBETUM

MUTATUR DENOMINATIO VICARIATUUM APOSTOLICORUM SINENSIS REGIONIS

Vicarii et Praefecti Apostolici Sinensis regionis, praeside R. P. D. Celso Costantini, Delegato Apostolico Sinarum, in Concilio plenario coadunati, cum ob auctum numerum missionum, earumdem pristina nominatio ex regionis civilis vocabulo minus clara evaserit, et difficile in posterum sit invenire nomen ex provincia desumptum, quod ad novos vicariatus instituendos sit aptatum, proposuerunt huic Sacrae Congregationi Fidei Propagandae mutationem nominum quarumdam Missionum, ita ut in posterum ipsae a nomine loci, in quo sita sit Ordinariorum residentia, appellarentur.

Cum autem ab infrascripto Secretario facta fuerit relatio hac super re Ssmo D. N. Pio divina Prov. Papae XI, in audientia diei 7 mensis augusti, eadem Sanctitas Sua petitioni Ordinariorum adnuendum esse censuit publicique iuris Suum placitum fieri iussit.

Vi praesentis Decreti igitur statuitur ut in posterum:

Vicariatus Apostolicus de Manciuria Meridionali appelletur de Moukden.
Vicariatus Apostolicus de Manciuria Septentrionali appelletur de Kirin.
Vicariatus Apostolicus de Mongolia Orientali appelletur de Jehel.
Vicariatus Apostolicus de Tchagar appelletur de Siwantze.
Vicariatus Apostolicus de Celi Septentrionali appelletur de Peking.
Vicariatus Apostolicus de Celi maritimo appelletur de Tientsin.

Vicariatus Apostolicus de Celi Centrali appelletur de Paotingfu.

Vicariatus Apostolicus de Celi Meridio-Occidentali appelletur de Chengtingfu.

Vicariatus Apostolicus de Celi Meridio-Orientali appelletur de Siensien.

Vicariatus Apostolicus de Celi Orientali appelletur de Yungpingfu.

Vicariatus Apostolicus de Scianton Septentrionali appelletur de Tsinanfu.

Vicariatus Apostolicus de Scianton Meridionali appelletur de Yenchowfu.

Vicariatus Apostolicus de Scianton Orientali appelletur de Chefoo.

Vicariatus Apostolicus de Sciansi Septentrionali appelletur de Taiyuanfu.

Vicariatus Apostolicus de Sciansi Meridionali "appelletur de Luanfu.

Vicariatus Apostolicus de Honan Orientali appelletur de Kaifengfu.

Vicariatus Apostolicus de Honan Occidentali appelletur de Chengchow.

Vicariatus Apostolicus de Honan Meridionali appelletur de Nanyang.

Vicariatus Apostolicus de Honan Septentrionali appelletur de Weihweifu.

Vicariatus Apostolicus de Nganhoei appelletur de Wufu.

Vicariatus Apostolicus de Kiukiang appelletur de Nanchang.

Vicariatus Apostolicus de Cekiam Orientali appelletur de Ningpo.

Vicariatus Apostolicus de Cekiam Occidentali appelletur de Hangchow.

Vicariatus Apostolicus de Hupeh Oceid.-Septentrionali appelletur de Laohokow.

Vicariatus Apostolicus de Hupeh Occid,-Meridionali appelletur de Ichang.

Vicariatus Apostolicus de Hunan Meridionali appelletur de Changsha.

Vicariatus Apostolicus de Hunan Septentrionali appelletur de Changteh.

Vicariatus Apostolicus de Shensi Centrali appelletur de Sianfu.

Vicariatus Apostolicus de Shensi Meridionali appelletur de Hanchungfu.

Vicariatus Apostolicus de Shensi Septentrionali de appelletur Yenanfu.

Vicariatus Apostolicus de Kansu Occidentali appelletur de Lanchowfu.

Vicariatus Apostolicus de Kansu Orientali appelletur de Tsinchow.

Vicariatus Apostolicus de Seciuen Septentr.-Occidentali appelletur de Chengtu.

Vicariatus Apostolicus de Seciuen Orientali appelletur de Chungki^g.

Vicariatus Apostolicus" de Seciuen Meridioaali appelletur de Suifu. \

Vicariatus Apostolicus de Kientehang appelletur de Mngyuanfu.

Vicariatus Apostolicus de Thibet appelletur de Tatsienlu.

Vicariatus Apostolicus de Kuangtong Occidentali et Hainau appelletur de Pakhoi.

Vicariatus Apostolicus de Kuamsi appelletur de Nanning.

Vicariatus Apostolicus de Kuiceu appelletur de Kweiyang.

Vicariatus Apostolicus de Yunnan appelletur de Yunnanfu.

Missio de Mongolia exteriori appelletur de Urga.

Statuitur insuper ut immutata maneant nomina sequentium Missionum, scilicet: Vicariatuum Apostolicorum de Suiyuan, de Ningsia, de Nanking, de Kianfu, de Kanchow, de Yukiang, de Foochow, de Funing, de Amoy, de Hankow, de Shiuchow, de Canton, de Hong-kong, de Swatow; Praefecturarum Apostolicarum de Tatungfu, de Lihsien, de Wuehang, de Hanyang, de Lanlung, de Kongmoon, de Puchi, de Tingchow.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Eomae, ex Aedibus S. C. de Propapanda Fide, die 3 mensis decembris, in festo S. Francisci Xaverii, anno Domini 1924.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

Ii. © S.

f F. Marchetti-Selvaggiani, Archiep. Seleucien., *Secretarius.*

III

DEOBETUM

MUTATUR DENOMINATIO VICARIATUUM APOSTOLICORUM INDOSINENSIS REGIONIS.

Ordinarii Indosinensis regionis, in conferentiis episcopalibus, sub praesidentia E. P. D. Henrici Lecroart, Vicarii Apostolici de Celi Meridio-orientali et Visitatoris Apostolici Indosinae, adunati, cum huic S. Congregationi Fidei Propagandae proposuisset mutationem nominum earumdem Missionum, ita ut in posterum ipsae a nomine loci residentiae Ordinarii potius quam a regione civili appellarentur, Eminentissimi huius S. Consilii Patres, in Comitiis generalibus diei 30 iunii, re mature perpensa, petitioni Ordinariorum adnuendum esse censuerunt, videlicet:

Vicariatum Apostolicum de Tonkino Orientali appellandum esse de Haïphong (Tonkino).

Vicariatum Apostolicum de Tonkino Septentrionali appellandum esse de Bac Mnh (Tonkino).

Vicariatum Apostolicum de Tonkino Centrali appellandum esse de Bui-ciiu (Tonkino).

Vicariatum Apostolicum de Tonkino Superiore appellandum esse de Hung Hoa (Tonkino).

Vicariatum Apostolicum de Tonkino Occidentali appellandum esse de Hanoi (Tonkino).

Vicariatum Apostolicum de Tonkino Maritimo appellandum esse de Phat Diem (Tonkino).

Vicariatum Apostolicum de Tonkino Meridionali appellandum esse de Vinn (Annam).

Vicariatum Apostolicum de Cocincina Septentrionali appellandum esse de Huè (Annam).

Vicariatum Apostolicum de Tonkino Orientali appellandum esse de Quinhon (Annam).

Vicariatum Apostolicum de Tonkino Occidentali appellandum esse de Saigon (Cocincina).

Vicariatum Apostolicum de Cambogia appellandum esse de Pnom Phenh (Cambogia).

Vicariatum Apostolicum de Siam appellandum esse de Bang Kok (Siam).

Immutatis manentibus nominibus Vicariatus Apostolici de Laos et Praefecturae Apostolicae de Langson et Cao Bang.

Quam EE. PP. sententiam ab infrascripto Secretario Ssmo D. N. Pio div. prov. Papae XI, in audientia diei 14 iulii, relatam, Sanctitas Sua adprobavit ratamque habuit, ac praesens in re Decretum edi mandavit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Bomae, ex Aedibus S. C. de Propaganda Fide, die 3 mensis decembris, in festo S. Francisci Xaverii anno Domini 1924.

G. M. CAED, VAN ROSSUM, *Praefectus.*

L. © S.

f F. Marchetti-Selvaggiani, Archiep. Seleucien., *Secretarius.*

IV

NOMINATIONES

Brevibus Apostolicis nominati sunt:

25 novembris 1924. — *Vicarius Apostolicus de Kansu Occidentali* (de Lancho wfu): B. P. Theodorus Buddenbrock, e Societate Verbi Divini de Steyl.

— *Vicarius Apostolicus de Celi Centrali* (de Paotingfu): B. P. Paulus L. C. Montaigne, e Congregatione Missionis.

27 novembris. — *Vicarius Apostolicus de Velle Orientali in Congo Belgico:* B. P. Bobertus (Constantius) Lagae, ex Ordine Praedicatorum.

6 decembris. — *Coadiutor cum iure successionis Vicarii Apostolici de Leopoldville in Congo Belgico:* B. P. Natalis De Cleene, presbyter Instituti Missionariorum B. M. V. Immaculatae de Scheut. •<•

SACKA CONGREGATIO RITUUM

i

MATRITEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARIAE A SOLITUDINE TORRES ACOSTA, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM SERVARUM MARIAE INFIRMIS MINISTRANTIUM.

In nobili civitate Matritensi, catholicae Hispaniae regni, die 2 decembris anno 1826, ab honestis piisque coniugibus Emmanuele Torres et Antonia Acosta, nata est infantula, biduo post in sacro fonte regenerata, nominibus Emmanuela, Bibiana et Antonia impositis; atque die 16 ianuarii anni 1828 Confirmationis sacramento etiam roborata. Puella succrescens suavem bonamque indolem ostendit, una cum mortificationis ac pietatis indiciis. Quotidie enim sacrosancto Missae sacrificio adstabat, Sacramenta frequenter percipiebat, devotaeque preces potissimum effundebat ante imaginem Beatae Mariae Virginis perdolentis. Domesticis curis intenta, suos fratres aetate minores actuosa et diligenti educatione instituere, et

sermone ac exemplo ad animi vitaeque rationem sibi similem adducere satagebat. Diebus praesertim festis congregabat pueros puellasque vicinas, eisque prima catechesis elementa una cum bonis moribus simulque quotidianas preces et pia cantica tradebat, ordinatis interdum supplicationibus. A teneris annis ad statum religiosum opportuno tempore amplectendum iam inclinata, adolescentula propensiore voluntate propositum suum propriis parentibus atque spiritualibus moderatoribus aperuit, illudque probatum exsecutioni demandare statuit. Primo quidem in monasterium monialium Sancti Dominici postulavit ingressum, quem tamen iustas ob causas, a se independentes, obtinere non potuit. Contigit autem ut R. P. Michael Martínez Sanz ante imaginem Beatae Mariae Virginis dolentis orans, superno lumine, uti fertur, illustratus, novum institutum religiosum condere cogitaverit, sororum nempe infirmis in eorum domicilio adiuvandis. Quapropter ob suam devotionem et in memoriam septem dolorum Beatae Mariae Virginis, septem mulieres ex puellis et viduis elegit et congregavit, quasi fulcrum et fundamentum beneficentissimi Operis. Una ex hisce septem exstitit Dei Famula, quae, amore Dei et proximi incensa, et poenitentiae ac mortificationis studio ferventique in Deiparam perdolentem pietate commota, libentissime exorienti Instituto, sibi beneviso, nomen dedit. Die sacra Beatissimae Virgini in caelum assumptae, 15 augusti anno 1851, religiosa vota, assumpto nomine Maria a Solitudine, sponte nuncupavit, coram Toletano Archiepiscopo S. R. E. Cardinali Ioanne Iosepho Bonel et Orba; et, ceteris sororibus praeposita, omne studium omnemque laborem impendit Operi regendo, propagando ac tuendo, adeo ut, in eius obitu, Institutum, incolume servatum et auctum, sex et quadraginta domus constitutas enumeraret. Constanter Dei Famula suas filias et sorores diligebat, quae filiali amore, reverentia et obedientia respondebant. Pia, humilis et fortis femina quasdam aerumnas in Sororum regimine et in iuribus bonisque Instituti tutandis passa est, quas tamen patientissime tulit, divino auxilio confisa et Ssmae Eucharistiae veneratione et receptione, suffragante Deipara Virgine una cum Angelis et Sanctis tutelaribus. Insuper oculos, mentem et cor assidue extollebat ad Iesum Christum crucifixum, roboris et consolationis fontem, eiusque matrem sub cruce stantem dolentem et commiserantem, afflictorum consolatricem. Paulo post Ancilla Dei, hortante et succurrente Episcopo Almeriensi Orberà, una cum duabus sororibus in Almam Urbem peregrinata est, tum ad veneranda Apostolorum Principum Petri et Pauli aliorumque Sanctorum sepulcra eorumque gloriam et triumphum recolendum, tum ad obsequium fidei, amoris et obedientiae praestandum Romano Pontifici, Beati Petri successori et Iesu Christi in terris Vicario. Summus Pontifex

Leo XIII petitam audientiam benigne concessit tribus Sororibus, comitante praefato praesule. Omnibus ante pedes Eius genuflexis, Sanctitas Sua postulavit de Instituto eiusque fine, habuitque responsum: Sorores Mariae fámulas nuncupari, infirmis domi degentibus adsistere, eorumque bonum corporis et animi totis viribus curare, Deo iuvante, cum felici successu. Regulas Instituti a Matre Soledad et P. Gabino Sánchez fuisse concinnatas, mandante et probante Emo Cardinali Archiepiscopo Toletano; regimen vero teneri ab ipsa Matre Soledad, Antistita generali et fundatrice. Tunc haec Ancilla Dei, nomine proprio et omnium Sororum Instituti, elevatis oculis ad Beatissimum Patrem, toto cordis affectu, devotissimum professa est testimonium fidei, amoris et obedientiae. Quam professionem Pontifex peramanter excipiens, apostolica et paterna potestate benedixit Antistitam omnesque Sorores et infirmos earum caritati et zelo commissos, omnibus adprecans a divina clementia incrementum, prosperitatem'et pacem. Quales fuerint grati animi sensus et affectus excitati in Maria a Solitudine et Sororibus adstantibus, facile excogitan possunt. Dei Famula inclinato capite et vehementer commota usque ad lacrimas, omnia in corde suo recepit et custodivit in memoriam faustissimae peregrinationis et iucundissimae audientiae Romani Pontificis. Tandem Dei Famula, vario certamine multoque labore iam fracta, aegrotare coepit, in qua infirmitate eius virtus splendidior eluxit. Morbo autem ingravescente, Sororibus congregatis christianam caritatem, concordiam et unionem summopere commendavit; atque Ecclesiae Sacramentis devotissime susceptis, die undecima octobris anno 1887 Matriti piam exhalavit animam, quae, gratia et virtutibus dives, regnum possidere meruerat promissum visitantibus infirmos in persona Iesu Christi. Exsequiis, magno populi concursu, solemniter persolutis, corpus exanime in publicum coemeterium elatum est, et, quinquennio elapso, in cryptam principis domus Instituti translatum, dein in templo depositum exstat penes altare S. Leonis I Papae Conf. et Doct. Interim fama sanctitatis quam in vita sibi adepta fuerat Dei Famula, post obitum magis in dies clara et diffusa, causam dedit Processui Ordinario Informativo super ea conficiendo in ecclesiastica curia Matritensi. Quo absoluto et ad sacram rituum Congregationem transmisso, quum, servato iuris ordine et scriptorum revisione eiusdem Servae Dei rite peracta, nihil obstet quominus ad ulteriora procedi possit, instante Rmo P. Augustino a Virgine, Ordinis Ssmae Trinitatis procuratore generali et huius Causae postulatore, attentis litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Archiepiscoporum et Episcoporum, atque Capitulorum cathedralium, praesertim dioecesium Hispaniae, necnon praesidis Consilii municipalis Matritensis, aliorumque

virorum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium et Moderatricis generalis cum suo consilio Instituti Servarum Mariae infirmis ministrantium, Emus ac Rmus Dnus Cardinalis Antonius Vico, Episcopus Portuen. et S. Rufinae eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinario sacrorum rituum Congregationis coetu, subsignata die ad vaticanas aedes coacto, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito etiam R. P. D. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, omnibus sedulo perpensis rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem Introductionis Causae.* Die 25 novembris 1924.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae *Matriten.* Beatificationis Servae Dei Mariae a Solitudine Torres Acosta, Fundatricis Instituti Sororum Servarum Mariae Infirmis ministrantium. Die 26 eisdem mense et anno.

gß A. CAED. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. £g S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

n

BELLICEK

CANONIZATIONIS BEATI IOANNIS BAPTISTAE MARIAE VIANNEY, CONFESSORIS, PAROCHI VICI « ARS ».

SUPER DUBIO

An, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam ab Apostolica Sede eidem Beato venerationem, tuto procedi possit ad solemnem ipsius Canonizationem.

Inquirenti et consideranti quomodo acciderit, ut prae nomine, quod Beatus Ioannes Baptista Maria Vianney fuit sortitus, cum sacri Baptismatis undis est ablutus, notius et vulgatius illud evaserit quod *Parochum mei «Ars»* eum designat cunctisque manifestum facit atque mirabilem, aptior alia non occurrit ratio quam quae suum nanciscitur fundamentum in diligentissime atque ad exemplum gesti muneris diuturnitate. Per cun-

ctos siquidem integri sui sacerdotii annos, qui tres supra quadraginta adnumerantur, animarum procurationi iugiter constanterque ille institit. .Neque hoc solum, sed, quod maius atque praestantius, temporis haec diuturnitas mirum in modum coniuncta fuit cum muneris ipsius arduitate cumque eiusdem singulari excellentia atque conspicuo et copioso Christi fidelium fructu. Revera Beatus Ioannes Baptista Maria vix sacerdotio initiatus ad extremam usque senescentis suae vitae horam, *forma gregis factus ex animo,* eximium se probavit pastorem animarum, verbo et opere potentem, dono consilii et sanctitate insignem; ideoque adeptus dicendus est gloriam in conversatione gentium, et gloriam eo splendidiorem, quo laboriosior eiusdem palaestra fuit et quo Sanctorum exemplis minus illustrata.

Quapropter, cum de approbatione miraculorum, quae pro illius tunc venerabilis Servi Dei solemni impetranda Beatificatione fuerant proposita, actum est, sa. me. Pius Papa X facere non potuit, quin ingens, quod experiebatur, suum promeret gaudium, illudque augustissimis hisce significaret verbis, quae ad maius Causae decus atque ornamentum praestat exhibere: *Quanta autem animi laetitia afficiamur ob solemne Decretum, quo miracula legitime comprobantur, intercedente Venerabili Ioanne Baptista Vianney, a Deo patrata, et ad eius Beatificationem rite proposita, haud sane valemus apte verbis significare. Nihil enim nedum Nobis, qui parochiale officium per tot annos volenti animo sustinuimus, sed et cunctis catholici orbis curionibus iucundius et fructuosius contingere potest, quam ut eidem Venerabili Parocho honores Caelitum Beatorum iam patescant; eo vel magis quod huiusmodi ipsius gloria in omnes animarum ministerio addictos redundabit. Oh! faxit Deus, ut quotquot sunt parochi Venerabilem Vianney sibi in exemplum assumentes,, eximiam illam addiscant pietatem, quae tacita quadam eloquentia ita ad se animos movet et rapit, ut nullus ei verborum strepitus, nulla orationis copia omnino comparari queat. Prae oculis Ioannem Baptistam Vianney habentes parochi eam sectentur caritatem, quae animarum pastores ad vitam ipsam despiciendam paratos promptosque efficiat. Huiusmodi profecto caritate incensi, neque probris, neque irrisionibus, neque vinculis, neque alio quovis molestiarum genere deterriti, maiori Dei gloriae provehendae, strenueque pro ovium salute decertandi numquam finem facient. In vita tandem Venerabilis Vianney quotquot sunt parochi maiores sumant vires, ut colant, plantent, evellant atque aedificent; ita sane ut voce sua atque exemplo ad virtutes sectandas facilius alliciant et ad vitia exsecranda Christi fideles excitent atque impellant.*

Neque, solemnem Beatificationem quum fuerit assequuta, diu subsistere coacta fuit lectissima et acceptissima haec Causa; quandoquidem

novis interim editis de caelo signis ac portentis, eaque inter, binis, quibus opus erat, selectis et probatis miraculis, sicut praeclaro documento exstat apostolicum non ita pridem eisdem duobus super miraculis editum promulgatumque Decretum, id omne, quod pro formali obtinenda Canonizatione iussu praescriptoque legis servandum erat, recte riteque servatum fuisse constat. Pactum propterea est, ut Ioannis Baptistae Mariae Vianney Beatificationis et Canonizationis causa, quae, Summo Pontifice sa. me. Pio Papa IX, suum apud Apostolicam Sedem sumpserat exordium, cum nempe, anno millesimo octingentesimo septuagesimo secundo, ab eodem Summo Pontifice, quam introductionis Causae vocant, signata fuit Commissio, post integrum, quod, temporis spatio maiore saeculi dimidio, peragendum sibi fuerat, emensum confectumque iter, suprema Sanctissimi Domini nostri Pii Papae XI apostolica auctoritate, summum Canonizationis fastigium, hoc recurrente anno sancto, beneque adiuvante et auspicante Deo, erit faustissime adeptura. Haec sane omnia, quippe quae eo potissimum spectant, ut rei gerendae maturitatem et opportunitatem magnopere suadeant et commendent, plenam in lucem afferenda erant in hac postrema iudicialis ordinis actione, in qua totius Causae iuridica perficitur et absolvitur cognitio.

In generalibus idcirco sacri huius Ordinis comitiis, quae, die secunda huius currentis mensis decembris, coram Sanctissimo Domino nostro celebrata sunt, proposito per Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, causae Belatorem, Dubio: *An, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam ab Apostolica Sede Beato Ioanni Baptistae Mariae Vianney venerationem, tuto procedi possit ad solemnem ipsius Canonizationem?* omnibus, qui convenerant, tum Reverendissimis Cardinalibus tum Patribus Consultoribus haec una eademque suffragatio fuit: *tuto procedi posse.* Verumtamen Sanctissimus Dominus noster, cunctos admonuit suffragatores adhuc precibus instandum esse apud Deum, ut divino lumine illustratam supremam Suam proferret sententiam. Quumque postmodum mentem Suam manifestam facere statuisset, hodiernam designavit Dominicam diem, qua Sanctorum *Innocentium* recolitur festum, cuius quidem festi inde omnis provenit ratio omnisque inde promanat dignitas, quod iidem Sancti *Innocentes primi pro Christo et loco Christi mortui sunt,* uti apposite monet Benedictus XIV *{De Servorum Dei Beatificatione et Canonizatione Beatorum,* lib. I, cap. XIV, n. 15), eumque iam praecesserat Angelicus Doctor, quippe cuius, huc pertinens, haec sententia prostat: «Ad primum « ergo dicendum quod quidam dixerunt quod in *Innocentius* acceleratus « est miraculose usus liberi arbitrii, ita quod etiam voluntarie martyrium « passi sunt. Sed quia hoc per auctoritatem Scripturae non comprobatur.

« ideo melius dicendum est quod martyrii gloriam, quam in aliis propria « voluntas meretur, illi parvuli occisi per Dei gratiam sunt assecuti. Nam «effusio sanguinis propter Christum vicem gerit baptismi. Unde sicut « pueris baptizatis per gratiam baptismalem meritum Christi operatur ad « gloriam obtinendam, *ita in occisis propter Christum meritum martyrii Chri-« sti operatur ad palmam martyrii consequendam* » (2ª 2ª quaest. 124, art. 1). Itaque Sanctissimus Dominus noster, devotissime perlitato Eucharistico sacrificio, ad Vaticanas Aedes arcessiri voluit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter edixit: *Tuto procedi posse ad solemnem Beati Ioannis Baptistae Mariae Vianney Canonizationem.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri, in acta sacrae rituum Congregationis referri Litterasque Apostolicas sub Plumbo de Canonizationis solemnibus, quandocumque Sanctissimo Domino nostro placuerit, in Basilica Vaticana celebrandis, expediri iussit quinto calendas ianuarias anno MDCCCCXXIV.

£B A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. B. C. Praefectus.

L. $ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

NOTA DELLE CONGREGAZIONI DEI SACRI RITI DA TENERSI NELL'ANNO 1925

1. - *13 gennaio.* Congregazione Preparatoria sopra i miracoli della Ven. Serva di Dio Michelina del Ssmo Sacramento.

20 » Congregazione Generale sopra i miracoli del B. Giovanni Eudes.

27 » Congregazione Preparatoria sopra i miracoli della B. Teresa del Bambino Gesù.

4. - *3 febbraio,* Congregazione Preparatoria sopra i miracoli del B. Pietro Canisio.

5. - *10* » Congregazione Generale.

6. - *17* » Congregazione Preparatoria sopra i miracoli della Ven. Serva di Dio Bernarda Soubirous.

7. - *3 marzo.* Congregazione Generale.

10 » Congregazione Preparatoria sopra i miracoli del Ven. Servo di Dio Pietro Giuliano Eymard.

9. *17* » Congregazione Generale.

10, *24* » Congregazione Generale.

11. *31* » Congregazione Preparatoria sopra il martirio, segni o miracoli dei VV. Servi di Dio Giovanni de Brébeuf e Compagni.

12. *21 aprile.* Congregazione Generale.

13. *28* » Congregazione Generale.

14. *5 maggio** Congregazione Generale.

15. *12* » Congregazione Generale.

16. *19* » Congregazione Ordinaria.

17. *23 giugno.* Congregazione Ordinaria Particolare.

18. *30* » Congregazione Antipreparatoria sopra le virtù del Ven. Servo di Dio Giovanni Bosco.

19. - *14 luglio.* Congregazione Antipreparatoria sopra i miracoli della Venerabile Serva di Dio Lucia Filippini.

20. *21* » Congregazione Ordinaria.

21. *4 agósto.* Congregazione Antipreparatoria sopra i miracoli del Venerabile Servo di Dio Andrea Uberto Fournet.

22. - *18* » Congregazione Antipreparatoria sopra il martirio, segni o miracoli dei VV. Servi di Dio Emanuele Ruiz e Compagni.

23. - *27 ottobre.* Congregazione Antipreparatoria sopra i miracoli della Venerabile Serva di Dio Giovanna Antida Thouret.
24. - *10 novembre.* Congregazione Preparatoria sopra il martirio, segni o miracoli dei Servi di Dio Giovanni Maria De Lau. e Compagni.
25. - *17* » Congregazione Antipreparatoria sopra il martirio, segni o miracoli del Servo di Dio Natale Pinot.
26. *24* » Congregazione Ordinaria.
27. - *1 dicembre.* Congregazione Generale sopra le viriù del Ven. Servo di Dio Antonio Maria Claret;
28. -*.15* » Congregazione Antipreparatoria sopra i miracoli della Venerabile Serva di Dio Bartolomea Capitanio.
29. - *22* » Congregazione Antipreparatoria sopra il martirio, segni 0 miracoli del Servo di Dio Abba Ghebre Michele.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato nominare:

8 gennaio 1925. L'Emo Sig. Card. Andrea Frühwirth, *Penitenziere Maggiore.*
10 » » Monsig. Gaetano Cicognani, *Internunzio Apostolico in Bolivia.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

5 novembre 1924. L'Emo Sig. Card. Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, *Protettore della Congregazione delle Terziarie Regolari Apostoliche del Carmelo (8. Martin Bélleroche, diocesi di Anturi).*
4 dicembre » L'Emo Sig. Card. Aurelio Galli, *Protettore della Congregazione delle Figlie della Misericordia del Terzo Ordine Regolare di 8. Francesco (Majorea).*

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

5 settembre 1924. Monsig. Michele Murphy, della diocesi di Kildare e Leighlin.
16 » » Monsig. Daniele A. Buckley, dell'archidiocesi di Cincinnati.
30 ottobre » Monsig. Giuseppe Diaz Torres, della diocesi di Portorico.
18 novembre » Monsig. Giuseppe Brunet. della diocesi di Grenoble.
22 » » Monsig. Patrizio Soden, della diocesi di Kilmore.
26 » » Monsig. Bartolomeo Giuganino dell'archidiocesi di Torino.
18 dicembre » Monsig. Alessandro Porras, dell'archidiocesi di San José.
» » » Monsig. Michelangelo Scaccianoce, della diocesi di Acireale.

Prelati domestici di S. S.

17 giugno 1924. **Monsig. Leopoldo ÍÑTottin, della diocesi di Châlons.**
Monsig. Luigi Eousselot, della medesima diocesi.
10 luglio **Monsig. Pasquale De Lucia, della diocesi di Acerra.**
» » **Monsig. Antonio Inverno, della medesima diocesi.**
16 agosto **Monsig. Eaimondo Villagra, della diocesi di Tucuman.**
» » **Monsig. Giulio Zavaleta, della medesima diocesi.**
20 » **Monsig. Francesco Belle, della diocesi di Ceneda.**
30 » **Monsig. Giovanni Neale, della diocesi di Hartford (S. U. A.).**
4 settembre **Monsig. Giovanni Foley, della diocesi di Kildare e Leighlin.**
16 » **Monsig. Luigi I. ISTau, dell' archidiocesi di Cincinnati.**
14 novembre **Monsig. Carlo Gracida, dell'arehidiocesi di Antequera.**
22 » **Monsig. Giacomo Grosso, della diocesi di Chiavari.**
» » **Monsig. Ugo Brady, della diocesi di Kilmore.**
5 dicembre **Monsig. Ugo Greving, della diocesi di Münster.**
10 » **Monsig. Giuseppe Eoserot de Melin.**
16 » **Monsig. Giacomo Délies, dell'arehidiocesi di Tolosa.**
17 » **Monsig. Ernesto Serrano, della diocesi di Zulia.**
20 » **Monsig. Edamo Logi, della diocesi di Colle Val d'Elsa.**

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:

21 novembre 1924. **Al sig. conte Maria Enrico Teodorico Michel de Pierredon, dell'arehidiocesi di Parigi.**

La Commenda dell'Ordine Piano:

26 novembre 1924. **Al sig. Guglielmo E. Bosch van Oud-Amelisweerd, dell'arehidiocesi di Utrecht.**

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

10 dicembre 1924. **Al sig. Walter Pitch, della diocesi di Salt-Lake (S. U. A).**
13 » » **Al sig. dott. Walter Friedrick, della Prefettura Apostolica della Cimbebasia.**

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

23 ottobre 1924. **Al sig. dott. Alfredo Grünberger, Ministro Federale degli Affari Esteri (Austria).**

18 novembre 1924. Al sig. Ladislao Skrzynski, già Ministro di Polonia presso la Santa Sede.
29 » » Al sig. conte dott. Paolo Mimbela. Ministro del Perù a Berna.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare :

13 dicembre 1924. Al sig. Massimo Weygand, Alto Commissario della Repubblica Francese in Siria,

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

23 ottobre 1924. Al sig. Gulielmo Klastersky, Consigliere ministeriale (Austria).
21 novembre » Al sig. Giovanni Rhode, della diocesi di Paderborn.
2 dicembre » Al sig. conte Giuliano Gámbaro, dell'archidiocesi di Genova.

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

23 ottobre 1924. Al sig. Luigi Blaas, Consigliere di Sezione al Gabinetto del Ministro Federale degli AA. BE. (Austria).
» » « Al sig. dott. Lotario Wimmer, Consigliere di Sezione al Gabinetto del Cancelliere Federale (Austria).
6 novembre » Al sig. avv. Ernesto Bouduel, dell'archidiocesi di Cambrai.
» » » Al sig. dott. Ernesto Baltus, della medesima archidiocesi.
7 »)> Al sig. Giovanni Markiewicz, dell'archidiocesi di Varsavia.
18 » ». Al sig. Ignazio Skrzynski, della diocesi di Premislia.
6 dicembre » Al sig. Giuseppe Gámbaro, dell'archidiocesi di Genova.
» » » Al sig. Achille Bava, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Luigi Calcagno, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Augusto Guastavino, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Luigi Gavarone^ della medesima archidiocesi.
10 » » Al sig. Giorgio Jay Gibson, della diocesi di Salt-Lake (S. U. A.).
13 » » Al sig. conte Giuseppe E. de Crouij-Chanel, della diocesi di * Lavai.
17 » » Al sig. cav. Cesare Trucchi, dell'archidiocesi di Torino.
» » » Al sig. Ferdinando Ferrerò, della medesima archidiocesi.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

17 ottobre 1924. Al nob. sig. Ambrogio Cicu, dell'archidiocesi di Sassari.
6 novembre » Al sig. dott. Emilio Camelot, della diocesi di Lilla.
» » » Al sig. dott. Leonzio Thilliez, della medesima diocesi.
» » » Al sig. dott. Maurizio Gand, della medesima diocesi.
14 » » Al sig. dott. Giuseppe Paravicini, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. dott. Alessandro Rivolta, della medesima archidiocesi.
15 » » Al sig. Pietro Moulin, della diocesi di Puy.
» » » Al sig. Pietro Giroud, della medesima diocesi.
17 » » Al sig. Colomann© Lozert, della diocesi di Giavarino.

19 novembre 1924. Al sig. Michele Segrue, dell'arehidiocesi di Westminster.
22 » » Al sig. Giacomo Van Mierlo, della diocesi di Breda.
» » « Al sig. Daniele Antoine, dell'arehidiocesi di Parigi.
30 » » Al sig. Ermanno Giuseppe Theodoro Boomgaart, del Vicariato Apostolico di Curaçao.
» » » Al sig. 'Roberto Sabino Silvestro De Lannoy, del medesimo Vicariato.
» » » Al sig. Bernardo Evert van Veen Zeppenfeldt, del medesimo Vicariato.
2 dicembre » Al sig. Emilio Faisant de Ohampchesnel, della diocesi di Saint-Brieuc.
3 » » Al sig. ing. Luigi Ferrari, dell'arehidiocesi di Genova.
» « « Al sig. cap. Angelo Anfosso, della medesima archidiocesi.
» « » Al sig, prof. Orlando Grosso, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. prof. Luigi Fantini, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Stefano Ghione, della medesima archidiocesi.
» » « Al sig. Luigi Maria Duarte, Primo Segretario della Legazione del Perù in Svizzera.
6 » » Al sig. avv. Giovanni Torre, dell'arehidiocesi di Napoli.
9 *))* » Al sig. Lorenzo Mamos, dell'arehidiocesi di Atene.
10 » » Al sig. Giovanni de Lynch, della diocesi di Salt-Lake (S. U. A.).
» « » Al sig. Gracomo C. Cosgriff, della medesima diocesi.
12 » » Al sig. Tommaso Me. Avoy della diocesi di Galloway.
13 » » Al sig. avv. Giovanni Bovetti, della diocesi di Mondovì.
» » » Al sig. Giulio Tielens, della diocesi di Ruremonda.
» » » Al sig. Enrico Peers, della diocesi di Lilla.
18 » » Al sig. Alessandro Carminati, del patriarcato di Venezia.
19 » » Al sig. barone Edmondo Maria Giuseppe de Laage de Belìefage, della diocesi di Arras.

La Gran Croce dell'Ordine di San Silvestro Papa:

23 ottobre 1924. Al sig. dott. Ernesto Höricky, Capo sezione, Capo di Gabinetto del Cancelliere Federale (Austria).
» » » Al sig. dott. Emilio Junkar, ministro plenipotenziario, Capo Gabinetto del Ministro Federale degli AA. EE. (Austria).
20 dicembre » Al sig. Giuseppe Löwenthai (Austria).
» « » Al sig. Francesco Uebelhör (Austria).

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

21 ottobre 1924. Al sig. avv. Domenico Giuseppe Ferreira, della diocesi di Damao.
13 novembre » Al sig. Simone Wei-peh-tche di Paolo (Pechino).

IS novembre 1924. Al sig. Giuseppe Lo-pa-hong (Shangai).
17 » » Al sig. Pietro Paolo Siotto, della diocesi di Alghero.
25 » • '» Al sig. eav. Serafino Bartoli (Roma).
29 » » Al sig. Giuseppe Proenen, dell'archidiocesi di Colonia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa :

13 novembre 1924. Al sig. Giovanni Kouan-tchong-fou di Paolo (Pechino).
» » » Al sig. Agostino Wang-yong-houan di Barnaba (Pechino).
» » » Al sig. Saverio Tchao-houai-tche di Pietro (Pechino).
» » » Al sig. Paolo Huo-ming-tche (Pechino).
» » » Al sig. Matthaues Tcheou-teh-an di Francesco Borgia (Hankow).
» » » Al sig. Paolo Sie-wen-p'ou (Hankow).
» » » Al sig. Matteo Liao-fou-ien, di Matteo (Hankow).
» » » Al sig. Giacomo Liou-cho-iong di Agostino (Tientsin).
» » » Al sig. Nicola Tchou-tche-yao (Shanghai).
» » » Al sig. dott. Holi-tsong, detto Paul Hall (Shanghai).
18 » » Al sig. Giuseppe de Tarmona y Diaz de Entresotos, della diocesi di Madrid.
28 » » Al sig. Flaviano Sénéclauze, della diocesi di Orano.
2 dicembre » Al sig. Federico Arscott, della diocesi di Saint-Brieuc.
» » » Al sig. Costantino Binomi, dell'archidiocesi di Genova.
» » » Al sig. Mario Blondet, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. avv. Giuseppe Sciaccaluga, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Giovanni Santolini, della medesima archidiocesi.
9 » » Al sig. Stefano Le Bas, della diocesi di Meaux.

MAGGIQRDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con biglietti di S. E. Revma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.

13 agosto 1924. Monsig. Isacco Soto, della diocesi di Ayacucho (Perii).
19 dicembre » Monsig. Vladimiro Hornof, della diocesi di Hradec Kralové.
24 » » Monsig. Gaudenzio Gaudenzi, della diocesi di Forlì.
30 » » Monsig. Bartolomeo Mullon, dell'archidiocesi di Gorizia.
» » » Monsig. Giovanni Ghezzo, del patriarcato di Venezia.

3 gennaio 1925. Monsig. Antonio Milácek, della diocesi di Budějoviee.
8 » » Monsig. Pietro Parente, dell'arehidiocesi di Benevento.
» » » Monsig. Giuseppe Caprio, della medesima archidiocesi.
10 » » Monsig. Serafino Benassini, dell'arehidiocesi di Lucca.
13 » » Monsig. Giovanni Barazzone, della diocesi di Novara.

Camerieri segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

3 gennaio 1925. Il sig. barone Giovanni Libero Goetz-Okocimski, della diocesi di Tarnovia.
10 » » Il sig. Riccardo van Cutsem, dell'arehidiocesi di Westminster.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

11 dicembre 1924. Monsig.- Giovanni Saverio Pinto de Carvalho, della diocesi di Mctheroy.
30 » » Monsig. Francesco Schlenkert, dell'arehidiocesi di Colonia.
» » » Monsig. Giacomo Eck, della medesima archidiocesi.
«3 *gennaio 1925.* Monsig. Emanuele Òerveny, della diocesi di Budějoviee.
7 » » Monsig. Secondo Navone, della diocesi d'Asti.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S. :

19 dicembre 1924. Comm. Coriolano Belloni (Roma).

Cappellano segreto d'onore di S. S. :

19 dicembre 1924. Monsig. Giovanni Rossi (Roma).

Cameriere d'onore extra Urbem *di S. S.*

1 maggio 1922. Monsig. Ruggero Lovazzano, della diocesi di Tortona.

NECROLOGIO

1 novembre 1924. Monsig. Giuseppe Lang, Vescovo titolare di Alabanda.
6 dicembre » Monsig. Ermanno Giuseppe Alerding, Vescovo di Fort-Wayne.
28 » » Monsig. Angelo Reguera y Lopez, Vescovo di Salamanca.
6 gennaio 1925. Monsig. Enrico Moeller, Arcivescovo di Cincinnati.

Annus XVII - Vol. XVII 2* Ianuarii 1925 Num. 2

actaIpo^oijcaí^íí

COMMENTARIUM OFFICIALE

INTER SANCTAM SEDEM ET BAVARIAE REMPUBLICAM

SOLLEMNIS CONVENTIO

KONKORDAT

ZWISCHEN SEINER HEILIGKEIT
PAPST PIUS XI.
UND DEM STAATE BAYERN

Seine Heiligkeit Papst Pius XI. und der Bayerische Staat haben, vom gleichen Verlangen beseelt, die Lage der katholischen Kirche in Bayern auf eine den veränderten Verhältnissen entsprechende Weise und dauernd neu zu ordnen, beschlossen, eine feierliche Übereinkunft zu treffen.

Zu diesem Zwecke haben Seine Heiligkeit Papst Pius XI. zu Ihrem Bevollmächtigten Seine Exzellenz den Herrn Apostolischen Nuntius in München und Erzbischof von Sardes Monsignore Dr.Eugen Pacelli,und die Bayerische Staatsregierung zu ihren Bevollmächtigten Seine Exzellenz den Herrn Staatsminister des Aeussern Dr. Eugen von Knilling, den Herrn Staatsminister für Unterricht und Kultus Dr. Franz Matt und den Herrn Staatsminister der Finanzen

CONCORDATO

FRA SUA SANTITÀ IL
PAPA PIO XI
E LO STATO BAVARESE

Sua Santità il Sommo Pontefice Pio XI e lo Stato Bavarese, animati dal desiderio di regolare nuovamente, in modo stabile e corrispondente alle mutate condizioni dei tempi, la situazione della Chiesa cattolica in Baviera, hanno risoluto di concludere una solenne Convenzione.

A tale effetto Sua Santità il Sommo Pontefice Pio XI ha nominato Suo Plenipotenziario Sua Eccellenza Reverendissima Monsignor Dr. Eugenio Pacelli, Arcivescovo di Sardi e Nunzio Apostolico in Monaco di Baviera ed il Governo di Baviera ha nominato suoi Plenipotenziari Sua Eccellenza il Signor Dr. Eugenio von Knilling, Ministro degli Esteri in Baviera il Signor Dr. Francesco Matt, Ministro dell'Istruzione pubblica e del Culto, ed il

Dr. Wilhelm Krausneek ernannt, die, nachdem sie ihre beiderseitigen Vollmachten ausgewechselt und für richtig befunden haben, über folgende Artikel übereingekommen sind:

ABT. 1.

§ 1. Der Bayerische Staat gewährleistet die freie und öffentliche Ausübung der katholischen Religion.

§ 2. Er anerkennt das Recht der Kirche, im Rahmen ihrer Zuständigkeit Gesetze zu erlassen und Anordnungen zu treffen, die ihre Mitglieder binden; er wird die Ausübung dieses Rechtes weder hindern noch erschweren.

§ 3. Er sichert der katholischen Kirche die ungestörte Kultübung zu. In der Erfüllung ihrer Amtspflichten gemessen die Geistlichen den Schutz des Staates.

ART. 2.

Orden und religiöse Kongregationen können den kanonischen Bestimmungen gemäss frei gegründet werden. Sie unterliegen von Seiten des Staates keiner Einschränkung in Bezug auf ihre Niederlassungen, die Zahl und - vorbehaltlich der Bestimmung des Art. 13 § 2 - die Eigenschaften ihrer Mitglieder sowie bezüglich der Lebensweise nach ihren kirchlich genehmigten Regeln.

Soweit sie bisher die Rechte einer öffentlichen Körperschaft genossen haben, bleiben ihnen diese gewahrt; die übrigen erlangen Rechtsfähigkeit oder die Rechte einer öffentlichen Körperschaft nach den für alle Bürger oder Gesellschaften geltenden gesetzlichen Bestimmungen. Ihr Eigentum und ihre anderen Rechte werden ihnen gewährleistet.

Signor Dr. Guglielmo Krausneck, Ministro delle Finanze, i quali, scambiati i loro rispettivi pieni poteri e trovatili in buona e debita forma, sono convenuti negli articoli seguenti :

ART. 1.

§ 1. Lo Stato Bavarese garantisce il libero e pubblico esercizio della religione cattolica-

§ 2. Riconosce il diritto della Chiesa di emanare nell'ambito della sua competenza leggi e decreti, che obbligano i suoi membri; e non impedirà nè renderà diffìcile l'esercizio di questo diritto.

§ 3. Assicura alla Chiesa cattolica l'indisturbato esercizio del culto. Negli atti del loro ufficio gli ecclesiastici godono della protezione dello Stato.

ART. 2.

Gli Ordini e le Congregazioni religiose possono liberamente fondarsi in conformità delle prescrizioni canoniche, nè soggiacciono ad alcuna limitazione da parte dello Stato riguardo alle loro residenze, al numero ed alle qualità dei loro membri - salvo l'art. 13 § 2 - , nonché al loro genere di vita a norma delle Costituzioni approvate dalla Chiesa.

Quelli, che godevano finora dei diritti di pubbliche corporazioni, li conservano; gli altri acquistano la personalità giuridica o i diritti di pubbliche corporazioni secondo le norme vigenti per tutti i cittadini ed associazioni. La loro proprietà e gli altri loro diritti sono garantiti. Nell'acquisto, nel possesso e nell'amministrazione dei loro beni, come

In Bezug auf den Erwerb, den Besitz und die Verwaltung ihres Vermögens sowie in der Ordnung ihrer Angelegenheiten unterliegen sie keiner besonderen staatliehen Beschränkung oder Aufsicht.

ABT. 3.

§ .1. Die Ernennung oder Zulassung der Professoren oder Dozenten an den theologischen Fakultäten der Universitäten und an den philosophisch-theologischen Hochschulen, sowie der Religionslehrer an den höheren Lehranstalten wird staatlicherseits erst erfolgen, wenn gegen die in Aussicht genommenen Kandidaten von dem zuständigen Diözesanbischofe keine Erinnerung erhoben worden ist.

§ 2. Sollte einer der genannten Lehrer von dem Diözesanbischofe wegen seiner Lehre oder wegen seines sittlichen Verhaltens aus triftigen Gründen beanstandet werden, so wird die Staatsregierung unbeschadet seiner staatsdienerlichen Rechte alsbald auf andere Weise für einen entsprechenden Ersatz sorgen.

ART. 4.

§ 1. Der Unterricht an den theologischen Fakultäten der Universitäten und an den philosophisch-theologischen Hochschulen muss den Bedürfnissen des priesterlichen Berufes nach Massgabe der kirchlichen Vorschriften Rechnung tragen.

§ 2. An den philosophischen Fakultäten der beiden Universitäten München und Würzburg soll wenigstens je ein Professor der Philosophie und der Geschichte angestellt werden gegen den hinsichtlich seines katholisch-kirchlichen Standpunktes keine Erinnerung zu erheben ist.

nel regolamento dei loro affari, non sono sottoposti ad alcuna speciale restrizione od ispezione dello Stato.

ART. 3.

§ 1. La nomina o l'ammissione dei professori o dei docerrti nelle Facoltà teologiche delle Università e nelle Accademie filosofico-teologiche, come pure dei maestri di religione nelle scuole superiori avrà luogo da parte dello Stato soltanto se contro i relativi candidati non sia stata sollevata alcuna obbiezione da parte del competente Vescovo diocesano.

§ 2. Se alcuno dei suddetti insegnanti venga dal Vescovo diocesano dichiarato inabile per grave motivo concernente la sua dottrina o la sua condotta morale, il Governo, senza pregiudizio dei di lui diritti come funzionario dello Stato, provvederà senza indugio, a che venga supplito nel suo ufficio da altra persona idonea.

ART. *i.*

§ 1. L'insegnamento nelle Facoltà teologiche delle Università e nelle Accademie filosofico-teologiche deve corrispondere ai bisogni dei candidati allo stato sacerdotale ed alle prescrizioni ecclesiastiche.

§ 2. Nelle Facoltà filosofiche di ambedue le Università di Monaco e di Würzburg vi dovranno essere almeno un professore di filosofia ed uno di storia, contro i quali nulla possa eccepirsi dal punto di vista cattolico ed ecclesiastico.

§ 3. Der ReMgionsuntemcht bleibt.an allen höheren Lehranstalten und Mittelschulen wenigstens im bisherigen Umfang ordentliches Lehrfach.

ART. 5.

§ 1. Der Unterricht und die Erziehung der Kinder an den katholischen Volksschulen wird nur solchen Lehrkräften anvertraut werden, die geeignet und bereit sind, in verlässiger Weise in der katholischen Religionslehre zu unterrichten und im Geiste des katholischen Glaubens zu erziehen.

§ 2. Die Lehrer und Lehrerinnen, die an katholischen Volkschulen angestellt werden wollen, müssen vor ihrer Anstellung nachweisen, dass sie eine dem Charakter dieser Schulen entsprechende Ausbüdung erhalten haben. Diese Ausbildung muss sich beziehen sowohl auf den Religionsunterricht wie auch auf jene Fächer, die für den Glauben und die Sitten bedeutungsvoll sind. Die Erteilung des Religionsunterrichtes setzt die *Missio canonica* durch den Diözesanbischof voraus.

§ 3. Der Staat wird bei der Neuordnung der Lehrerbüdung für Einrichtungen sorgen, die eine den obigen Grundsätzen entsprechende Ausbildung der für katholische Volks? schulen bestimmten Lehrkräfte sichern.

§ 4. In den Prüfungskommissionen, die für die Erteüung der Lehrbefähigung an den katholischen Volksschulen zuständig sind, erhalten die kirchlichen Oberbehörden mindestens für die Prüfung aus der Religionslehre eine angemessene Vertretung.

§ 5. Soweit nach der Neuordnung

§ 3. L'istruzione religiosa rimane in tutte le scuole superiori e medie come materia ordinaria almeno nella ampiezza sinora in vigore.

ART. 5.

§ 1. L'istruzione ed educazione dei fanciulli nelle scuole elementari cattoliche sarà affidata unicamente a maestri e maestre, che siano atti e disposti ad istruirli in modo sicuro nella dottrina cattolica e ad educarli nello spirito della fede cattolica.

§ 2. I maestri e le maestre, che vogliano essere impiegati nelle scuole cattoliche, debbono provare prima della loro nomina di aver ricevuto una formazione corrispondente alla natura delle medesime, sia in ciò che concerne l'istruzione religiosa, come in ciò che riguarda quelle materie, le quali hanno importanza per la fede ed i costumi. Per impartire l'istruzione religiosa si richiede previamente la *missio canonica* da parte del Vescovo diocesano.

§ 3. Nel nuovo ordinamento delle scuole magistrali lo Stato avrà cura che vi siano istituti, i quali assicurino una formazione corrispondente ai suddetti principi per i maestri e le maestre destinati ad insegnare nelle scuole elementari cattoliche.

§ 4. Le superiori Autorità ecclesiastiche saranno convenientemente rappresentate, almeno per ciò che si riferisce alla istruzione religiosa, nelle Commissioni esaminatrici per l'abilitazione all'insegnamento nelle scuole elementari cattoliche.

§ 5. Qualora col nuovo ordina-

des Lehrerbüdungswesens Privatanstalten noch in der Lage sind, die Vorbildung oder die berufliche Ausbildung von Lehrern oder Lehrerinnen zu übernehmen, wird der Staat bei ihrer Zulassung auch bestehende Anstalten der Orden und Kongregationen entsprechend berücksichtigen.

§ 6. Die an solchen privaten Anstalten vorgebüdeten Zöglinge werden, falls diese Anstalten die staatlich vorgeschriebenen wissenschaftlichen Bedingungen erfüllen, nach Massgabe der allgemeinen Bestimmungen zu den staatliehen Prüfungen zugelassen.

§ 7. Die Erwerbung der Lehrbefähigung für Volksschulen, Mittelschulen und höhere Lehranstalten, sowie die Übertragung eines Lehramtes wird für die Angehörigen von Orden und religiösen Kongregationen an keine anderen Bedingungen geknüpft, als für Laien.

mento delle scuole magistrali sia ancora possibile ad istituti privati di assumere la istruzione preparatoria o la formazione professionale dei maestri e delle maestre, lo Stato nell'ammissione dei medesimi avrà conveniente riguardo anche ad istituti già esistenti degli Ordini e delle Congregazioni religiose.

§ 6. Gli alunni, i quali hanno frequentato tali istituti privati, saranno ammessi agli esami di Stato in conformità delle disposizioni generali, qualora gli istituti medesimi adempiano dal punto di vista scientifico le condizioni prescritte dallo Stato.

§ 7. Per l'abilitazione all'insegnamento nelle scuole elementari, medie e superiori e per la nomina a maestri o maestre non si richiedono per i membri degli Ordini o delle Congregazioni religiose condizioni diverse da quelle dei laici.

ART. 6.

In allen Gemeinden müssen auf Antrag der Eltern oder sonstigen Erziehungsberechtigten katholische Volksschulen errichtet werden, wenn bei einer entsprechenden Schülerzahl ein geordneter Schulbetrieb - selbst in der Form einer ungeteilten Schule - ermöglicht ist.

ART. 6.

In tutti i Comuni, nei quali i genitori o chi per essi lo richieggano, debbono essere fondate scuole elementari cattoliche, qualora, avendosi un numero sufficiente di scolari ad esse iscritti, sia possibile un regolare funzionamento della scuola, sebbene soltanto nella forma di una cosiddetta « scuola indivisa ».

ART. 7.

§ 1. An allen Volksschulen - abgesehen von den in Abs. 2 erwähnten Fällen - bleibt der Religionsunterricht ordentliches Lehrfach. Der Umfang dieses Religionsunterrichtes soll im Einvernehmen mit den kirchlichen Oberbehörden festgesetzt und

ART. 7.

§ 1. In tutte le scuole elementari, ad eccezione soltanto di quelle di cui è parola nel seguente capoverso, l'istruzione religiosa rimane come materia ordinaria d'insegnamento. L'ampiezza di detta istruzione verrà fissata d'accordo colle superiori Au-

gegenüber dem gegenwärtigen Stande nicht gekürzt werden.

Sollte der Bayerische Staat in etlichen Schulen rechtlich nicht in der Lage sein, dem Religionsunterrichte den Charakter eines ordentlichen Lehrfaches zu erteilen, so wird wenigstens die Erteüung eines privaten Religionsunterrichtes durch die Bereitstellung der Schulräume sowie durch deren Beheizung und Beleuchtung aus gemeindlichen oder staatlichen Mitteln sicher gestellt.

§ 2. Den Schülern der Volksschulen, Mittelschulen und höheren Lehranstalten wird im Benehmen mit den kirchlichen Oberbehörden geeignete und ausreichende Gelegenheit zur Erfüllung ihrer religiösen Pflichten gegeben.

ART. 8.

§ 1. Die Beaufsichtigung und Leitung des Religionsunterrichtes an den Volksschulen, Mittelschulen und höheren Lehranstalten werden der Kirche gewährleistet.

§ 2. Dem Bischof und seinen Beauftragten steht das Recht zu, Misstände im religiös-sittlichen Leben der katholischen Schüler wie auch ihre nachteiligen oder ungehörigen Beeinflussungen in der Schule, insbesondere etwaige Verletzungen ihrer Glaubensüberzeugung oder religiösen Empfindungen im unterrichte, bei der staatlichen Unterrichtsbehörde zu beanstanden, die für entsprechende Abhilfe Sorge tragen wird.

ART. 9.

§ 1. Orden und religiöse Kongregationen werden unter den allgemeinen gesetzlichen Bestimmungen zur

torità ecclesiastiche, in misura non minore di quella praticata attualmente.

Qualora lo Stato Bavarese non si trovasse legalmente in grado di dare in alcune scuole all'istruzione religiosa il carattere di materia ordinaria d'insegnamento, essa potrà tuttavia almeno essere nelle medesime impartita privatamente, ed a tale scopo verranno messi a disposizione i locali della scuola con riscaldamento ed illuminazione a spese dei Comuni o dello Stato.

§ 2. Agli scolari degli istituti elementari, medii e superiori deve essere dato, d'accordo colle superiori Autorità ecclesiastiche, modo opportuno e conveniente di adempiere i loro doveri religiosi.

ART. 8.

§ 1. Sono garantite alla Chiesa la sorveglianza e la direzione dell'istruzione religiosa nelle scuole elementari, medie e superiori.

§ 2. Verificandosi inconvenienti nella vita religiosa o morale degli studenti cattolici, come anche influenze perniciose od indebite sui medesimi nella scuola, ed in particolar modo eventuali offese alla loro fede od ai loro sentimenti religiosi nell'insegnamento, il Vescovo ed i suoi delegati hanno il diritto di ricorrere alle Autorità scolastiche dello Stato, le quali avranno cura di mettervi convenientemente riparo.

ART. 9.

§ 1. Gli Ordini e le Congregazioni religiose sono ammessi a fondare e dirigere scuole private a norma delle

Gründung und Führung von Privatschulen zugelassen. Die Zuerkennung von Berechtigungen an derartige Schulen erfolgt nach den für andere Privatschulen geltenden Grundsätzen.

§ 2. Von Orden und religiösen Kongregationen geleitete Schulen, die bisher den Charakter öffentlicher Schulen gehabt haben, behalten ihn, sofern sie die an gleichartige Schulen gestellten Anforderungen erfüllen. Unter den gleichen Vorbedingungen kann auch neuen Schulen von Orden und Kongregationen dieser Charakter durch die Staatsregierung verliehen werden.

prescrizioni generali del diritto comune. Il riconoscimento dei diritti spettanti alle scuole stesse ha luogo secondo le regole vigenti per le altre scuole private.

§ 2. Le scuole dirette da Ordini e Congregazioni religiose, che finora hanno goduto il carattere di scuole pubbliche, lo conservano, se hanno i requisiti richiesti per tali scuole. Alle stesse condizioni lo Stato può accordare quel carattere anche a nuove scuole degli Ordini e delle Congregazioni religiose.

ART. 10.

§ 1. Der Bayerische Staat wird seinen auf Gesetz, Vertrag oder besonderen Rechtstiteln beruhenden vermögensrechtlichen Verpflichtungen gegen die katholische Kirche in Bayern stets nachkommen. Die vermögensrechtlichen Verpflichtungen, die im Konkordate von 1817 festgelegt sind, werden durch folgende Vereinbarung ersetzt:

a) Der Staat wird die erzbischöflichen und bischöflichen Stühle, die Metropolitan- und Domkapitel mit einer Dotation in Gütern und ständigen Fonds ausstatten, deren jährliche Reineinkünfte sich bemessen auf der Grundlage jener, die im erwähnten Konkordate festgesetzt sind, wobei dem Geldwerte vom Jahre 1817 Rechnung zu tragen ist. Hierbei wird für eine freie kirchliche Verwaltung der Dotationsgüter Sorge getragen werden. Solange eine solche Dotation nicht in angegebener Weise überwiesen werden kann, wird der Staat dafür eine Jahresrente leisten, die unter Zugrundelegung der

ART. 10.

§ 1. Lo Stato Bavarese adempirà sempre verso la Chiesa cattolica in Baviera i suoi obblighi finanziari fondati su legge, convenzione o perticolari titoli giuridici. Gli obblighi di tale natura fìssati nel Concordato del 1817 vengono sostituiti dal seguente accordo:

a) Lo Stato provvederà alla dotazione delle Sedi arcivescovili e vescovili e dei Capitoli metropolitani e cattedrali *in bonis fundisque stabilibus,* i cui redditi annui netti saranno calcolati in base a quelli fissati nel menzionato Concordato, tenendo conto del valore della moneta nell'anno 1817. Questi beni verranno liberamente arnministrati dalla Chiesa. Finché tale dotazione non potrà essere effettuata nel modo suindicato, lo Stato corrisponderà in luogo di essa una rendita annua, che sarà computata in base alle obbligazioni stabilite nel Concordato del 1817 ed adattata alle condizioni economiche

im Konkordate von 1817 festgelegten Verpflichtungen und in Anlehnung an die entsprechenden Aufwendungen des Staates für seine eigenen. Zwecke den jeweiligen wirtschaftlichen Zeitverhältnissen, angepasst wird.

Die Geldleistungen an die 6 Diözesanbischöfe von Augsburg.Eegensburg, Würzburg, Passau, Eichstätt und Speyer sollen die gleichen sein.

Die Weihbischöfe erhalten eine Gehaltszulage, wie sie in der Vereinbarung vom Jahre 1910 vorgesehen ist; sie wird ebenfalls den jeweiligen wirtschaftlichen Zeitverhältnissen angeglichen werden.

b) Sämtliche Kapitel haben 2 Dignitäten (Dompropst und Domdekan); die Metropolitankapitel zählen 10, die Domkapitel 8 Kanoniker; die einen wie die anderen haben überdies 6 für den Chor- und Ordinariatsdienst bestimmte Vikare.

Für die Kanoniker, die bereits das 70. Lebensjahr zurückgelegt haben, oder die nicht mehr dienstfähig sind, können im Einverständnisse mit der Staatsregierung Koadjutoren mit oder ohne Recht zur Nachfolge aufgestellt werden, die die gleichen Bezüge erhalten wie die statusmässigen Kanoniker.

c) Den Generalvikaren und bischöflichen Sekretären wird der Bayerische Staat eine Dienstentschädigung anweisen, deren Höhe ebenfalls den jeweiligen Wirtschaftsverhältnissen anzugleichen ist.

d) Zur Zeit der Erledigung eines erzbischöflichen oder bischöflichen Stuhles, der Dignitäten, Kanonikate oder Vikarien, wird der Betrag der vorerwähnten Einkünfte zum besten der betreffenden Kirchen erhoben nnd erhalten.

di ciascun tempo analogamente alle corrispondenti spese dello Stato per i suoi propri scopi.

Le prestazioni finanziarie ai sei Vescovi diocesani di Augsburg, Regensburg, Würzburg, Passau, Eichstätt e Spira dovranno essere eguali.

Ai Vescovi ausiliari verrà corrisposto l'assegno supplementare previsto nella Convenzione del 1910, del pari adattato alle condizioni economiche di ciascun tempo.

b) Tutti i Capitoli hanno due Dignità (il Preposto ed il Decano); i Capitoli metropolitani contano dieci Canonici, i cattedrali otto; gli uni e gli altri hanno inoltre sei Vicari, destinati al servizio del Coro e della Curia diocesana.

Per i Canonici, i quali abbiano compiuto l'età di settanta anni o non siano più abili a prestare ü loro servizio, possono essere nominati, d'intesa col Governo, Coadiutori con o senza diritto di successione, i quali percepiranno gli stessi redditi dei Canonici statutari.

c) Lo Stato corrisponderà ai Vicari generali ed ai Segretari dei Vescovi un onorario dei pari adattato alle condizioni economiche di eia* scun tempo.

d) Nel tempo delle vacanze delle Sedi arcivescovili e vescovili, delle Dignità, dei Canonicati o Vicariati, i suddetti redditi saranno percepiti e conservati a vantaggio delle rispettive Chiese.

e) Sowohl den Erzbischöfen und Bischöfen als den Dignitären, den 5 bezw. 4 älteren Kanonikern und 3 älteren Vikaren wird eine ihrer Würde und ihrem Stande entsprechende Wohnung angewiesen.

/) Die Fonds, Einkünfte, beweglichen und unbeweglichen Güter der Domkirchen und ihrer Fabriken werden erhalten werden, und, wenn sie zur Unterhaltung der genannten Kirchen, zu den Ausgaben für den Gottesdienst und zur Besoldung der nötigen weltlichen Diener nicht hinreichen, wird der Staat das Fehlende ergänzen.

g) Für die erzbischöflichen und bischöflichen Ordinariate, für das Kapitel und das Archiv wird ein geeignetes Gebäude überlassen; für Deckung etwaiger Fehlbeträge der Ordinariatsbedurfnisse gilt Buchst, *f* entsprechend.

h) Der Bayerische Staat wird an die bestehenden, nach den Bestimmungen des Codex iuris canonici eingerichteten Knaben- und Priesterseminare angemessene Zuschüsse leisten.

i) Für die Emeriten sorgt der Staat durch Ausstattung der Emeritenanstalten mit ausreichender Dotation oder durch entsprechende Zuschüsse zu Emeritenpensionen.

1c) Werden mit Einverständnis der Staatsregierung Seelsorgestellen neu errichtet oder bestehende umgewandelt, so werden zur angemessenen Ergänzung des Einkommens der jeweiligen Stelleninhaber staatliche Mittel im Rahmen der bisher üblichen Leistungen für die Seelsorgegeistlichen im allgemeinen zur Verfügung gestellt.

e) Agli Arcivescovi ed ai Vescovi, ai Canonici seniori (cinque nei Capitoli metropolitani e quattro nei Cattedrali) ed ai tre Vicari parimenti seniori verrà assegnata un'abitazione corrispondente alla loro dignità e condizione.

/) I fondi, i redditi, i beni mobili ed immobili delle chiese metropolitane e cattedrali e delle loro fabbriche saranno conservati e, qualora essi non siano sufficienti per la manutenzione delle chiese stesse, per le spese del culto divino e per gli stipendi dei necessari inservienti laici, lo Stato supplirà per il resto.

g) Per la Curia arcivescovile e vescovile, per il Capitolo e l'archivio sarà egualmente destinato un conveniente edifìcio; per colmare eventuali deficit nelle spese occorrenti alle Curie arcivescovili e vescovili si applica analogamente la disposizione della lettera *f.*

h) Lo Stato Bavarese corrisponderà convenienti sussidi ai Seminari esistenti minori e maggiori, ordinati secondo le prescrizioni del Codice di diritto canonico.

i) Agli ecclesiastici emeriti lo Stato provvede destinando a tale scopo istituti con sufficiente dotazione o prestando un supplemento alla relativa pensione.

Jc) Se d'intesa col Governo verranno eretti nuovi offici con cura d'anime o mutati i già esistenti, lo Stato corrisponderà agli ecclesiastici, che li ricoprono *pro tempore,* i mezzi per un conveniente complemento della rispettiva rendita, nel quadro delle prestazioni finanziarie finora in uso per gli ecclesiastici aventi cura d'anime in generale.

Im .Falle einer Ablösung oder Neuregelung der auf Gesetz, Vertrag oder besonderem Reehtstitel beruhenden staatlichen Leistungen an die Kirche sichert der Bayerische Staat die Wahrung der kirchlichen Belange durch Ausgleichsleistungen zu, die entsprechend dem Inhalt und Umfange des Rechtsverhältnisses unter Berücksichtigung der Geldwertverhältnisse vollen Ersatz für das weggefallene Recht gewähren.

§ 2. Soweit staatliche Zuschüsse oder Mehraufwendungen nicht benötigt werden, können kirchliche Stellen frei errichtet oder umgewandelt werden.

§ 3. Die staatlichen Gebäude und Grundstücke, die zur Zeit unmittelbar oder mittelbar Zwecken der Kirche einschliesslich der Orden oder religiösen Kongregationen dienen, bleiben diesen Zwecken auch fernerhin unter Berücksichtigung etwa bestehender Verträge überlassen.

§ 4. Die Güter der Seminarien, Pfarreien, Benefizien, Kirchenfabriken und aller übrigen Kirchen Stiftungen werden innerhalb der Schranken des für alle geltenden Gesetzes gewährleistet und können ohne Zustimmung der zuständigen kirchlichen Obrigkeit nicht veräussert werden. Die Kirche hat das Recht neues Besitztum zu erwerben und als Eigentum zu haben. Dieses so erworbene Eigentum soll in gleicher Weise unverletzlich sein.

§ 5. Die Kirche hat das Recht, auf der Grundlage der bürgerlichen Steueriisten Umlagen zu erheben.

ART. 11.

Der Bayerische Staat wird in seinen Straf-, Pflege-, Erziehungs-und

Qualora si addivenisse ad uno svincolo o ad un nuovo ordinamento delle prestazioni dello Stato alla Chiesa fondate su legge, convenzione o particolari titoli giuridici, lo Stato Bavarese assicurerà gl'interessi della Chiesa mediante compensi, i quali, corrispondentemente al contenuto ed alla estensione del rapporto giuridico, e tenendo conto del valore del danaro, costituiscano un pieno surrogato del cessato diritto.

§ 2. Se non sono necessari sussidi o maggiori spese da parte dello Stato, gli offici ecclesiastici possono essere liberamente eretti o mutati.

§ 3. Gli edifìci ed i fóndi dello Stato, che al presente servono immediatamente o mediatamente a scopi ecclesiastici, compresi quelli goduti dagli Ordini e dalle Congregazioni religiose, sono lasciati a tali scopi anche in avvenire, avendo riguardo ai contratti eventualmente esistenti.

§ 4. I beni dei Seminari, delle parrocchie, dei benefìci, delle fabbriche e di tutte le altre fondazioni ecclesiastiche vengono garantiti nei limiti del diritto comune, nè possono venire alienati senza il consenso della competente Autorità ecclesiastica. La Chiesa ha il diritto di acquistare e possedere nuovi beni, e le cose così acquistate saranno nella stessa guisa inviolabili.

§ 5. La Chiesa ha diritto di riscuotere imposte sulla base dei registri civili delle tasse.

ART. 11.

Lo Stato Bavarese provvederà a proprie spese acciocché coloro, che

Krankenanstalten, sei es durch Anstellung eigener Geistlicher oder auf andere zweckmässigeWeise, auf seine Kosten eine entsprechende Seelsorge einrichten. Die Seelsorger für diese Anstalten werden im Benehmen mit dem Diözesanbischof aufgestellt.

Bei der Genehmigung von Anstalten anderer Unternehmer wird der Bayerische Staat tunlichst dahin wirken, dass die Anstaltspfleglinge dem jeweiligen Bedürfnis entspre^chend seelsorglich betreut werden.

ART. 12.

Abgesehen von kleineren Änderungen, die im Interesse der Seelsorge liegen, und abgesehen von jenen Verschiebungen, die sich in einzelnen Bällen als Folge von Umpfarrungen ergeben, wird der jetzige Stand der Kirchenprovinzen und Diözesen nicht verändert werden.

ART. 13.

§ 1. Im Hinblick auf die Aufwendungen des Bayerischen Staates für die Bezüge der Geistlichen wird die Kirche in der Leitung und Verwaltung der Diözesen, ferner der Diözesanbildungsanstalten sowie in der Pfarrseelsorge und für die Erteilung des Religionsunterrichtes an den Volksschulen nur Geistliche verwenden, die

a) die bayerische oder eine andere deutsche Staatsangehörigkeit haben,

b) das Reifezeugnis eines deutschen vollwertigen humanistischen Gymnasiums besitzen, das auch auf Grund privater Studien und an einer vom Staate anerkannten Privatanstalt erworben werden kann,

si trovano nei suoi Istituti (carceri, case di cura, collegi, ospedali), abbiano una corrispondente assistenza religiosa, sia per mezzo di sacerdoti a ciò appositamente deputati, che in altro modo opportuno. La nomina di detti sacerdoti ha luogo d'intelligenza col Vescovo diocesano.

Nell'approvazione di Istituti tenuti da altri lo Stato Bavarese avrà il più possibile cura affinchè sia provveduto all'assistenza medesima secondo che il caso richiede.

ART. 12.

L'attuale costituzione delle Provincie ecclesiastiche e delle diocesi non sarà cambiata, salvo le piccole modificazioni richieste dall'interesse della cura delle anime, nonché quei mutamenti di confini diocesani, i quali, nei singoli casi, sono una conseguenza del cambiamento dei confini delle parrocchie.

ART. 13.

§ 1. In considerazione delle spese dello Stato Bavarese per gli assegni degli ecclesiastici, la Chiesa non assumerà alla direzione ed amministrazione delle diocesi, nonché degli istituti diocesani di educazione, come pure alla cura parrocchiale ed all'insegnamento religioso nelle scuole elementari, se 'non ecclesiastici, i quali

a) abbiano la cittadinanza bavarese o quella di un altro Stato germanico;

b) abbiano ottenuto in un Ginnasio umanistico germanico *pieni iuris* l'attestato di maturità, che può essere conseguito anche dopo studi privati e presso un Istituto privato riconosciuto dallo Stato;

c) die von der Kirche vorgeschriebenen philosophisch-theologischen Studien an einer deutschen staatlichen Hochschule oder an einer den Bestimmungen des c. 1365 Cod. Iur. Can. entsprechenden deutschen bischöflichen Hochschule oder an einer päpstlichen Hochschule in Born erfolgreich zurückgelegt haben.

§ 2. Desgleichen müssen bei Orden und religiösen Kongregationen sowie bei deren Niederlassungen die Obern, die in Bayern ihren Sitz haben, die bayerische oder eine andere deutsche Staatsangehörigkeit besitzen. Unberührt bleibt das Recht der Ordensobern mit anderer Staatsangehörigkeit, die ihren Sitz ausserhalb Bayerns haben, persönlich oder durch einen Vertreter ihre Häuser in Bayern zu visitieren, sowie das Becht der Ordenskleriker, ihre philosophisch-theologischen Studien an ihren Ordensschulen nach Massgabe des Cod. Iur. Can. c. 1365 zurückzulegen anstelle der in § 1 Buchst, *c* genannten Anstalten.

ART. 14.

§ 1. In der Ernennung der Erzbisehöfe und Bischöfe hat der Hl. Stuhl volle Freiheit. Bei Erledigung eines erzbischöflichen oder bischöflichen Sitzes wird das beteiligte Kapitel dem'Hl. Stuhle unmittelbar eine Liste von Kandidaten unterbreiten, die für das bischöfliche Amt würdig und für die Leitung der erledigten Diözese geeignet sind; unter diesen wie auch unter den von den bayerischen Bischöfen und Kapiteln je in ihren entsprechenden Triennallisten Bezeichneten behält sich der Hl. Stuhl freie Auswahl vor. Vor der Publikation der

c) abbiano compiuto con successo gli studi filosofico-teologici prescritti dalla Chiesa in un'alta scuola germanica dello Stato od in un'alta scuola germanica vescovile, la quale soddisfi alle disposizioni del can. 1365 del Codice di diritto canonico, od in un'alta scuola pontifìcia in Roma.

§ 2. Parimenti negli Ordini e nelle Congregazioni religiose, come pure nelleloro case, i Superiori, che hanno la loro residenza in Baviera, debbono avere la cittadinanza bavarese o quella di un altro Stato germanico, salvo il diritto dei Superiori di altra cittadinanza, residenti fuori del territorio bavarese, di visitare per sè o per altri le loro case poste in Baviera, come pure il diritto dei religiosi di compiere gli studi filosofici e teologici nelle scuole del loro istituto a norma del Codice di diritto canonico can. 1365, anziché in quelle menzionate nel § 1 lett. c.

ART. 14.

§ 1. La nomina degli Arcivescovi e dei Vescovi spetta in tutta libertà alla Santa Sede. Verificandosi la vacanza di una chiesa arcivescovile o vescovile, il rispettivo Capitolo sottoporrà direttamente alla Santa Sede una lista di candidati degni deU'ufficio episcopale e idonei a reggere la vacante diocesi, tra i quali, come pure tra quelli suggeriti dai Vescovi e dai Capitoli bavaresi, nelle rispettive liste triennali, la Santa Sede si riserva libera scelta. Prima della pubblicazione della Bolla la Santa Sede si assicurerà in via ufficiosa presso il Governo bavarese,

Bulle wird dieser in offiziöser Weise mit der Bayerischen Regierung in Verbindung treten, um sich zu versichern, dass gegen den Kandidaten Erinnerungen politischer Natur nicht obwalten,

§ 2. Die Besetzung der Kanonikate bei den erzbischöflichen und bischöflichen Kapiteln geschieht abwechselnd durch freie Übertragung des Diözesanbischofes nach Anhörung des Kapitels und durch Wahl der Kapitel vorbehaltlich der Bestimmung des c. 177 Cod. Iur. Can.

Die Dignitäten werden nach dem gemeinen kanonischen Rechte besetzt.

§ 3. Im Hinblick auf die Aufwendungen des Bayerischen Staates für die Bezüge der Seelsorgegeistlichen wird die Kirche vor Ernennung der Pfarrer der Staatsregierung die Personalien des in Aussicht genommenen Geistlichen mitteilen; allenfallsige Erinnerungen der Staatsregierung sollen in mögüchst kurzer Zeit erfolgen. Die staatlichen Patronat- oder Präsentationsrechte aus besonderen kanonischen Rechtstiteln bleiben in der bisherigen Form unberührt.

ART. 15.

§ 1. Sollte sich in Zukunft bei der Auslegung vorstehender Bestimmungen irgend eine Schwierigkeit ergeben, so werden der Hl. Stuhl und der Bayerische Staat gemeinsam eine freundschaftliche Lösung herbeiführen.

§ 2. Mit dem Inkrafttreten des gegenwärtigen Konkordates wird das Konkordat vom Jahre 1817 als nicht mehr geltend erklärt. Insoweit bisher erlassene und noch in

che contro il candidato non vi sono obbiezioni di ordine politico.

§ 2. La provvista dei Canonicati nei Capitoli metropolitani e cattedrali si effettua alternativamente per libera collazione da parte del Vescovo diocesano, *audito capitulo,* e mediante l'elezione del Capitolo, salva la conferma a norma del can. 177 del Codice di Diritto Canonico.

Le Dignità vengono conferite secondo il diritto canonico comune.

§ 3. In considerazione delle spese dello Stato Bavarese per gli assegni degli ecclesiastici la Chiesa prima della nomina dei parroci in senso stretto comunicherà al Governo i nomi e le notizie personali dei candidati; se questo eventualmente avesse difficoltà, dovrà significarle nel più breve termine possibile. I diritti di patronato o presentazione dello Stato, fondati su speciali titoli canonici, rimangono intatti nella forma sin qui usata.

ART. 15.

§ 1. Se in avvenire sorgesse qualche difficoltà sulla interpretazione dei precedenti articoli, la Santa Sede e lo Stato Bavarese procederanno, di comune intelligenza, ad un'amichevole soluzione.

§ 2. Coli'entrata in vigore del presente Concordato viene dichiarato decaduto quello dell'anno 1817. Le leggi dello Stato Bavarese, le ordinanze ed i decreti, sinora emanati

Kraft befindliche Landesgesetze, Verordnungen und Verfügungen mit den Bestimmungen dieses Vertrages in Widerspruch stehen, werden sie aufgehoben.

ed ancora in vigore, in quanto si trovino in opposizione colle disposizioni della presente Convenzione, saranno abrogati.

ART. 16.

Die Ratifikationen werden möglichst bald ausgewechselt werden und das Konkordat wird mit dem Zeitpunkte dieser Auswechselung in Kraft treten.

ART. 16.

Lo scambio delle ratifiche avrà luogo nel più breve termine possibile ed il Concordato entrerà in vigore alla data di questo scambio.

Zur Beglaubigung des Vorstehenden haben die nachgenannten Bevollmächtigten das gegenwärtige Konkordat unterzeichnet.

- In fede di che i sunnominati Plenipotenziari hanno firmato il presente Concordato.

München, den 29. März 1924.

Monaco (Baviera), 29 Marzo 1924.

£8 EUGENIO PACELLI, Arciv. di Sardi, Nunzio Apostolico,
Dr. EUGEN VON KNILLING, Staatsminister des Aeussern,
Dr. FRANZ MATT, Staatsminister für Unterricht und Kultus,
Dr. WILHELM KRAUSNECK, Staatsminister der Finanzen.

Am Samstag, den 24. Ianuar 1925 mittags 12 Uhr sind Seine Exzellenz der Apostolische Nuntius Monsignore PAGELLI, Erzbisehof von Bardes und der Ministerpräsident und Siaatsminister des Aeussern Dr HELD im Ministerium des Aeussern zu München zusammengekommen, um die Ratifikationsurkunden zu dem zwischen Seiner Heiligkeit PAPST PIUS XI. und dem Staate BAYERN abgeschlossen Konkordat vom 29. März 1924 nach Massgabe des Art. 16 dieses Konkordats auszutauschen.

Nachdem die Ratifikationsurkunden vorgelegt und für richtig befunden worden waren, wurden in Gegenwart der Staatsminister Gürtner, Stützel, Dr Krausneck, Oswald, Fehr und Dr von Meinel, des Staatsrats im Staatsministerium des Aeussern Dr Schmelzle, des Staatsrats im Staatsministerium für Unterricht und Kultus Korn und der beteiligten Ministerialreferenten die Urkunden ausgetauscht.

Zu Urkund dessen ist dieses Protokoll in doppelter Urschrift gefertigt, genehmigt, unterzeichnet und mit den Siegeln versehen worden. *

München, den 24. Januar 1925.

L. g8 S. £ß EUGEN PACELLI, Erzbischof von Sardes,
Apostolischer Nuntius.

L. £B S. Dr. HEINBICH HELD,
Bayr. Ministerpräsident.

Als Protokollführer
Paul Freiherr von Stengel,
Ministerialrat.

* Sabato 24 Gennaio 1925, a mezzodì, Sua Eccellenza Monsignor Pacelli, Arcivescovo di Sardi e Nunzio Apostolico, ed il Presidente del Consiglio dei Ministri e Ministro degli Esteri Dr. Held si sono riuniti nel [Ministero degli Esteri in Monaeo, per procedere allo scambio degli Istrumenti^di ratifica del

Concordato concluso tra Sua Santità il Papa Pio XI e lo Stato Bavarese il 29 Marzo 1924, a norma dell'articolo 16 del Concordato stesso.

Dopoché gli anzidetti Istrumenti di ratifica sono stati esibiti e trovati in regola, si è effettuato lo scambio dei medesimi alla presenza dei Ministri di Stato Gürtner, Stûtzel, Dr. Krausneck, Oswald, Fehr e Dr. von Meinel, del Consigliere di Stato nel Ministero degli Esteri Dr. Schmelzle, del Consigliere di Stato nel Ministero dell'Istruzione pubblica e del Culto Korn e dei rispettivi Belatori ministeriah.

In fede di che si è redatto in doppio originale il presente processo verbale, che é stato approvato, sottoscritto e munito dei sigilli.

Ahaus XVII - Vol. XVII 3 Februarii 1925 Num. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

LAUSANNENSIS

DE ASSIGNATIONE TITULI FRIBURGENSIS AB EPISCOPO LAUSANNENSI-GENEVENSI ASSUMENDI DEQUE ERECTIONE CAPITULI CATHEDRALIS DIOECESIS LAUSANNENSIS, GENEVENSIS ET FRIBURGENSIS.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sollicitudo omnium Ecclesiarum Eomano Pontifici divinitus commissa eo quoque vertit, ut quae peculiari temporum ratione statuta fuere, eadem, immutatis adiunctis, aptius ordinentur, prout Christi fidelium bonum exigere aut suadere apprime videatur.

Iamvero in civitate Friburgensi, quae eiusdem nominis Reipublicae et circumscriptionis - vulgo *Cantone* - caput est, ad praesentem usque diem specialis quaedam rei ecclesiasticae ordinatio exstat, quae horum temporum condicionibus non ita respondet ut ab initio respondebat, eamque melius ordinari animarum bonum requirit; ea etiam de causa ut res publica melius ordinetur et dioecesis Antistes, qui fere tribus abhinc saeculis stabilem commorationem Friburgi ducit, propria ecclesia et Capitulo cathedrali non careat. Quae'quidem omnia honori quoque erunt eidem Friburgensi civitati, quae fideliter semper catholicae Ecclesiae adhaesit et Romanum Pontificem summa reverentia prosecuta est.

Quapropter, Nos, auditis iis quorum interest, votoque praehabito dilectorum filiorum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, qui Sacris Congregationibus Consistoriali et a Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositi

sunt, Apostolicae potestatis plenitudine haec, quae sequuntur, statuenda decrevimus:

I. Dioecesis Lausannensis, praeter titulum Genevensem, quem iam coniunctum habet, titulum quoque Friburgensem assumet, ac proinde appellabitur posthac dioecesis *Lausannensis, Genevensis et Friburgensis.*

IL Insignis ecclesia collegiata S. Nicolai, quae in urbe Friburgensi exstat, ad gradum et honorem ecclesiae cathedralis evehatur, cum omnibus privilegiis et iuribus, quibus ceterae cathedrales ecclesiae ex iure communi gaudent.

III. Pariter Capitulum collegiale eiusdem S. Mcolai ecclesiae in Capitulum cathedrale erigatur, quod constet decem canonicis praebendatis, seu residentialibus, quorum tres sint Dignitates, videlicet: Praepositus, Decanus et Cantor; atque decem extra-residentialibus.

IV. Ne desint inter Canonicos praèbendatos officia theologi et poenitentiarii, iuxta can. 398 et seqq. Codicis I. C, officia ipsa quam primum fieri possit instituantur.

V. Peculiariter autem Canonici praebendati, ad propria bona administranda iuraque exercenda, quae ad tramitem Codicis I. C. et praesentis Constitutionis eisdem competere possunt, et ad hunc finem dumtaxat, in corpus, seu « ens iuridicum » - distinctum constituantur, « Collegium a S. Nicolao » nuncupandum.

VI. Ad integrum vero Capitulum cathedrale exclusive spectabunt privilegia, iura et munera, quae a Codice I. C. cathedralibus Capitulis attribuuntur.

VII. Praepositus insuper, prima dignitas, praeeminentiam honoris in Capitulo, aliaque privilegia, quae cum Codicis praescriptis et cum nova hac Constitutione compatibilia erunt, servabit: praesertim autem privilegium pontificalia peragendi, prout in cap. III de « Concordia », diei decimae quartae octobris anni millesimi septingentesimi decimi noni, et in Apostolicis Litteris *Exponi Nobis* a Praedecessore Nostro Clemente Papa decimosecundo, die vigesima septima mensis septembris, anni millesimi septingentesimi trigesimi primi datis, sub n. 11, exhibetur. Praepositum sequentur, quoad praecedentiam, duae aliae dignitates, Decanus et Cantor. Ceteri canonici, sive residentiales, sive extraresidentiales, iii capitularibus, coetibus sedebunt iuxta diem captae possessionis sui quisque beneficii.

VIII. Extraresidentiales praeterea in sacris functionibus, quibus intersint, eadem prorsus deferant insignia ac canonici residentiales.

IX. Canonica institutio dignitatum Sanctae Sedi, prout de iure, reservata manebit, ceterorum canonicorum Episcopo. Sed Apostolica Sedes, ut Rei-

publicae Friburgensi benevolentiae suae signum tribuat, eidem concedit privilegium praesentandi, eo qui sequitur modo, canonicos praebendatos, ea tamen conditione, ut ipsa Respublica pergat, sicut hucusque egit, occurrere expensis pro manutentione cathedralis ecclesiae S. Nicolai, et contribuere pro expensis divini cultus in civitate Friburgensi. Hinc Episcopus, audito Collegio a 8. Nicolao, tres designabit candidatos pro unaquaque praebenda canonicali vacante. Ex his Gubernium seleget unum, quem Episcopo praesentabit pro canonica institutione. Quoad Dignitates, eadem quoque norma servetur, hoc tamen discrimine, ut Episcopus antequam *ternani* designet, integrum Capitulum audiat. Praesentatione a Gubernio facta, Episcopus praesentatum Sanctae Sedi indicabit, ut canonicam institutionem accipiat.

X. Canonici extraresidentiales libere ab Episcopo nominentur, audito prius integro Capitulo cathedrali, a qua tamen obligatione prima vice eximitur.

XI. Ad paroeciam S. Mcolai conferendam Sancta Sedes tolerabit, ut ille civitatis ordo, seu classis, quae vulgo *bourgeoisie* audit, curatum eligat inter tres candidatos, quos Episcopus, audito Collegio S. Nicolai, designaverit, sive e gremio eiusdem Collegii, sive etiam extra. In electione respectiva ius ferendi suffragium pertinebit ad eos tantum viros *bourgeois,* qui in territorio civitatis Friburgensis resident, quique ab ecclesiastica auctoritate uti catholici recogniti sint. Ad id, civitas singulis vicibus elenchum electorum episcopali Curiae revisendum et adprobandum exhibebit. Ante vero electionem religiosa functio habeatur, qua durante ecclesiasticus vir ab Ordinario selectus electores moneat de gravi, quo adstringuntur, conscientiae onere illum eligendi, quem inter designatos dignissimum coram Domino reputaverint.

Nullum ac irritum erit suffragium datum alicui nomini, quod in terna ab Episcopo determinata haud inveniatur.

Electione rite peracta, is proclametur electus, qui suffragiorum partem absolute maiorem, respectu numero suffragia actu ferentium, retulerit. Quod si post tria scrutinia nemo ex candidatis partem absolute maiorem suffragiorum obtinuerit, electio seu nominatio ea vice Episcopo devolvatur.

XII. Electus, postquam confirmatus, examinatus, approbatus et institutus uti parochus fuerit ab Episcopo, ipso facto et Canonicus esto, si iam non sit.

XIII. Reliquis paroeciis, sive incorporatis, sive non, quum Capitulum collegiale S. Nicolai iuri, quod hactenus exercuit", nominandi earumdem rectores libere renuntiaverit, Episcopus per liberam collationem ad formam iuris provideat. Ad moderandas autem quaestiones ad admini-

strationem spectantes, quae ex huiusmodi renuntiatione oriri poterunt, Episcopus et Collegium a S. Nicolao sua deliberata et vota ad rem Sanctae Sedi proponant.

XIV. Praesentes civitatis paroeciarum curati beneficium canonicale, quod possident, retinebunt. In posterum, si adiuncta expostulaverint ut unus vel alter curatus etiam canonicus nominetur, Episcopus in singulis casibus ad Sanctam Sedem recurret pro necessario indulto obtinendo.

Apostolica Sedes confidit fore ut Respublica, civitas et populus Friburgensis, qua generositate praestant, paroeciis ipsis tribuant quae necessaria sint tum ad divinum cultum, tum ad curatos earumdem et coadiutores convenienter sustentandos.

XV. Demum circumscriptio paroeciarum etiam in civitate, earumque, si opus erit, divisio, suppressio, translatio et alia huiusmodi ad Episcopum, ad normam sacrorum canonum, spectabunt.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum interest, vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiter observari debere, et si secus super his, a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus.

Hisce omnibus, ut supra, constitutis, ad eadem exsecutioni mandanda deputamus ipsum hodiernum Episcopum Lausannensem, venerabilem fratrem Marium Besson, eidem tribuentes omnes facultates necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, itemque pronuntianda super quavis oppositione vel difficultate in exsecutionis actu quomodolibet oritura, iniuncto eidem onere ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses transmittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, in iudicio et extra illud, quae hisce Litteris Nostris tribueretur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque, quibus omnibus per praesentes Litteras derogamus.

Nemini ergo liceat quae hisce Litteris Nostris erectionis, evectionis, concessionis, statuti, mandati, derogationis et voluntatis decreta sunt infringere vel eis contraire. Si quis tamen, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quarto, die decima septima mensis octobris, Pontificatus Nostri' tertio.

O. *CARD.* **CAGIANO,**
S. R. E. Cancellarius.

gg C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen.,
8. G. Consistorialis Secretarius.

Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus.*
Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £g Plumbi.

Reg. in Cane. Ap., vol. XXX, n. 14.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS HONESTATUR ECCLESIA SANCTO ANTONINO ABBATI DICATA, IN CIVITATE SURRENTINA.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Sancto Antonino Abbati, qui cum Renato, Valerio, Athanasio et Baculo, patronus est archidioecesis Surrentinae, ab antiquis temporibus quaedam in civitate Surrentinorum ecclesia dicata fuit. Fertur saltem saeculo ix hodiernum templum exstructum esse; at postea, diversis temporibus, pluries restauratum atque exornatum, nunc tribus alis constat, quas separant fornices cum columnis, quae e lapide numidico ab idolorum aedibus finitimae regionis proveniunt. Cuius ecclesiae in crypta honorifice adservatur et religiosissime colitur divi Antonini corpus, cum ipse sanctus Abbas, e Cassinensi monasterio, a Longobardorum exercitu vastato, discedere coactus, in solitudinem Surrentinam migraverit, ibique, sanctitate celebris, dies suos in Domino clauserit. Ad sancti Antonini corpus, saepius miraculis, praesertim in energumenis liberandis, clarum, ad validam apud Deum intercessionem Sancti obtinendam, Christi fideles peregre confluunt, ita ut in praefata ecclesia continuus populi sit concursus, ac propterea divini cultus, laudabili sacerdotum ministerio, peragantur, sacraeque functiones ad popularium pietatem satisfacienda!» frequenter et sollemniter, adhibitis quoque divitibus copiosisque supellectilibus, habeantur. His omnibus perpensis, hodierni praedictae ecclesiae praepositi, qui suppliciter a Nobis exposcit, ut titulo ac privilegiis ad instar Urbis Basilicarum eandem sacram aedem de Apostolica benignitate decoremus, precibus adnuere existimavimus, quum non modo ipse nomine proprio suorumque cuiusvis ordinis civium Nobis supplicaverit ut huiusmodi votis concederemus, sed etiam venerabilis frater Surrentinorum Archiepiscopus eorundem optatis suum gravis ponderis suffragium addiderit. Quapropter, auditis quoque VV. FF. NN. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrorum Rituum Congregationi praepositis, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi, ecclesiam praeposituralem sancti Antonini Abbatis in civitate atque archidioecesi Surrentina exsistentem Basilicae minoris titulo ac dignitate perpetuum in modum augemus, illique omnia et singula conferimus iura, privilegia, praerogativas, honores, indulta, quae minoribus Almae Urbis Nostrae Basilicis de iure competunt.

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, eidemque ecclesiae sancto Antonino Abbati dicatae plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritümque atque inane fieri si secus, super his, a quoquam, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn decembris anno MDCCCCIV, Pontificatus Nostri tertio.

P. CARD. GASP ARRI, *a Secretis Status.*

II

MUTANTUR FINES APOSTOLICORUM VICARIATUUM DE MARIANNHILL ET NATALENSIS, IN AFRICA MERIDIONALI.

PIUS PP. XI

• Ad futuram rei memoriam. — Ex hac divi Petri cathedra, quam divinitus obtinemus, tamquam e sublimi specula, in omnes terrarum orbis regiones oculos mentis Nostrae convertimus et quae ibidem rei sacrae procurationi melius gerendae faciant, vel in exploratam cedant christiani populi utilitatem sollicito studio decernere atque exsequi maturamus. Hoc consilio ducti, cum venerabilis frater Adalberus Fleischer, Episcopus titularis Tiberiopolitanus et Vicarius Apostolicus de Mariannhill in Africa meridionali Nos flagitaverit, ut ea territorii pars, ad finitimum vicariatum Natalensem pertinens et ad meridiem praedii de Mariannhill sita, suae missioni cederetur, atque huic cessioni adnuerit venerabilis frater Henricus Delalle, Episcopus titularis Thuggensis et Vicarius Apostolicus Natalensis, Nos, collatis consiliis cum VV. FF. NN. Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attento studio perpensis, quo maiora fidei incrementa in dicto territorio promoveantur, supra memorati Praesulis precibus benigne obsecundandum esse censuimus.

Itaque, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore volumus, edicimus et mandamus*, ut limites inter memoratas missiones in posterum sequentes sient: videlicet finis administrativus actualis "districtus de *Durban* usque ad flumen *TJmlaas;* inde cursus fluminis *Umlaas,* ita ut tria praedia, idest de *WelbedacM,* de *Mariannhill* et de

Darrehoék nuncupata, et ad septentrionem dicti fluminis sita, in vicariatu apostolico de Mariannhill includantur, immutatis tamen manentibus antiquis limitibus ad occidentem fontium fluminis *Vmlaas* iam statutis.

Porro haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die v mensis decembris, anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

P. CARD. GASP ARRI, *a Secretis Status.*

III

APPROBATIO CONSTITUTIONUM ORDINIS CISTERCIENSIUM STRICTIORIS OBSERVANTIAE.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Monachorum vita iuxta Sancti Patris Benedicti Regulas ab initus ex eiusdem Ordine monasteriorum atque abbatiarum apud gentes nationum, quas Romana Ecclesia moderatur, ad recentiora usque tempora vigiles custodes continenter habuit, quos aliquando Deus provide suscitavit ut monachi ad priscos sanctitatis mores revocarentur, atque ad salutarem principemque viam, quam pius legiferque fundator praeceptis suis signavit. Quos inter vigilantes custodes meminisse iuvat Sancti Oddonis, qui saeculo decimo in celeberrimo Cluniacensi monasterio ita religiosorum vitam emendavit, ut per duo fere saecula ad alia S. Benedicti monasteria reformatio morum a Cluniacensi deflueret. Idem Oddo Romae etiam atque in finitima regione, in abbatiis scilicet Sublacensi, Farfensi, S. Heliae Nepesina sollertem studiosamque operam suam navavit emendatricem; eiusdemque successorum S. Maiolis, S. Odilonis ceterorumque curae monasteriis quoque consuluerunt, quae in Parmensibus, Reatinis, Cavensibus finibus erant, aliisque Gallicis Italicisque, Classensi denique apud Ravennae civitatem, a quo S. Romualdus Abbas exivit, novus S. Benedicti monachorum reformator, ad Heremitarum Camaldulensium fundamenta constituenda. Certe quidem Cluniacensia instituta Ulis prisci medii aevi temporibus tenebricosis sub-

sidium munimentumque magnum Ecclesiae fuere. Regiminis enim S. Oddonis forma ad pristinam S. Benedicti Regulam per silentium, orationem ac laborem servandam revertebatur. Quia vero silentium arcendo a strepitu mundi interiorem vitam fovet, facile per ipsum ad orandum monachi perferebantur, ad illud videlicet *opus Dei,* quod maxime S. Benedictus pater discipulis suis praecepit. Cum propterea magni momenti esset orandi ratio tempusque, ex tunc Cluniacenses Consuetudines perfecta cantus sacri modulatione, magnificentia vestium ac supellectilium, sanctarum aedium affabre exornatarum pulchritudine, haud parva caeremoniarum varietate, gratas acceptasque omnibus reddiderunt psalmodiam, precesque liturgicas, quae monachis ita, maiore diei parte, occupationem et pro labore manuali fuere; quamvis ipsi ad legendos quoque rescribendosque antiquorum auctorum codices et ad eorumdem studium sollerter vacarent. At, progressu temporis, etiam monastica disciplina a Cluniacensibus instaurata, varias ob causas, iterum declinare coepit; sed tunc Robertus Molismensis abbas, qui iam cum quibusdam fratribus e ferventioribus molismensibus saepius de transgressione Regulae beati Benedicti patris monachorum loquebatur,- conquerebatur, contristabatur, tandem Dei gratia inspiratus, die xxi mensis martii anni MXCVIIT, die festo S. Benedicti, Hugone Lugdunensium Archiepiscopo ac Summi Pontificis legato consentiente, ut cum praedictis sociis suis professionem monachalem, exacta sanctae Regulae observantia, adimpleret, monasterio Molismensi relicto, ad quandam asperam solitudinem loci agrestis *Cistereium* nuncupati venit; illoque in loco ipse sociique Regulam Sancti Benedicti tenere unanimiter statuerunt, sine ullo lenimine aut mitigatione, summa viventes paupertate, reiicientesque a se quidquid Regulae refragabatur. Novam religiosorum virorum familiam, petente Alberico abbate S. Roberti successore, tuendam suscepit Apostolica Sedes Litteris Papae Paschalis II die xix mensis octobris anni MO Troiae in Italia datis sed ob durae vitae locique asperitates monachis forsan monasterium vacuum remansisset, nisi S. Bernardus Claravallensis, una cum viginti aliis sodalibus sibi adiunctis, Cistereium ingressus esset. Ex tunc, opera praesertim Sancti Bernardi, qui, etsi, summus aetatis suae vir, ad mundanas gerendas magni momenti res vocatus, quoquo pacto omnium animos ad instituiones cistercienses provehendas excitaverat, mirifice monachis domibusque novus Cistercii ordo increvit. Interea Stephanus tertius abbas, cum consensu et communi fratrum deliberatione, *Chartam caritatis* elaboravit, quam, primam Ordinis legem, Callistus Pp. II, die xxn mensis decembris anni MCXIX robore apostolico firmavit. At postea, tum Eugenius Pp. III, qui iam in Claravallensi monasterio, sancto Bernardo moderatore, monachus et dein Ss. Vincentii et Anastasii ad Aquas Salvias prope Urbem abbas

fuerat, tum Anastasius Pp. IV, nec non Hadrianus Pp. IV et Alexander, hoc nomine tertius pontifex, legem eandem cum quibusdam etiam explanationibus additamentisqiie probaverunt. Eo ipso ex tempore S. Bernardi innumerabiles fuere in tota Europa Cisterciensium domus, et iam primo ab initiis Ordinis vertente saeculari anno plus quam quingentae abbatiae, alumnis numerosae, recensebantur; cum non modo magno disciplinae monasticae emolumento, sed cum ne minimo quidem Ecclesiae decore, atque haud parvis spiritualibus christifidelium utilitatibus, qui, ob rerum tempestatumquemiseriam a rectis semitis remoti, optima copiosaque humilitatis, obedientiae, sanctitatis, in labore patientiae, in victu frugalitatis exempla ex eadem Cisterciensium vita sumere continenter potuerunt. Iure meritoque propterea pluries Romani Pontifices Ordinis Cisterciensium in rebus sollerti benignoque studio interfuerunt; at memoremus inter eosdem oportet Decessores Nostros, Clementem Pp. IV, nec non Benedictum Pp. XII, iam antea ex eadem Cisterciensi familia monachum, qui Litteris apostolicis *Parvus fons,* die ix mensis iunii, anni MOCLXV datis, et Constitutione Apostolica *Fulgens sieut stella matutina,* iv idus iulii anni MCCCXXXV signata, nova praesidia ac veluti duo fundamenta Ordini eidem praebuere, quem amplissime dilaudabant. Temporum autem rerumque vicissitudines etiam in Cisterciensium Ordinem adeo postea redundarunt, ut a pristina morum severitate monachi quidem recederent, et latiori vivendi formae indulgerent; quapropter et in eadem, sicut olim in ceteris religiosorum familiis, quae suam a Sancto Benedicto ducunt originem ac Regulam, sanctos ad priscas consuetudines restituendas viros Deus inspiravit suscitavitque. Digna occurrit potissimum animis religiosae disciplinae restitutio, quae Trappensi in abbatia, iam ab Eugenii Pp. III temporibus Ordini Cisterciensi unita, saeculo decimo septimo peracta est, et quae ita Trappistarum monachorum famam ubique pertulit, ut post Gallicae Revolutionis; exeunte saeculo decimo octavo, commotae finem, atque in pristinum res nationum restituías, facillime monachis denuo Congregationis Trappensis augerentur coenobia, quae Ecclesiae atque hominum societati magno praesidio claroque ornamento exstiterunt. Tribus autem, saeculo decimo nono, monasticis observantiis, Westmallensis scilicet, Septem Fontium et Mellearcensi, praecipue Trappistae Cistercienses obediunt; sed eos Leo Pp. XIII Decessor Noster, Litteris sub anulo Piscatoris tum die xvn martii MDCCOXOIII, cum die xxx iulii MDCCOCII obsignatis, in unum tantum sui iuris Ordinem, antea *Cisterciensium Reformatorum B. M. V de Trappa^* postea *Cisterciensium Reformatorum* seu *Strictioris Observantiae* nuncupatum, sub unius moderatoris regimine constituit. Apud quos etiam Reformatos Cistercienses, sicuti apud antiquioris Cistercii alumnos, ad maio,-

rem Dei gloriam spiritualis hominis perfectio vita poenitenti quaeritur, praesertim verum silentio, labore atque oratione. Nam Sanctus Benedictus pater monachis suis *orare* et *laborare* praecepit; at si monachus *revera Deum quaerit... sollicitus sit ad opus Dei. Nihil* quidem *operi Dei praeponatur,* cum monasterium proprie constituat *Dominici schola servitii.* Indesinenter propterea, ut Dominum Nostrum Iesum Christum vestigiis sequantur, qui *erat pernoctans in oratione Dei* (Luc, VI, 12), iussisque Patris obtempèrent, monachi *frequenter, cotidie incumbant orationi;* et quamvis omne quod ab ipsis agitur ad Dei gloriam referatur, cum iuxta Regulam *quidquid agendum inchoent bonum* illi *a Deo perfici instantissima oratione deposcant,* tamen ad *divinum opus* implendum diu. noctuque S. Benedicti ac S. Bernardi asseclae peculiari modo sunt vocati, ut *sacrificium laudis* Deo *sine fine* offeratur. Procul a mundanis rebus, pie, laboriose, poenitenter in monasterio viventes, ita etiam hodierni Cistercienses monachi, cum Psalmista *omnis terra adoret te et psallat tibi,* munere funguntur, quod obliviosi homines huius saeculi facillime amittunt. Isti enim Cistercienses non modo ut ceteri monachi, qui spiritualis vitae perfectionem per « viam contemplationis ac poenitentiae aemulantur » ad Officii Divini, verbis Psalmistae audientes: *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo,* pie, attente ac devote recitationem incumbunt, sed etiam cotidie parvum Beatae Mariae Virginis, cuius se maxime mancipia profitentur, Officium recitant ad opem Deiparae quoque implorandam pro peccatorum conversione, christifidelium in orbe degentium salute^ militantisque Ecclesiae incremento; coram denique Sacramento Augusto instantissime orant ut ad Christum Iesum, sub eucharisticis velis latentem, fideles tandem animos advertant. Iam Nos alias eos commemoravimus qui, ad Regularium vitam adstricti, in Ecclesia assiduo precum maeerationumque officio funguntur; sed eorundem exempla placet Nobis, iterum, miserrimis hisce temporibus, praebere christifidelibus omnibus ad desiderium orandi in ipsos et praesertim ardorem excitandum erga Sanctissimam Eucharistiam, quae publice adoranda alicubi exponatur; occasione, profecto, qua Reformati Cistercienses humillime Nos rogarunt ut eorundem Constitutiones, apostolica vi, denuo firmarentur. Cisterciensium enim Strictions Observantiae Constitutiones, quas rec. mem. Leo Papa XIII Decessor Noster, iam superius memoratis actis adprobavit, nunc ad iuris canonici Codicem accommodari oportebat; atque iidem propterea 'Cistercienses, quorum hodie, Deo iuvante, octoginta monasteria exstant, quae plus quam quattuor millia religiosorum inhabitant, ut rem ipsam, conlatis consiliis perficerent, anno MDCCCCXXI in Capitulum Generale convenerunt. Quae quidem emendatae Constitutiones, latino sermone

exaratae, a Sacra Congregatione Religiosorum Sodalium negotiis praeposita, die XX mensis augusti anni MDCCCCXXIV, recognitae sunt, earumque tenor, hic est qui sequitur, videlicet:

CONSTITUTIONES ORDINIS CISTERCIENSIUM STRICTIORIS OBSERVANTIAE

PAUS PRIMA
DE REGIMINE ORDINIS

CAPUT I
De Capitulo Generali

1. Summa Ordinis potestas est penes Capitulum Generale. Idem... *...et quae sunt reliqua.*

Votis itaque Reformatorum Cisterciensium Nos ultro libenterque obsecundare volentes, audito etiam, uti mos est, dilecto filio Nostro Camillo S. R. E. Diacono S. Mariae Scalaris Cardinali Laurenti, Sacrae Congregationi pro religiosorum sodalium negotiis praeposito, motu proprio atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolica Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, perpetuumque in modum Constitutiones suprascriptas Cisterciensium Reformatorum seu Strictioris Observantiae plenissime adprobamus eisdemque supremum Apostolicae sanctionis robur adiicimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, eidemque Ordini Cisterciensium Strictioris Observantiae plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri si secus, super his, a quoquam, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet. Volumus autem ut praesentium Litterarum exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate vel officio constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si exhibitae forent vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvi mensis ianuarii anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri tertio.

P. CARD. GASPARRT, *a-Secretis Status.*

ACTA SS. CONGREGATIONUM

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

QUO SAC. ERNESTUS BUONAJUTI IURE HABITUM ECCLESIASTICUM GESTANDI PRIVATUR.

Con decreto di feria IV, 26 marzo dell'anno scorso, pubblicato nel Bollettino, Ufficiale della Santa Sede sotto la data del 27 marzo detto, premesso come il sac. Ernesto Buonajuti, ad onta delle gravi sanzioni canoniche, a cui era stato già sottoposto, e delle sue ripetute proteste di sottomissione, continuasse ostinatamente nella sua disastrosa propaganda modernistica, questa Suprema S. Congregazione del Santo Uffìzio, custode e vindice della integrità della fede e del costume, coll'approvavione espressa del Santo Padre, lo dichiarava incorso nella scomunica a termini e con tutte le conseguenze di diritto ; condannava e proscriveva tutti i suoi libri e scritti, ordinandone la inserzione nell'Indice; e gli vietava di più scrivere, tener conferenze ed insegnare nelle scuole pubbliche in materia attinente alla religione.

Si sperava che, scosso nella sua anima di sacerdote, avrebbe egli finalmente cessato dalla sua nefasta opera. Ma indarno : poiché non solo dopo il suaccennato decreto veruna piena sottomissione si è da lui avuta; ma ha egli inoltre e con la parola e con nuovi scritti proseguito e prosegue tuttora, come se nulla fosse, nella stessa via.

Profondamente addolorati da tanta contumacia, gli Emi e Emi Signori Cardinali Inquisitori Generali, per non mancare a un loro imprescindibile dovere, nella plenaria adunanza di feria IV, 28 gennaio .1925, hanno giudicato che, fermo rimanendo in tutte e singole le sue parti il precedente decreto, il sopra nominato sac. Ernesto Buonajuti debba essere privato e col presente decreto lo privano, secondo il disposto del Canone 2300 del Codice di Diritto Canonico, del diritto di vestire l'abito ecclesiastico con tutti gli effetti penali che ne derivano, condannando nello stesso tempo e proscrivendo tutte le sue nuove pubblicazioni nonché la nuova Rivista *Ricerche religiose* da lui diretta (vol. I, gennaio 1925, n. 1, Roma).

In questa dolorosa occasione gli stessi Emi Padri hanno anche voluto che fossero autoritativamente ammoniti i fedeli, come col presente atto li ammoniscono, essere loro preciso dovere di guardarsi da questo traviato sacerdote, astenendosi dalla lettura dei suoi libri e pubblicazioni e dall'adire il suo insegnamento.

Le quali cose tutte riferite distintamente nella solita udienza del giorno successivo al Santo Padre, sono state da Lui pienamente approvate e confermate.

Eoma, dal Palazzo del Santo Uffizio, 30 gennaio 1925.

Luigi Castellano, *Notavo della Supr. S. C. del S. Uffizio.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

P EO VISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

16 ianuarii, 1925. — Metropolitanae Ecclesiae Ianuensi praefecit R. P. D. Dalmatium Minoretti, hactenus Episcopum Cremensem.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Verissensi, R. P. D. Felicem Ambrosium Guerra, hactenus Archiepiscopum Sancti Iacobi de Cuba.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES •

Decreto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide; d. d. 16 ianuarii 1925, Rmus D. Can. Lucianus Bossens renuntiatus est Praeses Pontificii Operis a Propagatione Fidei pro Republica Helvetica; et R.D.Paulus M. Krieg membrum Consilii Superioris Generalis eiusdem Pontificii Operis pro eadem Republica.

'*NB. - Pag. 23, lin. 4, a calce, pro eo quod est* Iehel, *legatur* Iehol.
» 24 » 21 » » » Wufu » Wulm.
» 26 » 15 ei 21 *pro eo quod est* Tonkino » Cocincina.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

ROMANA SEU PARISIEN.

CANONIZATIONIS BEATAE MAGDALENAE SOPHIAE BARAT, FUNDATRICIS SOCIETATIS SORORUM A SACRO CORDE IESU.

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis, post indultam ab Apostolica Sede eidem Beatae venerationem, constet in casu et ad effectum, de quo agitur®

In duabus, de quibus agitur, sanationibus, quaeque Beatae Magdalenae Sophiae Barat exorato patrocinio referuntur acceptae, de morbo actum procul dubio fuit, quem vocant organicum, modusque, quo organicus iste devictus fractusque est morbus, eiusmodi profecto fuit, qui creatae naturae viribus contingere non potuisset unquam. Quod sane, prout exspectandum et necessarium plane erat, prae primis, iuxta acta et probata, agnoverunt aperteque professi sunt nedum Medici seu Chirurgi, quos a suimet curatione ambae nactae expertaeque fuerant aegrotae religiosae mulieres, verum et salutaris artis eximii probatique cultores per sacrum hunc Ordinem adlecti, qui proinde ea potissimum de causa acciti, iubente lege, fuerant, ut peculiari sua adiuvarent peritia sacrae huius Congregationis Disceptatores, eisque in hoc, cui se illi commiserant, itinere duces exsisterent, praeeuntes manuque veluti gestantes et commönstrantes facem.

Verum quidem est tertium, qui post binos collegas suos, qui eum praecesserant, advenit, officialem peritum, quamvis aeque et ipse existimaverit sibique persuasum habuerit sororis Rosae Coyne sanationem, de qua est secundo loco sermo, et natura morbi et ratione, qua idem fuerat sublatus, inspectis et pensatis, nequaquam viribus naturae, sed veri nominis prodigio fuisse patratum, nihilominus satius duxisse ab eo, ut supra, scienter et considerate prolatum, interim sibi cohibendum esse iudicium, donec eadem soror Rosa Coyne novae subiecta fuisset medicae inspectioni. Quum enim unius vix anni elapsum esset spatium, ex quo praedicta Soror ad pristinam reversa fuit sanitatem, inanis prorsus, omnique vacua fructu nova ipsius Sororis physica censenda non erat inspectio; exinde quippe fas fuisset firmius promere argumentum de constantia et perseverantia sanationis deque nullo superstite exstánte indicio, ex quo recidivae pertimescendum esset periculum. Vix dicto est opus quam libenter sacra haec Congregatio hanc, quae proposita fuerat, exceperit et exsecutioni demandandam ius-

serit, cautionem, quippe quae ad omnem adquirendam maturitatem et securitatem iudicii non parum conferre poterat; et contulit reapse, uti ubertim comprobavit eventus. In altera siquidem, cui sex fere post annos ab integra recuperata valetudine, soror Eosa medicae supposita fuit explorationi, plene sanata eadem inventa est nullumque cuiusvis recidivae repertum fuit indicium, quemadmodum iudicialibus ex actis patuit, recenter gestis, quae ex America transmissa sacraeque huic Congregationi tradita novissimae attexta fuerunt Positioni, ubi perlegere illa datum fuit atque accurate perpendere. Eadem revera sedulo quum volutasset versatusque fuisset idem ipse iudicialis peritus, qui novi* nuperrime peracti experimeñti auctor exstiterat, si quam prius putaverat adhibendam sibi esse cautionem, eiusdem nullam amplius exstare et superesse rationem, iterum ex officio interrogatus non minus candide fassus est quam valide ostendit.

Neque praetereundum, ad sanationem, quod attinet, quae ordine propositionis prima est, quaeque sororem respicit Mariam De Salm-Salm, physicam seu *mathematicam,* ut inquiunt, instantaneitatem iuridice non probari; quandoquidem eadem unius sanatae innititur testimonio. Sed hoc miraculo officere si potest, cuius ratio in *modo* sit reponenda, prodigiosae tamen huic ideo obesse nequit sanationi, quippe a morbo obtenta ipsa fuit, qui cuiuslibet naturalis sanationis nescius omnino evaserat, sicut, affirmantibus a curatione Medicis seu Chirurgis et mira consensione continentibus peritis Viris ex officio rogatis, positum est in aperto. Quocirca locum sibi vindicant quae ad rem persequitur Benedictus XIV, cum, Theologorum iuxta atque iuris pontificii Doctorum sententiam secutus, e proposito tradit: « ...*instantaneitatem* non requiri necessario in miraculis primi « et secundi generis, sed omnino esse necessariam in miraculis tertii generis » (lib. IV, pars. I, cap. 8, n. 15). Mox autem, ceteros inter, celebrem Cardinalem Laurentium Brancati a Lauria, Ordinis Minorum Conventualium, cuius nomine, auctoritate atque doctrina passim ille utitur, inducit haec scribentem: *Potest tamen contingere, quod morbi isti, alias per naturam curabiles, tantum processerint, ut sint incurabiles quovis apposito remedio, et quavis concessa temporis dilatione. M tunc sanationes eorum essent secundi generis, sicut censeo fuisse sanationem filii Beguli....; ait enim Textus: Incipiebat enim mori. Igitur defecerat iam virtus naturae. M hoc est quod discutitur, cum de miraculorum probatione agitur, ad discernendum cuius generis sunt. Subtiliter enim consideratur, an remanserit aliqua spes in natura ad superandam morbi vim: si enim remansit, semper dicitur miraculum quoad modum: si desperatum erat pro natura, dicitur quoad rem* (loc. cit.).

Quibus sane ex omnibus positiva atque directa emergit utriusque miraculi probatio, eique robur et confirmatio accedit ex indirecta quoque utrius-

que miraculi probatione; e difficultatum nimirum, quae motae fuerant, apta idoneaque solutione; idque satis firmo argumento est, cunctos, qui huic sacrae inserviunt Congregationi, suam in hoc genus disceptationibus operam ponentes, sive defensoris, sive cognitoris, sive contradicentis partes obituros, omnes aeque unice moveri acri intentoque studio inquirendae et adipiscendae veritatis. Consultissimis itaque normis, quarum supra facta est mentio, quasque apto atque valido Causae lucro apponere caute vigilanterque adnisus fuit Patronus egregius, illud assequuti sunt actores; ut scilicet, quo ipsis veniendum erat, eo prospere advenerint; quaestioni videlicet, quae hisce duabus super sanationibus semel atque iterum, in antepraeparatoria nempe et praeparatoria Congregatione disceptationi fuerat subiecta, impositus est finis in generali Congregationi, quae, die secunda huius ad exitum vergentis mensis decembris, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacta fuit. In qua a Reverendissimo Cardinali Caietano Bisleti, causae Relatore sequens ad discutiendum propositum est Dubium: *An, et de quibus miraculis, post indultam ab Apostolica Sede Beatae Magdalenae Sophiae Barat venerationem, constet in casu et ad effectum, de quo agiturf* Omnes, qui aderant, Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores proprias dixerunt sententias, quas tamen laeto studiosoque persequutus quum fuisset ánimo, Sanctissimus Dominus noster supremam Suam sententiam Sibi de more prorogandam duxit, divinae Sapientiae praesidium et lumen impensius exoraturus. Quumque mentem Suam patefacere decrevisset, hodiernam statuit Dominicam diem, in quam post divini Infantis Natalitia, Sanctorum Innocentium incidit festum; ideoque, Sacris devotissime operatus, ad Vaticanas Aedes arcessiri iussit Reverendissimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, et Caietanum Bisleti, causae Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Constare de utroque proposito miraculo;* de primo nempe *instantaneae perfectaeque sanationis sororis Mariae de Salm-Salm, e Societate Sacri Cordis Iesu, a scholiosi habituali, quae ad insanabilem statum pervenerat;* deque altero *instantaneae perfectaeque sanationis sororis Rosae Coyne, e Societate Sacri Cordis Iesu, a lethali phthysi.*

Hoc Decretum in vulgus edi, et in acta sacrae rituum Congregationis inseri mandavit quinto kal. ianuarias, anno MDCCCCXXIV.

£8 A. CAED. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. & S.

Alexander Verde, *Secretarius**

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA. ROTA

i

Causae in Tribunali S. E. Eotae actae anno 1924, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva:

I. LEODIEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite vis et metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* F. Solieri, I. Florczak.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocatus: V. Pozzani.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 8 ianuarii: « Affirmative ».

II. CAIAOEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex. capite vis et metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* E. Hindringer, F. Guglielmi.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocatus: C. Astorri.

Dubium: « An sententia Eotalis diei 19 mensis decembris 1922 sit confirmanda vel infirmanda in casu ».

Sententia diei 12 ianuarii: «Confirmandam esse, seu constare d# matrimonii nullitate, in casu».

III. N. N. NULLITATIS MATRIMONII *ex capite affinitatis illicitae.*

Turnus Rotalis: I. Florczak, *Ponens,* U. Mannucoi, A. Jullien.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocatus: L. Legrand.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 2.1 ianuarii: « Affirmative ».

IV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* F. Solieri, I. Florczak.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocatus: V. Sacconi.

Dubia: « 1) An constet de matrimonii nullitate, in casu; et quatenus negative; 2) an consilium praestandum sit SSmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 9 februarii: « Negative ad utrumque ».

V. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae ex parte viri.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens,* I. Grazioli, F. Parrillo.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocatus: C. Astorri.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

Sententia diei 15 februarii: « Affirmative ».

VI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* R. Hindringer, F. Guglielmi.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocatus: F. Bersani.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 18 februarii: « Negative ».

VII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: F. Solieri, *Ponens,* I. Florczak, U. Mannucci.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocatus: A. Wynen.

Dubium: « An de matrimonii nullitate constet in casu ».

Sententia diei 19 februarii: « Negative ».

VIII. VICARIATUS APOSTOLICI TON-KIN MARITIMI. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus ex parte viri.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* E. Hindringer, F. Guglielmi.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocatus: A. Wynen.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 29 februarii: « Affirmative ».

IX. VESTMONASTERIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus ex parte viri.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens,* E. Chimenti, F. Guglielmi.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocatus: V. Sacconi.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 1 martii: « Negative ».

X. VARSAVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: F. Solieri, *Ponens,* I. Florczak, U. Mannucci.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocatus: A. Carabini.

Dubium: « An sit confirmanda vel infirmanda sententia S. R. Rotae, diei 10 angusti an. 1923 ».

Sententia diei 6 martii: « Esse confirmandam, seu constare de matrimonii nullitate in casu ».

XI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae mulieris.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens,* R. Chimenti, F. Guglielmi.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocatus: V. Pozzani.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 8 martii: « Affirmative ».

XII. AUXITANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite clandestinitatis.*

Turnus Rotalis: I. Florczak, *Ponens,* U. Mannucci, A. Jullien.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocatus: H. Benvignati.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 8 martii: « Negative ».

XIII. PITTSBURGEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: U. Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, R. Hindringer.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocatus: A. Wynen.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 11 martii: « Affirmative ».

XIV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: R. Chimenti, *Ponens,* M. Massimi, I. Grazioli.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocatus: V. Sacconi.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 29 aprilis 1922 sit confirmanda vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 14 martii: « Infirmandam esse, seu constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri.*

Turnus Rotalis: R. Chimenti, *Ponens,* R. Hindringer, F. Guglielmi.

Vinculi Defensoris substitutus: **C. Conte.**

Ado im'us: **V. Pozzani.**

Dubium: **« ' n sententia Rotalis diei 14 iunii 1923 confirmanda sit vel infirmanda, in casu ».**

Sententia **diei 29 martii « Esse confirmandam, .seu constare de matrimonii nullitate in casu ».**

XVI. TORNACEN. - NULLITATIS MATRIMONII *eco capite defectus consensus ob mulieris amentiam.*

Turnus Rotalis: **U. Mannucci,** *Ponens,* **A. Jullien, R. Hindringer.**

Vinculi Defensoris substitutus: **C. Conte.**

Advocatus: **F. Bersani.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei** *8* **aprilis: « Negative ».**

XVII. VICARIATUS APOSTOLICI TON-KIN MARITIMI. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. **Jullien,** *Ponens,* **R. Hindringer, F. Guglielmi.**

Vinculi Defensoris substitutus: **C. Conte.**

Advocatus **I. Limongelli.**

Dubium: **« An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

Sententia **diei 9 aprilis: « Affirmative ».**

XVIII. VICARIATUS APOSTOLICI MANCIURIAE SEPTENTR. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite raptus mulieris.*

Turnus Rotalis: **F. Solieri,** *Ponens,* **I. Florczak, U. Mannucci.**

Vinculi Defensor: **H. Quattrocolo.**

Advocatus: **H. Benvignati.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu »**

Sententia **diei 23 maii: « Affirmative ».**

XIX. COLONIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: **F. Parrillo,** *Ponens,* **F. Solieri, I. Florczak.**

Vinculi Defensor: **H. Quattrocolo.**

Advocatus: **H. Benvignati.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu ».**

Sententia **diei 27 maii: « Affirmative ».**

XX. VICARIATUS APOSTOLICI TONKINI MARITIMI. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **U. Mannucci,** *Ponens,* **R. Hindringer, F. Guglielmi.**

Vinculi Defensoris substitutus: **C. Conte.**

Advocatus: A. Wynen.

Dubium: « An constet de nullitate matrimoni, in casu »

Sententia diei 30 maii: « Affirmative ».

XXI. N. IST. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite criminis seu adulterii cum promissione matrimonii.*

Turnus Rotalis: J. Florczak, *Ponens,* U. Mannucci, A. Jullien.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocati: N. Ferrata, V. Sacconi.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 31 maii: « Negative ».

XXII. N. N. - DIFFAMATIONIS.

Turnus Rotalis: I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo, F. Solieri.

Promotor Iustitiae: F. Bracci.

Advocati: V. Sacconi, A. Pericoli, P. Guidi.

Dubia: « 1) An constet de diffamatione ex parte Sac T. et L. contra Sac. G. ita ut sit locus retractationi faciendae, in casu; 2) a quonam expensae primi iudicii sint solvendae, in casu ».

Sententia diei 3 iunii: « Ad primum, affirmative: ad secundum, ab appellantibus ».

XXIII. CRACOVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens,* I. Grazioli, F. Parrillo.

Vinculi Defensoris Substitutus: C Conte.

Advocatus: A. Wynen.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 4 iunii: « Negative ».

XXIV. WESTMONASTERIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: I. Florczak, *Ponens,* U. Mannucci, A. Jullien.

Vincoli Defensor: H. Quattrocolo.

Advocati: V. Sacconi, N. Ferrata.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 6 iunii: « Affirmative ».

XXV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens,* B. Chimenti, I. Grazioli.

Vinculi Defensoris Substitutus: C. Conté.

Advocatus: V. Pozzani.

Dubium: « An constet de nullitate matrimoni, in casu ».

Sententia diei 13 iunii: « Affirmative ».

XXVI. SIGNINA. - NULLITATIS MATRIMONIE *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: I. Florczak, *Ponens,* IT. Mannucci, A. Jullien.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocatus: V. Sacconi.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

Sententia diei 17 iunii: « Negative ».

XXVII. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* F. Solieri, I. Florczak.

Vinculi Defensoris Substitutus: C. Conte.

Advocatus: V. Sacconi.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 20 iunii: « Negative ».

XXVIII. ROMANA. - CREDITI.

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens,* I. Grazioli, F. Parrillo.

Advocati: I. Guasco, F. Bersani, pro Collegio Graeco; Collegium Germanicum repraesentatur per R. D. Franciscum de Paula Nalbone, eiusdem Collegii Rectorem.

Dubium: « An confirmanda vel infirmanda sit sententia Rotalis diei 22 iunii 1923, in casu ».

Sententia diei 21 iunii: «Infirmandam esse», seu: «Collegium Graecum debere ipsum solvere taxam vulgo *Ricchezza Mobile* pro Collegio Germanico Hungarico, cui integer pendendus est census, eidemque refundere taxam solutam pro ratis partibus maturatis a die 10 iulii 1917.

XXIX. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri.*

Turnus Rotalis: R. Chimenti, *Ponens,* R. Hindringer, F. Guglielmi.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocatus: C. Astorri. .

Dubium: « An sententia Rotalis diei 15 februarii 1924 sit confirmanda vel infirmanda, in casu».

Sententia diei 21 iunii: « Confirmandam esse, seu constare de matrimonii nullitate ».

XXX. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite clandestinitatis et super rato.*

Turnus Rotalis: U. Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, F. Guglielmi.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Dubia: 1) An constet de nullitate matrimonii in casu; et quatenus negative: 2) An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super rato nec consummato in casu.

Advocatus: A. Wynen.

Sententia diei 25 iunii: « Praestandum esse SSmo consilium pro dispensatione super matrimonio rato nec consummato, in casu ».

XXXI. ROMANA. - PROVENTUUM ET FUNERUM.

Turnus Rotalis: R. Chimenti, *Ponens,* M. Massimi, I. Grazioli.

Promotor Iustitiae: F. Bracci.

Advocati; V. Sacconi, N. Patrizi.

Dubia: 1) An Archiconfraternitati competant iura relata in art. 10 reformationis Brevis Gregoriani. Et quatenus affirmative: 2) An Archiconfraternitas repetere possit haec iura a Capitulo Ss. Celsi et Iuliani haud obstante Bulla *Susceptum* diei 24 octobris 1906. 3) An et cuinam iuxta Concordatum diei 22 decembris 1909 inter Archiconfraternitatem et Capitulum, Capitulum rationem reddere debeat emolumentorum hactenus perceptorum et in posterum percipiendorum, ut quidquid superest post solutas una cum libb. 13,000 expensas cultus, pauperibus paroeciae erogetur »

Sententia diei 26 iunii: « Ad I et II affirmative. Ad III Affirmative, et Capitulum rationem reddat Emo Card. Urbis Vicario, ad normam can. 1525 § 1 Cod. iur. can. et art. 11 Concordati ».

XXXII. MEDELLEN. - EXCOMMUNICATIONIS.

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens,* R. Chimenti, I. Grazioli.

Promotor Iustitiae: F. Bracci.

Advocati: II. Benvignati, V. Sacconi.

Dubium: « An constet D. Iosephum Gomez incurrisse excommunicationem, in casu ».

Sententia diei 7 iulii: « Negative ».

XXXIII. COLOCEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens,* R. Chimenti, I. Grazioli.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocatus: I. P. Certo.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 21 iulii: « Affirmative ».

XXXIV. N. N. - DIFFAMATIONIS.

Turnus Rotalis: F. Parrillo, F. Solieri, *Ponens,* I. Florczak.

Promotor Iustitiae: F. Bracci.

Advocati: V. Sacconi, N. Patrizi.

Dubia: 1) An constet de diffamatione ex parte Sac. R. in Sac. P., in casu. Et quatenus affirmative: 2) An et quomodo sit locus reparationi damnorum et impositioni poenarum, in casu. 3) An constet de calumnia ex parte Sac. P. contra Sac. B. in casu. Et quatenus affirmative: 4) An et quomodo sit locus reparationi damnorum et impositioni poenarum, in casu.

Sententia diei 30 iulii: « Ad I) negative, seu non plene constare. Ad II) provisum in primo, sed integro iure Ordinarii ad normam can. 2222, § 2 C. I. C. Ad III) negative. Ad IV) provisum in tertio.

XXXV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Botalis: I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo, F. Solieri.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocati: H. Benvignati, V. Sacconi.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 4 augusti: « Negative ».

XXXVI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus et super rato.*

Turnus Rotalis: U. Mannucci, A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocatus: V. Sacconi.

Dubia: « 1) An constet de nullitate matrimonii, in casu. Et quatenus negative: 2) An consilium sit praestandum SSmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 5 augusti: « Negative ad utrumque ».

. XXXVII. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* F. Solieri, I. Florczak.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocati: N. Ferrata, V. Sacconi.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 6 augusti: « Affirmative ».

XXXVIII. VICARIATUS APOSTOLICI UGANDEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.* ' *

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens, F.* Guglielmi, H. Quattrocolo.

Vinculi defensor deputatus: A. Wynen.

Advocatus: I. P. Certo.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 7 augusti: « Affirmative ».

XXXIX. PORTUS HISPANIAE. - HEREDITATIS.

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* F. Solieri, I. Florczak.

Promotor Iustitiae: F. Bracci.

Advocati: A. Wynen, V. Sacconi.

Dubia: 1) «Cuinam competant proprietas et administratio libell. Angl. 30.000 de quibus agitur: 2) Quanam proportione eadem summa eiusve reditus dividi debeant inter partes ».

Sententia diei 9 augusti: Ad I) Competere (respective Revmo Archiepiscopo Ssmae Trinitatis et Communitati Sororum S. Ioseph de Cluny eiusdem loci, pro rata in sequenti determinanda. Àd II) Summam esse aequaliter inter partes dividendam ».

XL. ROTTENBURGEN. - NULLITATIS MATRIMONII *CX Capite VÌS et metUS.*

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* F. Solieri, I. Florczak.

Vinculi Defensor deputatus: I. Brocco.

Advocatus: A. Wynen.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 13 augusti: « Affirmative ».

XLI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus ob mulieris amentiam.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens,* I. Grazioli, F. Parrillo.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocatus: H. Benvignati.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 29 octobris: « Affirmative ».

XLII. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus mulieris.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens,* I. Grazioli, F. Parrillo.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocatus: A. D'Alessandri.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 7 martii 1922 sit confirmanda, vel infirmanda in casu ».

Sententia diei 7 novembris: « Esse infirmandam, seu non constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XLIII. VICARIATUS APOSTOLICI NOVAE GUINEAE NEERLANDICAE. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* R. Hindringer, F. Guglielmi.

Vmculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocatus: A. Carabini.

Dubium: «An constet de nullitate matrimonii, in casu».

Sententia diei 12 novembris: « Affirmative ».

XLIY. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae mulieris.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens,* I. Grazioli, H. Quattrocolo.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocatus: *T.* Ambrosetti.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

Sententia diei 12 novembris: « Affirmative ».

XLV. LUBLINEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo, F. Solieri.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocatus: H. Benvignati.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 25 novembris: « Affirmative ».

XL VI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* E. Hindringer, G. Guglielmi.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocatus: A. Wynen.

Dubium: « An sententia Botalis diei 2 decembris 1922 sit confirmanda vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 25 novembris: « Esse infirmandam, seu non constare de nullitate matrimonii ».

XL VII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: U. Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, R. Hindringer.

Vinculi Defensor deputatus: A. Wynen.

Advocatus: V. Pozzani.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in Casu ».

Sententia diei 2 decembris: « Affirmative ».

XLVIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens,* B. Hindringer, F. Guglielmi.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Advocatus: A. D'Alessandri.

Dubium: « An sententia Botalis diei 11 augusti 1921 sit confirmanda, vel infirmanda in casu ».

Sententia diei 16 decembris: « Esse confirmandam, seu non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

II

Causae quae, eodem anno 1924, transactae fuerunt vel peremptae, vel quae, absque definitiva sententia, ex peculiaribus circumstantiis, finem habuerunt, quibus adduntur Decreta quoad recursus contra libellorum reiectiones (Can. 1709 § 3).

I. MALACITANA. - DESERTIONIS APPELLATIONIS, coram E. P. D. Parrillo.

Cum nullus actus processualis ab anno et ultra positus fuerit in hac appellationis sede, decreto E. P. D. Ponentis diei 11 martii, appellatio perempta declarata est, ad normam Can. 1736 Cod. I. C.

II. CORDUBEN. - SELECTIONIS LIBELLI in causa diffamationis, coram E. P. D. Mannucci.

Non constare de legitima reiectione libelli, in casu Turnus decrevit die 11 martii.

III. VIENNEN. - NULLITATIS MATRIMONII, coram E. P. D. Mannucci.

Cum nullus actus iudicialis per annum superiorem positus fuerit, instantiam appellationis peremptam esse, ad normam Can. 1736 Cod. I. C. die 17 martii Ponens decrevit.

IV. TREVIREN. - NULLITATIS MATRIMONII, coram E. P. D. Chimenti.

Cum in praesenti causa duplex sententia conformis prolata sit, et nova et gravia argumenta exhibita non sint, ulteriorem causae propositionem admittendam non esse, die 19 maii Ponens decrevit.

V. GORITIEN. - CONCURSUS, coram E. P. D. Chimenti.

Cum ab anno superiore nullus actus processualis positus sit, iuxta Can. 1736 causa ipsa deserta decernitur (Decretum E. P. D. Ponentis diei 19 maii).

VI. ÄSTEN. - DIFFAMATIONIS ET DAMNORUM^ coram E. P. D. Florczak.

Cum inter partes inita sit concordia, E, P. D. Ponens, decreto diei 19 maii, declaravit extinctam actionem iudiciariam, actaque causae in Archivo reponi iussit.

VII. COLONIEN. - REIECTIONIS LIBELLI coram E. P. D. Mannucci.

Libellum Actoris in causa sui matrimonii ex noviter praesertim deductis omnino recipiendum esse: partes remittens ad Iudices suos pro causae

super merito, ad tramitem iuris, instructione, cognitione et definitione Turnus decrevit die 5 augusti.

VIII. OSNABRUGEN. - REIECTIONIS LIBELLI coram E. P. D. Mannucci.

Libellum Actoris admittendum esse, et causam instruendam ad normam iuris, Turnus decrevit die 27 octobris.

IX. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII coram R. P. D. Massimi.

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, appellatio declaratur deserta (Decretum R. P. D. Ponentis diei 21 octobris).

X. WRATISLAVIEN. - PRIVATIONIS BENEFICII ET REFECTIONIS DAMNORUM, coram R. P. D. Grazioli.

Attento consensu sive Promotoris Iustitiae sive Emi Episcopi Vratislaviensis, Ponens, ad normam Can. 1740 C. I. C, admittit renunciationem appellationi contra sententiam Tribunalis Ecclesiastici Wratislaviensis diei 9 decembris 1922, a Sac. Ioanne Kaufmann paroeciae Kupferberg rectore die 15 martii 1924 emissam (Decr. R. P. D. Ponentis diei 31 octobris).

XI. BAIONEN. - NULLITATIS MATRIMONII, coram R. P. D. Parrillo.

Attento quod nullus actus processualis a biennio et ultra positus fuerit iii hac causa, R. P. D. Ponens, decreto diei 15 novembris, declaravit instantiam esse peremptam.

XII. SMIRNEN. - NULLITATIS MATRIMONII, coram R. P. D. Jullien.

Attenta actoris morte, acta reponantur in Archivo (Decretum R. P. D. Ponentis diei 26 novembris).

XIII. VICEN. - EXSECUTIONIS SENTENTIAE, coram R. P. D. Parrillo.

Attento quod nullus actus processualis a biennio et ultra positus fuerit in hac causa, R. P. D. Ponens, decreto diei 15 novembris, declaravit instantiam in casu esse peremptam.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 13 gennaio 1925, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi Signori Cardinali e con il voto dei Rmi Prelati e Consultori Teologi, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* dei Saeri Riti per discutere sopra due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Ven. Maria Michela del Ssmo Sacramento, Fondatrice delle Suore Adoratrici, Ancelle del Ssmo Sacramento e della Carità, i quali miracoli vengono proposti per la sua Beatificazione.

Martedì 20 gennaio 1925, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi l'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Emi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi componenti la medesima, hanno discusso e dato il lord voto dapprima sul dubbio detto del *Tuto* per la solenne Canonizzazione della Beata Maddalena Sofia Barat, fondatrice delle Religiose del Sacro Cuore di Gesù : e quindi su due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione del Beato Giovanni Eudes, Missionario Apostolico e fondatore della Congregazione di Gesù e Maria, nonché dell'Ordine della Beata Maria Vergine della Carità, i quali miracoli vengono proposti per la Canonizzazione del medesimo Beato.

Martedì 27 gennaio 1925, nel Palazzo Apostolico Vaticano, coli'intervento degli Emi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati e Consultori Teologi, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* dei Sacri Riti per discutere sopra due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Beata Teresa del Bambin Gesù, Vergine, Monaca professa dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi nel Monastero di Lisieux, i quali miracoli vengono proposti per la sua Canonizzazione.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

16 gennaio 1925. L'Emo Sig. Card. Andrea Frühwirth, *Penitenziere Maggiore.*

26 » » L'Emo Sig. Card. Vittorio Amedeo Ranuzzi de' Bianchi, *Protettore del Pio Sodalizio di San Miehele Arcangelo ai Corridori.*

Assistente al Soglio Pontificio:

4 ottobre 1924. Monsig. Giuseppe Simone Ermanno Brunault, Vescovo di Nicolet.

Protonotari Apostolici **ad instar participantium :**

24 dicembre 1923. **Monsig. Andrea Àiello, dell'archidiocesi di Rossano.**
28 luglio 1924. **Monsig. Aristide Marques da Rocha, della diocesi di Caratinga.**
20 dicembre **Monsig. Donato Foiiani, della diocesi di Conversano.**
22 » **Monsig. Francesco Valousek, dell'archidiocesi di Olmütz.**
23 » » **Monsig. Patrizio Farelly, della diocesi di Providence.**
» » » **Monsig. Giuseppe C. Bessette, della medesima diocesi.**
3 gennaio 1925. **Monsig. Ferdinando Damiani, della diocesi di Salto.**

Prelati domestici di 8. 8.:

26 aprile 1924. **Monsig. Giuseppe Perm, della diocesi di Padova.**
22 marzo » **Monsig. Antonio Grskovié, della diocesi di** Veglia.
» ». : » **Monsig. Matteo Polonio, della medesima diocesi.**
4 giugno **Monsig. Guglielmo Farrell, deila diocesi di Wichita.**
16 luglio » **Monsig. Carlo Mugan, dell'archidiocesi di Omaha.**
» » » **Monsig. Giovanni Vranek, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Ferdinando Peitz, della medesima archidiocesi.**
24 ottobre » **Monsig. Agostino Giuseppe Eawlinson, della diocesi di Indianapolis.**
19 novembre » **Monsig. Vincenzo Miossevich, della diocesi di Zara.**
5 dicembre » **Monsig. Mariano Garcia, della diocesi di Cuzco.**
19 » » **Monsig. Giovanni Mirlé, della diocesi di Sebenico.**
22 » » **Monsig. Giuseppe Bena, dell'arcidiocesi di Olmütz.**
» » » **Monsig. Giuseppe Fernandez, dell'archidiocesi di Calcutta.**
» » » **Monsig. Giovanni Rotondo-Carofiglio, dell'archid, di Bari.**
23 » » **Monsig. Giacomo Briscoli, della diocesi di Ogdensburg.**
29 » **Monsig. Antonio Bove, della diocesi di Providence.**
» » » **Monsig. Paolo Cappai, della diocesi di Alghero.**
10 gennaio 1925. **Monsig. Teodorico De Angelis, dell'archidiocesi di Benevento.**
12 » » **Monsig. Vittore Martin, della diocesi di Strasburgo.**
13 » **Monsig. Guglielmo Kerrigan, della diocesi di Mobile.**
23 » » **Monsig. Guglielmo Kirwan, della diocesi di Southwark.**

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

30 giugno 1924. **A S. A. Ras Tafari Makonnen, Reggente dell'Impero d'Etiopia e Principe Ereditario.**
26 novembre » **Al sig. Don Lois Jesús Fernandez de Cordoba y Salabert, Perez de Barradas y Arteaga, duca di Medinaceli, ecc.**
12 gennaio 1925. **AS. E. Lord Edmondo Bernardo Fitz Alan Howard, Visconte Fitz Alan di Derwent.**

La Commenda dell'Ordine Piano:

30 giugno 1924. **Al sig. Dedjatchmac Emmergu, Governatore dell'Harrar.**

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

29 dicembre 1924. **Al sig. Casimiro Tyszka, dell'arehidiocesi di Varsavia.**
8 gennaio 1925. **Al sig. dott. Antonio Lino Netto, del Patriarcato di Lisbona.**

La Commenda con placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

30 giugno 1924. **Al sig. Ras Hailù, Governatore del Goggiam.**
» » » **Al sig. Ras Scium, Governatore di Tembien.**
» » » **Al sig. Ras Narvo, Governatore di Gore.**
14 gennaio 1925. **Al sig. conte Carlo de Meeus, dell'arehidiocesi di Malines.**

La Commenda con placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare:

27 gennaio 1925. **Al sig. col. dott. Michele Sternschufs-Staniewski, della diocesi di Cracovia.**

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

30 dicembre 1924. **Al sig. Francesco Alessandro Anglin, della diocesi di Ottawa.**
» » » **Al sig. Filippo Pelletier, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. Rodolfo Lemieux, della medesima diocesi.**
7 gennaio 1925. **Al sig. Giuseppe Andreoli (Roma).**
» » » **Al sig. conte Ottavio Edmondo Maria Giuseppe d'Hespel, della diocesi di Lilla.**
» » » **Al sig. Luigi Cordonnier, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig Gino Castrignano, della diocesi di Ceneda.**
» » » **Al sig. cav. Ottavio Janni (Roma).**
12 » » **Al sig. prof. Giovanni Biavaschi, dell'arehidiocesi di Milano.**
13 » » **Al sig. Giulio Van Stratum, dell'arehidiocesi di Malines.**
14 » » **Al sig. Tommaso Osvaldo Williams, dell'arehidiocesi di Birmingham.**

NECROLOGIO

19 luglio 1924. **Monsig. Giuseppe Guérard, Vescovo di Coutances.**
18 gennaio 1925. **Monsig. Ludovico Carlo Casartelli, Vescovo di Salford.**
20 » » **Monsig. Pietro Rocamora y Garcia, Vescovo di Tortosa.**

Annus XVII • Vol. XVII 2 Martii 1925 Num. 4

ACTA APOSTOLICAE SKIH

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

CATANEN.

DE ERECTIONE IN COLLEGIATAM AD HONOREM ECCLESIAE PAROECIALIS SANCTAE MARIAE « DE ELEEMOSYNA », IN CIVITATE « ALBAVILLA ».

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolica Sedes numquam ea decernere ac sua auctoritate concedere destitit, quae ad divinum cultum augendum et ad ecclesiastici ordinis decorem in sacro ministerio promovendum opportuna viderentur.

Cum itaque dilectus filius Noster Dominicus Ioseph, tituli Sanctorum Ioannis et Pauli S. R. E. Presbyter Cardinalis Francica Nava de Bontifé, Archiepiscopus Catanensis, supplices Apostolicae Sedi porrexerit preces ut in civitate *Albavilla,* in ecclesia paroeciali S. Mariae *de Eleemosyna,* in qua collegium sacerdotum, sola Ordinarii auctoritate in Capitulum constitutum hucusque exstiterat, verum et canonicum Capitulum erigeretur; Nos, de consilio dilectorum filiorum Nostrorum S. B. E. Cardinalium negotiis consistorialibus praepositorum, cunctis matura deliberatione perpensis, oblatas preces benigne excipiendas censuimus.

Quapropter, Apostolicae potestatis plenitudine, suppleto, quorum interest, vel sua interesse praesumant, consensu, Capitulum collegiale ad hono-

rem in praefata ecclesia S. Mariae *de Eleemosyna* constituimus, ipsamque ecclesiam proinde ad collegiatae dignitatem evehimus, ita ut ipsa in posterum collegiata ad honorem nuncupari et dici possit ac valeat* cum omnibus iuribus ac privilegiis, quae aliis ecclesiis collegialibus sunt propria, quibusque ipsae gaudent, sub his tamen quae sequuntur legibus et conditionibus.

Capitulum quatuor Dignitatibus, octo canonicis pariterque mansionariis constabit. Dignitates vero hae erunt: prima Praepositus, secunda Cantor, tertia Thesaurarius, quarta Decanus, hoc eodem ordine praecedentiae inter se servato. Canonici autem et mansionarii, quisque in ordine suo, iuxta prioritatem possessionis sequentur.

Praepositi titulo et honore decorabitur parochus pro tempore ecclesiae S. Mariae de *Eleemosyna,* ac propterea in praesens erit qui modo paroeciali munere fungitur, idest dilectus filius Vitus Piccione sacerdos, qui per easdem praesentes Litteras Dignitatem assumet; ceterae vero Dignitates, canonici et mansionarii ad tramitem iuris communis in posterum eligentur; interim autem ii sacerdotes erunt qui modo Collegiatam constituunt, servato ordine praecedentiae.

Quoad regimen paroeciale, nec Capitulum, qua tale, nec Dignitates, canonici et mansionarii, quatenus ad Capitulum pertinentes, ullam auctoritatem vel ingerentiam sibi vindicare poterunt, Praeposito-parocho omnimoda facultate servata ac tributa, ad praescriptum iuris. Quoad vero bonorum administrationem, ea sit penes Capitulum et exerceatur per tres administratores, quorum praeses erit Praepositus; alii duo eligendi sunt unus ab Archiepiscopo, alter a Capitulo; et ipsi suae administrationis rationem reddant ad tramitem iuris communis.

Totalis reditus annualis dotis ac proventuum Capituli distribuatur inter praesentes hoc modo: statuatur certa et definita portio reditus pro unoquoque chorali officio cui Capitulum tenetur assistere. Haec portio dividatur unicuique Dignitati, canonico et mansionario praesentibus, ita ut singulis Dignitatibus et canonicis duae partes cedant et una pars singulis mansionariis. Chorale servitium ea ratione ordinetur sicut statuetur in constitutionibus. Cum autem specialis fundus constitutus fuerit, Missa applicabitur pro benefactoribus; interim vero Missa paroecialis pro populo valeat ad utrique obligationi satisfaciendum.

Praepositi insignia erunt rochetum cum manicis rubino colore subsutis et mozeta violacei coloris. Ei vero solemnioribus festivitatibus infra annum occurrentibus cappam magnam eiusdem coloris, hiemali tempore maris pontici pellibus confectam, aestivo autem tempore ex serico rubini coloris, deferre quoque licebit. Aliarum Dignitatum et canonicorum insignia

erunt rochetum cum manicis rubini coloris subsutis et mozeta violacei coloris; mansionariorum tandem rochetum cum manicis nigro colore subsutis et mozeta eiusdem nigri coloris. Tum Dignitates, tum canonici et mansionarii haec insignia gestare poterunt exclusive in sacris caeremoniis quibus intersit totum Capitulum.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum interest vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint vel praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si stecus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus.

Hisce itaque ut supra constitutis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus dilectum filium Nostram Dominicum Ioseph, tituli Sanctorum Ioannis et Pauli S. E. E. Presbyterum Cardinalem Francica Nava di Bontifé, Archiepiscopum Catanensem, cum facultatibus necessariis et opportunis ut per se, vel per alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, ad hoc subdelegandum, ea omnia facere ac decernere possit, quae ad praemissorum exsecutionem pertinent, iniuncto onere transmittendi, infra sex menses a praesentibus Litteris datis computandos, ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nemini ergo quae hisce Litteris Nostris erectionis, evectionis, constitutionis, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae decreta sunt, infringere, vel iis contraire liceat. Si quis autem, ausu temerario, hoc atten-

tare praesumpserit, in indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quarto, die vigesima mensis octobris, Pontificatus Nostri anno tertio.

O. CARD. CAGIANO, *S. R. E. Cancellarius.*

© C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *8. C. Consistorialis 8ecretarius.*

Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus.*
Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £8 Plumbi.

Reg. in Cane. Ap., vol. XXX, n. 15.

II

IACIENSIS

DE ERECTIONE IN COLLEGIATAM AD HONOREM ECCLESIAE SANCTORUM PETRI ET PAULI.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolica Sedes, quoties sibi occasio oblata est, numquam destitit ea decernere quae ad divinum cultum promovendum et ad ecclesiastici ordinis decorem in sacro ministerio augendum opportuna viderentur.

Quum itaque sacerdotes adscripti communiae.Sanctorum Petri et Pauli in civitate Iaciensi, a Nobis, proprio Ordinario suffragante, enixe postulaverint ut praedicta ecclesia, quae antiqua communiae origine et cultus splendore inter praecipuas eiusdem civitatis merito recensetur, in collegiatam erigeretur, et, loco communiae, Capitulum collegiale apud ipsam ecclesiam constitueretur; Nos, omnibus mature perpensis, oblatis precibus annuendum censuimus.

Quare, suppleto quorum interest, vel sua interesse praesumant, consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, Capitulum collegiale ad honorem in ecclesia Sanctis Apostolis Petro et Paulo dicata in civitate Iaciensi constituendum decernimus, ipsamque ecclesiam ad collegiatae dignitatem evehimus cum omnibus iuribus ac privilegiis, quae Capitulis collegialibus sunt propria, servatis tamen quae sequuntur modo et legibus:

. I. In praesens omnes, qui modo ad eommiiniam pertinent, inter canonicos adnumerandi erunt. In posterum vero Capitulum undecim constabit canonicis, quorum unus titulo Decani decorabitur eritque unica Capituli Dignitas simulque rector ecclesiae Ss. Petri et Pauli. Prima, autem bac vice Decani dignitatem assumet ille qui nunc ipsius ecclesiae est rector, vicibus subsequentibus Decani dignitatem nominatio, prout de iure, ad Apostolicam, Sedem pertinebit. Canonici vero ab Ordinario eligentur et amovibiles erunt ad nutum Ordinarii, sicut Decanus ad nutum Sanctae Sedis.

- II. Decano, qua Capituli Dignitati et ecclesiae rectori, onus incumbet vigilandi, et providendi omnia quae ad ecclesiae curam, sive spiritualem sive materialem pertinent. Omnes vero canonici rectorem adiuvare tenentur sive in sacris confessionibus recipiendis, sive in sacra catechesi explananda, si id vel in ecclesia collegiali, vel alibi, ab Ordinario mandetur, sive tandem in sacris peragendis.

III. Circa praecedentiam servetur ius commune, hoc addito tamen quod Capitulum ecclesiae Ss. Petri et Pauli praecedet alia Capitula collegiata eiusdem civitatis Iaciensis.

IV. Chorale servitium ea ratione ordinetur ut statuetur in constitutionibus a Capitulo conficiendis et ab Episcopo adprobandis, in quibus mentio facienda erit sacrarum illarum functionum vel caeremoniarum, quibus extra suam ecclesiam Capitulum interesse debebit. Missa conventualis per turnum celebrabitur diebus quibus chorale servitium habebitur, reservata tamen celebratione diebus solemnioribus Dignitati capitulari. Mensibus septembri et octobri servitium chorale intermitti poterit.

V. Quoad bona ecclesiae collegialis statuimus ut ea ipsa sint, quibus fruitur in praesens communia, oblationibus quae in posterum largiri poterunt adiectis. Ex iis autem bonis providebitur tum divino cultui sustentando et augendo, tum ecclesiae fabricae necessitatibus consulendis, tum denique canonicorum praebendis nec non choralibus distributionibus praestandis, ad hoc tertia parte proventuum separata. Administratio vero bonorum ipsorum sub nutu ac vigilantia Ordinarii erit, iuxta modum in constitutionibus statuendum.

VI. Canonicorum insignia erunt: rochetum cum manicis violaceo colore subsutis, ac mozeta eiusdem coloris. Ea vero gestare exclusive poterunt in sacris caeremoniis quibus intersit Capitulum collegiale. In habitu qui dicitur *piano* uti poterunt *havaretto* absque *sopramaniche.*

Ad haec omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Ferdinandum Cento, Iaciensem Episcopum, cum facultatibus necessariis et opportunis ut per se vel per alium virum, in oflicio vel ecclesiastica

dignitate constitutum, ad hoc subdelegandum, ea omnia facere ac decernere possit, quae ad praemissorum exsecutionem pertinent, iniuncto onere transmittendi ad Sacram Congregationem Consistorialem, intra sex menses a praesentibus Litteris datis, authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Quae autem hisce Litteris Apostolica auctoritate a Nobis decreta sunt nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere, aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistente^ exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras contrariis quibuscumque, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quarto, die vigesima mensis novembris, Pontificatus Nostri anno tertio.

O. CARD. CAGIANO,
S. B. E. Cancellarius.

© C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen.,
8. C. Consistorialis Secretarius.

Iulias Campori, *Protonotarius Apostolicus.*
Eaphael VirDi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £8 Plumbi.

Beg. in Cane. Ap., vol. XXX, n. 16.

III

IACIENSIS

ERECTIO ECCLESIAE S. SEBASTIANI IN COLLEGIATAM AD HONOREM

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad divinam gloriam promovendam ecclesiarumque decorem augendum, Eomani Pontifices peculiaribus titulis condecorare consueverunt ecclesias quae historia, arte, solemnitate sacrarum functionum prae ceteris excellant.

Cum itaque dilecti filii sacerdotes communiae S. Sebastiani in civitate Iaciensi, Apostolicae Sedi supplices porrexerint preces, ab Ordinario valde commendatas, ut dicta ecclesia, quae artis magnificentia, fidelium concursu et sacrarum functionum splendore inter praecipuas civitatis ecclesias merito adnumeratur, ad honorem et dignitatem collegiatae ecclesiae eveheretur, Nos oblatas preces benigne excipiendas censuimus.

Quare, omnibus opportune perpensis, de Apostolicae potestatis plenitudine, suppleto quorum interest, vel sua interesse praesumant, consensu, Capitulum collegiale ad honorem in ecclesia S. Sebastiani Martyris in civitate Iaciensi constituendum statuimus, ipsamque ecclesiam ad collegiatae dignitatem evehendam decernimus, ita ut ipsa collegiata ad honorem nuncupari et dici possit ac valeat, cum omnibus iuribus ac privilegiis, quae Capitulis collegialibus sunt propria, sub modo tamen et legibus, quae sequuntur:

I. Capitulum undecim constabit canonicis, quorum unus titulo et honore Decani decorabitur ac erit unica Capituli dignitas ac simul ecclesiae S. Sebastiani rector. Huius in praesens rectoris firma nominatione, qui proinde, absque alio, officium et dignitatem Decani assumet, alii canonici omnino libere ab Ordinario eligentur et hac prima vice inter sacerdotes, qui nunc membra sunt communiae. Omnes canonici amovibiles erunt ad nutum Ordinarii, sicut Decanus ad nutum Sanctae Sedis, a qua, proutt de iure, in posterum eligetur.

II. Decano, qua Capituli Dignitati et ecclesiae rectori, onus incumbit vigilandi et providendi omnia, quae ad ecclesiae curam spiritualem et materialem pertinent. Omnibus autem canonicis onus incumbit rectorem ecclesiae adiuvandi sive in sacris confessionibus recipiendis, sive in sacra catechesi explananda, si id in ecclesia collegiali vel alibi ab Ordinario mandetur, sive tandem in sacris functionibus peragendis.

III. Chorale servitium ea ratione ordinetur sicut statuetur in constitutionibus a Capitulo conficiendis et ab Episcopo adprobandis, in iisdem addita mentione sacrarum functionum, seu caeremoniarum, quibus extra ecclesiam Capitulum interesse debebit. Missa conventualis per turnum celebrabitur diebus, quibus chorale servitium habebitur, reservata tamen celebratione diebus solemnioribus Dignitati capitulari. A die decima sexta mensis septembris ad diem trigesimam primam mensis octobris, inclusive, chorale servitium suspendi poterit.

IV. Quoad ad bona ecclesiae collegialis, ea ipsa erunt, quibus in praesenti fruitur Communia, oblationibus quae in posterum largiri poterunt adiectis. Ex iis autem bonis providebitur tum divino cultui sustentando et augendo, tum fabricae necessitatibus consulendis, tum denique canonicorum praebendis necnon choralibus distributionibus praestandis, ad hoc tertia parte proventuum separata; administratio vero bonorum ipsorum sub dependentia et vigilantia Ordinarii erit iuxta modum in constitutionibus statuendum.

V. Canonicorum insignia erunt: rochetum cum manicis violaceo colore subsutis et mozeta eiusdem coloris. Ea gestare poterunt exclusive in sacris

caeremoniis, quibus intersit Capitulum. In habitu qui dicitur *piano* uti poterunt *bavaretto* absque *sopramaniche.*

Ad haec autem exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Ferdinandum Cento, Episcopum Iaciensem, eique necessarias huie negotio facultates tribuimus, etiam subdelegandi alium virum, in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrenti difficultate, vel oppositione, imposito onere ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses a data praesentium Litterarum computandos, authenticum exemplar peractae exsecutionis transmittendi, Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere, aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis. Decernimus denique has praesentes Litteras valituras, contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Eomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quarto, die vigesima novembris, Pontificatus Nostri anno tertio.

O. CARD. CAGIANO
S. B. E. Cancellarius.

© C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen.,
S. C. Consistorialis Secretarius.

Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus.*

Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £g Plumbi.

Beg. in Cane. Ap., vol. XXX, n. 17.

LITTERAE APOSTOLICAE

TITULUS AC PRIVILEGIA BASILICAE MINORIS CONFERUNTUR ECCLESIAE O. F. M. CONVENTUALIUM SANCTO FRANCISCO DICATAE IN CIVITATE PANORMITANA.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Sancto Francisco Assisiensi exstat in civitate Panormitana vetusta ecclesia dicata, quam, iam abhinc saecula septem erectam atque Fratribus Ordinis Minorum Conventualium concreditam, christianus populus Panormitanus assidue pieque celebravit, hodieque celebrat. Idem etiam aedificium amplitudine ac structura praestat; extrinsecus atque intrinsecus eximiis artis operibus, quae variis diversisque temporibus celeberrimi artifices affabre confecerunt, nitet, ita ut hoc etiam titulo, inter spectatas civitatis sacras aedes merito adnumeretur. At minime praetereundum est in ipso templo memorabilem semper exstitisse Senatus populique Panormitani devotionem erga Immaculatam Beatae Mariae Virginis Conceptionem; nam non modo eiusdem cultus iam ante Basileense Concilium in praefata ecclesia habebatur, sed cum ibidem, decursu temporis, pulchrum atque argenteum Deiparae Immaculatae simulacrum publicae venerationi expositum esset, undique Christi fideles, seorsim vel turmatim more peregrinorum, praesertim vero ex continentibus Siciliae provinciis, ad illam sacram imaginem invisendam venerandamque convenerunt. Adeo autem Panormitanorum erga Immaculatam Virginem relligio crevit, ut civitatis publicarum rerum vices cum pia hac devotione connexae evaserint, et nulla fuerit parta victoria, nulla fugata calamitas, quae ab adiutorio etiam praesidioque Immaculatae Mariae non fuerit repetenda. Quapropter quum nunc Minister provincialis Fratrum Minorum Conventualium, qui cum haud exiguo Christi fidelium emolumento sacras divini cultus functiones in ipso templo sollerter studioseque gerunt, a Nobis suppliciter dimisseque efiiagitaverit, ut, Fratrum Minorum Conventualium omniumque cuiusque ordinis civium Panormi votis obsecundantes, memoratam aedem sacram Basilicae minoris titulo privilegiisque, de apostolica Nostra benignitate, honestare velimus: Nos, occasionem etiam nacti plurium saecularium sollemnium, quae ibidem proxime peragenda sunt, in honorem Sancti Francisci Assisiensis, huiusmodi optatis adnuendum ultro libenterque existimavimus. Propterea, auditis quoque VV. FF. NN. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrorum Rituum Congre-

gationi praepositis, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi, ecclesiam Sancto Francisco Assisiensi dicatam in civitate atque archidioecesi Panormitana Basilicae minoris titulo ac dignitate perpetuum in modum augemus, illique omnia et singula conferimus iura, privilegia, praerogativas, honores, indulta, quae minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare et permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quoquam, auctoritate qualibet, seienter vel ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxnr mensis decembris anno MDOOCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status,*

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

RATISBONENSIS-MONACEN. ET FRISINGENSIS

DECRETUM

DISMEMBRATIONIS ET AGGREGATIONIS

Quum incolae villae *Poetzling,* quae ad parochiam *Egglkofen* dioecesis Batisbonensis pertinet, propriam ecclesiam paroecialem adire ob nimiam distantiam non soleant, sed potius frequentent ecclesiam proximiorem loci *Schoenberg* dioecesis Monacen, et Ensingen.; Emus ac Rmus Card. Archiepiscopus Monacen, et Frisingen., de consensu Rmi Ordinarii Ratisbonensis, ab Apostolica Sede efflagitavit, ut memorata villa a dioecesi Ratisbonensi dismembraretur et ad viciniorem paroeciam *Schoenberg,* et quidem ad illius parochiae expposituram *Haunzenbergersoell,* in archidioecesi Monacensi et Frisingensi, adiungeretur. Iamvero Ssmus Dominus Noster Pius PP. XI, rei opportunitate attenta atque audito voto R. P. D. Eugenii Pacelli, Archiepiscopi tit. Sardian. et Nuntii Apostolici in Bavaria, benigne annuendum censuit; ac proinde praesenti consistoriali decreto statuit, ut villa *Poetzling* a parochia *Egglkofen* et a dioecesi Ratisbonensi in perpetuum separetur, atque paroeciae *Schoenberg,* archidioecesis Monacensis et Frisingensis, iuxta petita aggregetur. Ad praemissa exsecutioni mandanda Ssmus Dominus deputare dignatus est eumdem R. P. D. Eugenium Pacelli, eidem tribuens facultates omnes ad id necessarias, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum: facto onere mittendi intra sex menses ad hanc Sacram Congregationem authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Contrariis minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 9 februarii 1925.

£g C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. $ S.

f Fr. Raphael C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

6 februarii 1925. — Cathedrali Ecclesiae Calgariensi praefecit R. D. Ioannem Thomam Kidd, rectorem Seminarii Torontini.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thennesinae, R. D. Alfonsum Deschamps, Vicarium generalem archidioecesis Marianopolitanae, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Georgii Gauthier, Archiepiscopi titularis Tharonensis et Coadiutoris cum iure futurae successionis Archiepiscopi Marianopolitani.

13 februarii — Cathedrali Ecclesiae Cotronensi, cum metropolitana Ecclesia Sanctae Severinae ad personam unitae, R. P. D. Carmelum Puija, Archiepiscopum Sanctae Severinae, qui in posterum Archiepiscopus Sanctae Severinae et Episcopus Cotronensis appellabitur.

— Titulari episcopali Ecclesiae Neocaesariensi, R. P. D. Antonium Videmari, hactenus Episcopum Oleastrensem.

16 februarii — Titulari episcopali Ecclesiae Tremithuntinae, R. P. Aloisium Gabrielem Xaverium Jantzen, e Seminario Parisiensi Missionum ad exteros, deputatum Vicarium Apostolicum de Chungking.

— Titulari episcopali Ecclesiae Clazomenensi, R. P. Ernestum Hauger, e Societate Lugdunensi Missionum ad Afros, quem deputavit Vicarium Apostolicum de Litore Aureo.

SACKA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

ROMANA ET ALIARUM

CIRCA FACULTATEM MISSAM LITANDI MEDIA NOCTE OCCASIONE EXTRAORDINARIAE SOLEMNITATIS.

In plenario Conventu Emorum Patrum, habito die 15 aprilis 1924, propositum fuit dubium: « An et quomodo expediat facultatem concedere « Missam litandi media nocte in Conventibus Eucharisticis - in triduanis

« supplicationibus ad honorem Ssmi Sacramenti, vulgo *tridui Eucaristici* - » occasione sacrarum missionum, et, in genere, in aliqua alia extraor- « dinaria solemnitate »;' et Emi Patres, re mature perpensa, respondere censuerunt:

«Quoad Conventus Eucharisticos, iam provisum per Litteras Aposto- «licas SS. D. N. Pii PP. XI diei 7 martii 1924 *(Act. Ap. Sedis,* an. xvi, « vol. XVI, n. 4, pag. 154).

« Eelate ad alias huius generis petitiones, gratia concedi poterit a « Sacra Congregatione de disciplina Sacramentorum sub sequentibus con- « ditionibus:

1) tantummodo in casibus extraordinariis;

2) initium Missae celebrandae ne fiat ante dimidiam horam post mediam noctem;

3) Sacrae supplicationes (vulgo sacre *veglie)* perdurent spatio circiter trium horarum;

4) remoto semper quocumque irreverentiae periculo ».

His omnibus relatis Beatissimo Patri Pio Papae XI in audientia concessa infrascripto huius Sacrae Congregationis Secretario die 22 aprilis 1924, Ssmus eamdem resolutionem approbare et confirmare dignatus est.

f A. Capotosti, Ep. Thermen., *Secretarius.*

Ad illustrandam praedictam declarationem, iuvat referre sequens

VOTUM CONSULTORIS

Quaedam praemittenda duco, ut propositae quaestioni satisfaciam. Quaestio quidem naturam induit ad Rubricas maxime atque ad disciplinam spectantem, et cum nullam habeat cum Fidei articulis connexionem, Supremo Ecclesiae Legislatori plene subest, qui, in decernendo, utilitatem fidelium maxime intendit ac debitum erga augustum Sacramentum decus.

Recens canonica legislatio de tempore, quo Sacrum litari assolet, statuta habetur in canone 821, nn. 1, 2, 3, Cod. I. C. Idem canon suam ducit originem non modo ex fontibus, ad calcem ipsius Codicis relatis, quique illum collustrant, sed ex pluribus etiam Bullis Rescriptisque, quae media, ut vocatur, aetate, Summi Pontifices ediderant, ex quibus apparet tunc temporis pro certo habuisse Doctores, *divinum Sacrificium* nisi *orto iam sole* fieri posse.

Praxis contraria, pluries fuit damnata, atque inter condemnationes praecipuae illae recensentur, quas irrogasse scimus Innocentium IV, Constitutione *Sub catholicae* et S. Pium V, Constitutione Sancii *unitis.*

Huiusmodi autem Ecclesiae rigor, tam late patuit, ut die 2 martii an. 1737, datis a S. CongTegatione sacris tuendis ritibus praeposita, uteris Cardinali Prospero Lambertini, Bononiensi Archiepiscopo, interdicta fuerit in eadem civitate, «multas per horas ante auroram Missa lecta « deindeque eodem die pluribus iam a meridie transactis horis,... alia Missa, « etsi dominicus foret dies, atque etiam occasione, qua Sanctae Dei Parentis a S. Luca depictum simulacrum solemni pompa» duceretur.

Verum enimvero fucata sub hac abusus specie, quae hac illae apud plures Europae dioeceses antea irrepserat, et quam legitima auctoritas studuit interdicere, aliqua delitescebant indicia vetustioris ac diversae Ecclesiae disciplinae, olim ubique receptae, quae non modo sinebat, verum etiam Missam vespertinis noctumisque horis interdum celebrari praecipiebat. Cuius vetustac disciplinae haud obscura adhuc supersunt vestigia in Missali B ornano, plurimumque sacrae eruditioni prodesset eius historiam retexere ab altero saeculo post Christum natum ad saeculum xni.

Cum autem recens ius liturgicum tempus praefiniverit pro Sacro litando, initium scilicet, quo idem inchoari possit, atque horam, ultra quam litari haud licet, ea profecto exstitit legislatoris mens, ut Missam veluti peculiarem ritum actionemque reputaverit omni destitutam nexu aliis cum actionibus liturgiam quotidianam spectantibus. Veteres enim diverso quodam modo rem concipiebant; unde nil mirum quod ex diverso iudicio, diversa per tempora habita fuerit legislatio.

Primis Ecclesiae temporibus, quibus fidelium pietas maxime sacrae liturgiae adhaerebat, Missae Sacrificium, uti potior diei christianae pars habebatur, atque uti universi quotidiani cultus centrum; Officium enim divinum crebraque ieiunia, quae tunc per hebdomadam explebantur, arcte cum divino Sacrificio connectebatur; unde harum omnium piarum exercitationum Officiique canonici tempus, ab eo quo Sacrum litabatur dependens erat.

Primis item apostolicis temporibus, cum Ecclesiam inter et Synagogam dissidium nondum plene evenisset, atque non modo Apostoli sed ingens etiam fidelium multitudo servandae Legis esset studiosissima, festivae Synaxis Eucharisticae tempus legitimum nox fuit illa, quae intercedit sabbatum inter et dominicum diem. Sanctus sane Lucas, paucis licet verbis, de quodam nocturno conventu nos docet, cui S. Paulus Troadis praefuit. Plena vero hac super re nobis notitia suppèditatur ex iis, quae plures primorum trium saeculorum scriptores tradiderunt, ex quibus eruitur eamdem Synaxim noctu peractam,, et quae festivum diem praecedebat, diutino psalmorum cantu, lectionibus et concionibus absumi consuevisse, iisque expletis, Sacrum fideles, illucescente caelo, explere, Dominique Cor-

pus sumere fuisse solitos. Caelesti hae dape refectis, austerum ieiunium, quo plus interdum quam viginti quatuor horis fideles adstringebantur, desinebat.

Primo exeunte saeculo, bina ieiunia seu «Stationes» feria IV et VI. cuiusque hebdomadae viguisse scimus. Eiusmodi ieiunia, minora nuncupata, hora nona post Missam finem habebant, quae hodie horae fere quintaedecimae respondet: mente siquidem veteres incipere nequibant, Coenam Domini celebrari posse adhuc ieiunii lege perstante. Utique pro pia abstinentia quodammodo sacranda, Eucharisticum Sacrificium requirebatur; hoc vero ieiunii semper finem indicebat ; adeo ut quadragesimali tempore, quum abstinentia a cibo et potu usque ad vesperam ducebatur, tum solum Missa litari posset. Plura in Missali Romano eiusmodi primae disciplinae indicia adhuc supersunt, ex quibus Missam cum ieiuniis, quae *stationalia* dicebantur, et cum liturgicis vigiliis colligatam olim fuisse apparet.

Unde factum est, ut cuilibet diei, qui pro explendo ieiunio statutus erat, Missa post *nonam* fuerit designata; vigiliae vero et Missae, quae sabbatis Quatuor Temporum peragebantur, uti nocturni ritus habitae. Formulas praetereo omnes, utpote notas, quae clare ad noeturnum tempus sese referunt.

Eiusmodi Missis antelucanis celebris addicenda est Eucharistica illa Synaxis Natalis D. N. Iesu media nocte, quae psalmodiae finem indicebat, ac ieiunio ipsius Natalis festum praeeunte

Quin vero hoc Sacrificium ad idem Natale festum esset cireumseriptuni, litabatur immo post nocturnam psalmodiam, quae diem dominicum Martyrumque natalitia praecedebat. Verum, nocturna Natalis Domini Missa, Romanorum more, non media nocte peragebatur, sed « ad galli cantum », prouti ceterae omnes nocturnae Synaxes explebantur.

Hisce quae adnotanda erant praemissis, de veteri ac recenti Pontificio iure, animadvertendum est de hora ac tempore Sacrum faciendi, plurima privilegia, nunc etiam quibusdam religiosorum Ordinibus, sacris Aedibus, piisque consociationibus etc., concessa, rigorem quodammodo hodierni iuris temperasse, aliquando pro Missa celebranda statutum tempus producendo a media nocte usque ad solis occasum.

Bullaria sodalium Franciscanum, Augustinianorum et quarumdam sodalitatum Monachorum, facultatem tribuunt ut *sodales itinerantes rem* divinam faciant a media nocte usque ad nonam diei posteri, ideoque usqu^ ad horam decimam sextam. Romana Archisodalitas pro adorando noctu Ssmo Sacramento, nonnullis abhinc annis, privilegio et ipsa potitur ut Missa celebrari possit super ipsum Altare, ubi Sacramentum Augustum adorationi

proponitur, idque postrema hora cuiusvis turni vigiliaris. Ex huiusmodi igitur concessione, Sacrum fieri poterit, hiberno tempore, vix dimidia elapsa fuerit hora post mediam noctem. In hoc quoque Sacrae Congregationis tabulario plura servantur documenta, quibus Pontificio iure huiusmodi venia indulgetur.

Modo propositae quaestioni diluendae aecedam: « An et quomodo conci cedere expediat Indultum Missam litandi media nocte ad effectum de « quo agitur! »

Praemonendum duco, distinctionem in hac Sacra Congregatione receptam inter Missam, quae Natalis Servatoris nostri nocte peragitur, aliasque Missas, quarum celebratio permittitur *saltem dimidia hora post mediam noctem,* **nullimode ex liturgica traditione repeti posse, quae nullum olim agnoscebat discrimen inter Sacrum, quod in pervigilio Natalis D. N. I. C. peragebatur, aliaque quae in liturgicis pervigiliis operari consueverant, et quae initium cuncta habebant « ad galli cantum ».**

Nihilominus, ratione habita, volventibus saeculis, ad christianae pietatis incrementum erga iucundum Natalis Domini festum, recepta ab hac Sacra Congregatione praxis sapienti sane consilio inducta videtur, ac fovenda. Cum igitur petuntur facultates pro litandis nocturno tempore Missis, quoties *extraordinaria occasione,* **qua vel Eucharistici Conventus habentur, vel supplicationes per horas quadraginta fiunt, etc., peropportunum esse censeo quod S. Sedes haud difficulter petitam extraordinaria de causa facultatem tribuat, quin ex ea verendum sit ne abusus irrepant, vel etiam hodiernum Ecclesiae ius vigens detrimentum hac super re capiat. Codicis enim canon 821 Missae celebrationis tempus tantummodo respicit, quod suetae liturgiae leges his postremis saeculis servarunt; verum ipsius legumlatores haud plenam tunc sibi rationem comparare potuerunt de continuo assiduoque in dies incremento Eucharistici cultus, quem modo laetantes adauctum cernimus, praecipue cum nocturna solemnia peraguntur, sacrorum coetuum, Iubilaeorumque occasione. Eumdem Eucharisticum cultum provehendi causa haud. temere est repetenda ab excitatis auctisque ubique a Summis Pontificibus atque Episcopis liturgicis studiis, fidelium primorum saeculorum spiritu exemploque ductis, quum christiana pietas maxime floreret.**

Circumstantiae itaque quas iuris canonici Codex intendit, atque illae, quae in proposito casu concessionem suadent, dissimiles prorsus exstant. Codex quidem de iis rationem habet, quae usitate fiunt, atque exinde legem condit; expetita e contrario concessio in casu peculiares perpendit circumstantias, quarum causa privilegium invocat, seu peculiarem novam legem,

quae communi bono in « speciali casu » aptius consulat. Abest itaque quaevis discrepantia legem inter, petitamque a Sacra Congregatione facultatem; unde cum binae exstent dissimiles circumstantiae, aequitas postulat, ut binis dissimilibus praescriptis rei consulatur. Indultum siquidem modo expetitum, ad prisca christianae religionis tempora quodammodo nos revocat. Prouti in vetustis pervigiliis liturgicis eveniebat, modo etiam, antequam nocturnam Sacrum peragatur, solemnes plerumque supplicationes fiunt, adorationes ad horas producuntur, sacrarumque laudum cantus, uti olim, quum post diutinum vigilatum psalmorum concentum, Missae sacrificium ieiunium ac Synaxim tandem absolvebat. Ante dimidium saeculum haud profecto prudens exstitisset, peculiarissima licet adesset circumstantia, eamdem vetustam Eucharistiae sumendae praxim restituere, propter pericula quae impendere poterant ob viarum atque ipsarum ecclesiarum languida tunc lumina. Modo vero idem periculum valde est imminutum, magnis praesertim in urbibus, ubi vis luminis, electrica virtute comparata, adeo vias splendore collustrat, ut ipsum solem aemulare videatur. Sive igitur periculorum absentia consideretur, sive opportunitas, quae adest maxima, optime utraque suadere hanc Sacram Congregationem videtur, ut, praeter morem, facultatem noctu Missae Sacrificium celebrandi rite petentibus tribuat: idque ad canonicum quoque ius habito respectu, cum ex hoc vigere idem non desinat, tum etiam quia allatum de vetusta christiana aetate exemplum, casus potius respicit, qui extra suetum ordinem eveniunt.

Ad alteram quaestionis partem digrediens, scilicet: « Quibus sub modis indultum hoc concedere expediat », animadvertere praestat Ecclesiae auctoritatem, uti ex supra indigitatis Bullariis constat, plurimum meritorum rationem habuisse, quae propter benefacta sodales religiosorum Ordinum sibi comparaverant; quoties igitur facultas fit « fratribus itinerantibus » Sacrum operandi, Pontifex plerumque illius solummodo commodum respexit, qui itineris laborem erat aggressurus. Haec vero privati commodi ratio in quaestionem, de qua agitur, afferri nequit: unde altera, pro concedenda facultate, conditio, nocturno tempore Missas celebrandi, requirenda videtur, videlicet, quod de peculiaribus explendis ritibus agatur, qui « publica ac solemni causa » fiunt. Huic profecto facultatum generi praxis illa referenda est nocturnae adorationis Sacramenti Augusti, quae per quadraginta horas producitur, prouti laudabili admodum more Romae peragi solet ab Archisodalitate nocturnae adorationis, atque uti ab Ecclesiae suprema auctoritate fuit confirmata.

Ad quemlibet autem abusum amovendum, attenta quoque Eucharistici ieiunii lege, ratio suadere videtur, ut alia etiam pro tribuenda facul-

tate conditio addatur. Quandoquidem, cum eiusmodi *nocturnae Missae* ab ipsis primis christianis sint repetendae, congruum profecto foret, ut quemadmodum ipsi rem divinam faciebant vigili expleta synaxi, ita pariter nunc etiam, antequam divinum Sacrificium « nocte peragatur », ad nonnullas horas publicae supplicationes habeantur, sacrae conciones, adorationes, sacrique conventus etc., quibus fideles paratiores inveniantur ad tantum mysterium con celebrandum, cuiusque participes fiant, caelesti pane sese recreantes; secus enim, illis omnibus posthabitis, sola Missae celebratio quodammodo vilesceret, atque abusus exoriri possent, unde aliquis ex domestica ad Dominicam coenam proxime accederet.

Superest ut disseramus, num Missa nocturno tempore litanda, media indicari possit nocte, vel potius conveniens sit ad semihoram saltem post mediam noctem illam differre.

Comprobanda quidem est praxis huius Sacrae Congregationis, quae privilegium Missam media nocte litandi integrum et peculiare solemnissimo Natali diei D. N. Iesu Christi servandum studet; adeo ut, quamvis discrimen inter Missam nocte Natalis Domini celebrandam, aliasque, quae praeter morem litandae interdum permittuntur, neque fundetur in iure, neque in traditione liturgica, prudens nihilominus foret illud inducere ac servare, non modo quia parum incommodi indulto fruentibus affert, verum etiam quia emolumenta haud levia parit. Siquidem huiusmodi praxis:

I. Peculiarem omnino solemnitatem noctis Natalis Domini, diu ac quam latissime servatam, utpote sacris Scripturis innixam, firmat, eamque maiore veneratione adauget.

II. Longius protrahit tempus sacrae Synaxis suscipiendae, a domestica coena peracta.

III. Horae saltem dodrante a media nocte naturale ieiunium producit ante sacram Communionem, quod certo leviorem communi, generali, ac pervetustae Ecclesiae legi derogationem reddit.

IV. Aequius cum pristina liturgica consuetudine vetustorum pervigiliorum conspirât, quae licet sub vesperam inchoarentur, sacra nihilominus Communio, fere albescente caelo peragebatur.

V. Ad amovenda autem dubia, atque ad arcendos abusus, qui exoriri possunt ob dissimile, quod intercedit tempus *medium,* uti vocant, atque *astronomicum,* opportunum ducitur decernere, ut mediae noctis computatio, iuxta temporis rationem, quae a fidelibus fieri consuevit, scilicet de tempore, quod *medium* appellant, servetur.

Quare, etc.

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

i

DUBIUM

DE RELIGIOSIS PROFESSIS VOTORUM TEMPORARIORUM IN AMENTIAM INCIDENTIBUS.

Cum aliquando accidat ut Religiosus, vel Religiosa, perdurante triennio votorum quod ex praescripto can. 574 cuicumque professioni perpetuae aut solemni praemitti debet, in amentiam incidat, ita ut, elapso triennio, cum sui compos non appareat, ad professionem admitti nequeat, quippe qui actus huiuscemodi non sit capax, dubitatum est quid tali occurrente casu agendum sit.

Cum autem res in praxi non levis momenti videretur, Sacra Congregatio, praehabito voto plurium Consultorum, sequentia dubia Emorum Patrum iudicio subiecit:

I. - « Utrum Professus votorum simplicium in Ordine vel in Congrega-' « tione, qui durante triennio amens evaserit, iudicio medicorum etiam insa- « Habiliter, possit, finito triennio, ad suos vel ad saeculum remitti, an vero « debeat in Religione retineri » ;

et quatenus negative ad primam partem, affirmative ad secundam:

II. -•« Qualis sit praedicti Religiosi conditio iuridica, et ad quid teneatur « Religio in casu ».

Porro Emi Patres Sacrae Congregationis Sodalium Religiosorum Negotiis praepositae, in plenario coetu habito ad Vaticanum die 28 novembris 1924, re mature perpensa, respondendum censuerunt:

« Ad I: *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam ».

« Ad II: Religiosus de quo agitur in dubio I, pertinet ad Religionem in eo statu in quo erat quando mente captus est, et Religio tenetur erga eum ad eadem officia ad quae tunc tenebatur ».

Pacta autem de omnibus relatione Sanctissimo Domino Nostro Pio divina Providentia PP. XI, in audientia habita ab infrascripto P. Abbate Secretario die 30 novembris 1924, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum approbare et confirmare dignata est.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die 5 februarii 1925.

C. CARD. „LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

Maurus M. Serafini, Abb. O. S. B., *Secretarius.*

II

APPROBATIONES

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis de Religiosis:

30 novembris 1924. — Congregationem Sororum Caritatis a Sancto Ioseph, vulgo *Hermanas Iosephinas de la Caridad* nuncupatarum, cuius domus princeps sita est in dioecesi Vicem, *laudavit eiusque Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium, approbavit.*

— Instituti Sororum Servarum a Beata Maria Virgine Perdolente, Tertii Ordinis Servorum Mariae, vulgo *le Addolorate* nuncupatarum, cuius domus princeps sita est in archidioecesi Florentin., *Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium, approbavit.*

— Instituti Sororum a S. Thoma de Villanova, vulgo *Hospitalières* nuncupatarum, cuius domus princeps sita est in archidioecesi Parisiensi, *Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium, approbavit.*

— Instituti Sororum a Sancta Maria nuncupati, cuius domus princeps in Namurcensi civitate sita est, *Constitutiones definitive approbavit.*

4 februarii 1926. — Congregationis Sororum Moguntinarum a Divina Providentia nuncupatarum,, cuius domus princeps Moguntiae sita est, *Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium, approbavit.*

— Institutum Sororum B. M. V., vulgo Societas Iesu, Mariae ac Ioseph nuncupatum, cuius domus princeps sita est in dioecesi Buseoducensi, iam pridem ab Apostolica Sede commendatum, *approbavit, itemque eius Constitutiones.*

— Instituti Sororum Scholarum Christianarum seu Misericordiae nuncupatarum, *Constitutiones definitive approbavit.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

BAIOOEK

CANONIZATIONIS BEATI IOANNIS EUDES, MISSIONARII APOSTOLICI ET INSTITUTORIS CONGREGATIONIS LESU ET MARIAE NEC NON ORDINIS B. M. V. A CARITATE.

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis, post indultam ab Apostolica Sede eidem Beato venerationem, constet in casu et ad effectum, de quo agiturf

Quae adversus binas, de quibus est sermo, sanationes, quaeque pro impetrandis Beato Ioanni Eudes supremis honoribus Sanctorum ad cognoscendum fuerant propositae, vel a disceptationis limine facere visa fuit difficultas, ad Medicos seu Chirurgos eadem dicenda est propius pertinere; quippe quae unam dumtaxat respicit specificam utriusque morbi naturam, minime vero intimam eamque veram atque germanam attingit miraculi rationem. Quamobrem, si quando contingat, ut, cum de miraculis agitatur quaestio, in designanda et definienda singulari prorsus atque individua morbosae cuiusdam affectionis forma discrepent inter se Virorum in arte peritorum iudicia, num, hoc in casu, exstet ac detur norma, eaque certa simul atque tuta, permagni interest sedulo attenteque perpendere. Distinctione quippe adhibita inter morbos, quos vocant *funcionales,* et eos, quos appellant *orgánicos,* si quidem in eo controversia sit, utrum de organico agatur morbo, vel potius de functionali, discordia haec tanti est facienda, ut prudens magis magisque securum nullum supersit consilium, quam ancipitem haerere et omnem rem in medio relinquere; idque ex peculiari innotescit functionalis morbi ingenio atque indole. Quamvis enim in istiusmodi etiam morbis laesio quaedam, functionum quaedam perturbatio exsistat necesse sit, haec tamen laesio, haec functionum perturbatio, quo statu nunc physicarum rerum versantur disciplinae, deprehendi nequit certoque dignosci; quandoquidem in defunctis hominibus, qui hysterica seu nevrotica passione, dum viverent, miserrime fuerunt divexati, cum secantur cadavera, sana inveniuntur organa, viscera aliaeque humani corporis partes, quin materiales uspiam appareant laesiones.

Quapropter sacra haec Congregatio summa procedens maturitate et cautione induci numquam potuit, ut, tamquam idoneum miraculi subiectum, reciperet et probaret purum putumque functionalem quemdam morbum; neque solummodo in hac universa studiorum agitatione, sed ante actis quoque temporibus eadem illa se gessit ratione, prouti e proposito admonere non praetermittit Benedictus XIV, cuius idcirco, huc pertinentia, haec pretium est transcribere et exhibere verba: « Verum illud etiam anice madvertendum, nonnullas in mulieribus crises naturales non omnium « oculis expositas, ut plurimum, accidere, quae perfectam a morbo liberationem producere possunt: quapropter difficile admodum erit", libera« tiones ab hoc morbo recenseri posse inter miracula. Quod si aliquando «a Postulatoribus causarum Beatificationis et Canonizationis tentatum « est, numquam vidi admissum; Medicique acciti, ut ad favorem scribe« rent, operam suam, licet infelici conatu, constituerunt in eo, ut démonte strarent, morbum non esse *passionis Jiystericae,* sed *alterius naturae,* inge« nue hoc modo difficultatem probandi agnoscentes ac declinantes » (Lib. IV p. I[a], cap. 13, n. 14).

Functionalibus itaque sepositis morbis, in reliquis, quibus nomen est organicis, alia, generis longe diversa, consultissima suppetit regula, quam suggerit et flagitat comperta et explorata ratio organici morbi. Hoc quippe semel posito, fieri numquam potest, ut eodem cum organico morbo una simul sit quoque instantánea atque perfecta sanatio; ignorat namque nemo, naturam in suo perficiendo redintegrationis opere non agere, nisi per gradus; secus enim si esset, sibi a suo Creatore necessario praestitutos, suos natura praetergrederetur fines.

Hisce igitur praeiactis, enucleatas et constitutis, in eisdem, foecundo tamquam inclusa semine, apta atque idonea continetur solutio difficultatis, de qua initio dicendi facta fuit mentio. Etenim, iudicialibus actis excussis et cribratis, testium dictis in memoriam revocatis, Medicorum a curatione testimoniis, atque suffragiis scripto exaratis a peritis ex officio accitis, probe inspectis et pensatis, duo haec posita sunt in aperto: unum, quod scilicet tum soror Ioanna Beatrix Londono, tum Bonaventura Bomero organico laborarunt morbo, qui externas quoque oculisque spectabiles pepererat laesiones; alterum vero, quod videlicet, post praeviam Beati Ioannis Eudes peractam invocationem, isto ex organico morbo una cum externis oculisque spectabilibus laesionibus subita atque perfecta obtenta fuit sanatio. Quibus e duobus, veluti e duabus legitimis positis praemissis, necessario descendit, ineluctabili logicarum legum vi, ipsoque consentiente, suffragante et plaudente communi sensu, utriusque miracuri demonstratio, quemadmodum apertis verbis renuntiarunt testes, agnoverunt a curatione

Medici, et-suis scripto editis sententiis ostenderunt et evicerunt sex numero, tres vero pro unaquaque e duabus sanationibus, ab bac sacra Congregar tione adlecti periti Viri, quorum e gremio non defuit etiam, qui aperte declaravit, hanc omnium peritorum concordiam in preternaturali adserendo utriusque sanationis charactere, qui e subita atque perfecta promanat utriusque organici morbi sanatione, suo e loco atque firmitate vel minime posse dimoveri ex eo quod eadem omnino non. afduerit quoque concordia in designanda et definienda singulari prorsus atque individua utriusque morbosae affectionis forma. Eapropter si quid curae atque laboris superfuit adhuc, illud conferre oportuit circa opportunam emendationem et flexionem propositorum lemmatum ita nempe, ut quae inferius enunciantur lemmata ea solummodo complecterentur elementa, quae iudicialibus responderent tabulis, et communi satis facerent peritorum diagnostico iudicio.

Ita, iuridico praescriptoque legis consono praesupposito utriusque facti fundamento, atque munere quisque suo sedulo naviterque perfungentibus et iudicialibus peritis Viris et causae Patrono, haec, quae, abhinc iam biennium, duabus istis super sanationibus instituta est quaestio, tribus de more disceptationibus suum sortita fuit exitum in Congregatione generali, quae, post binas praehabitas, antepraeparatoriam et praeparatoriam, die vigesima proxime praeteriti mensis ianuarii coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacta fuit. In qua a Reverendissimo Cardinali Ludovico Billot, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est Dubium: *An, et de quibus miraculis, post indultam ab Apostolica Sede Beato Ioanni Budes venerationem, constet in casu et ad effectum, de quo agitur?* Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores sua quisque ex ordine protulerunt suffragia, quibus tamen exceptis et perpensis, Sanctissimus Dominus noster supremam Suam distulit edicere sententiam, praesidium et lumen interim a Patre luminum enixe impetraturus. Quumque mentem Suam postmodum patefacere decrevisset, hodiernam elegit Dominicam in Septuagésima, quae dies accidit optatissima sanctaque laetitia referta utrique religiosae Familiae, quae Beatum Ioannem Eudes suum legiferum Parentem veneratur et colit; Congregationi nimirum Iesu et Mariae et Ordini Filiarum B. M. V. a Caritate; hac quippe die utramque apud religiosam Familiam solemne percolitur titulare festum Purissimi Cordis B. M. V.; quandoquidem liturgici cultus Sacrorum Cordium Iesu et Mariae idem Beatus Ioannes Eudes auctor exstitisse perhibetur. Quocirca Sanctissimus Dominus noster, Sacris devotissime operatus, ad Vaticanas Aedes arcessiri iussit Reverendísimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, et Ludovicum Billot, causae Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali,

meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: ***Constare de utroque proposito miraculo:*** **de primo nempe** ***instantaneae perfectaeque sanationis Sororis Ioannae Beatrids Londono, e Congregatione Sororum Caritatis a Praesentatione B. M. V. de Tours, a diabete mellito atque ab aliis complicationibus renalibus, nephrytide, furunculosi et abscessu;*** **deque altero** ***instantaneae perfectaeque sanationis Bonaventurae Bornera a peritonite traumatica et a gravi cranii laesione.***

Hoc Decretum in vulgus edi, et in acta sacrae rituum Congregationis inseri mandavit sexto idus februarias anno MDCCCCXXV.

£g A. CARD. YICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. % S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA EOMÁNÁ EOTA

Citatio edictalis

BUDVICEK

NULLITATIS MATRIMONII (STEFFAN-STEFFAN)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Friderici Steffan, in causa rei conventi, eumdem citamus ad comparendum, per se vel per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Via delia Dataria, 94), die 31 martii 1925, bora XI, ad concordandum de dubio disputando vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam pro causae definitione:

DUBIUM

An constet de matrimonii nullitate, in casu f

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis Dñi Friderici Steffan curare debent ut de citatione hac edictali ipse commoneatur. *

Ubaidus Mannucci, *Ponens.*

L. © S.

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 20 februarii 1925.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

*** Étant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr. Frédéric Steffan, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le 31 de Mars 1925, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la discussion de la cause devant la Rote.**

Gonste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas presentì

Les Ordinaires des lieux, les Curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du heu de la résidence du dit M. Frédéric Steffan devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIÓNE DEI RITI

Martedì, 3 febbraio 1925, nel Palazzo Apostolico Vaticano, colPintervento degli Emi Signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati e Consultori Teologi, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* dei Sacri Riti per discutere sopra due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione del Beato Pietro Canisio Conf., Sacerdote professo della Compagnia di Gesù, i quali miracoli vengono proposti per la sua Canonizzazione.

Martedì 10 febbraio 1925, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi alla augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Emi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi che la compongono, hanno emesso il loro voto sopra il dubbio del martirio, dei segni o miracoli delle Serve di Dio Ifigenia da S. Matteo, della Congregazione delle Suore dell'adorazione perpetua del Ssmo Sacramento, Elisabetta Teresa dal Sacro Cuore di Gesù dell'Ordine delle Orsoline, Maria Rosa dell'Ordine di S. Benedetto, Maria da S. Enrico dell'Ordine Cistercense, e Compagne, uccise, come si asserisce, in *Oranges* nel mese di luglio del 1794, in odio della Fede.

Martedì 17 febbraio 1925, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Reverendissimi Prelati e dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio su due miracoli che si asserircono operati da Dio per intercessione della Ven. Maria Bernarda Soubirous, dell'Istituto delle Suore della Carità e dell'Istituzione Cristiana di *Nevers.*

S. CONGREGAZIONE PER LA CHIESA ORIENTALE

AVVISO DI CONCORSO

È aperto presso la S. Congregazione per la Chiesa Orientale il concorso per l'ufiìeio di minutante e di scrittore.

I sacerdoti che desiderassero prendervi parte, dovranno esibire alla Segreteria della medesima S. Congregazione, entro un mese dalla data del presente avviso, la domanda, corredata delle opportune generalità e del « nulla osta » del rispettivo Ordinario.

A titolo d'informazione, per i sacerdoti che volessero concorrere, si avverte che:

1) il concorso per l'ufficio di minutante consisterà in due prove scritte, delle quali una in lingua latina, l'altra in italiano. I temi di esse verseranno specialmente sulla Teologia Morale e sul Diritto Canonico, con riguardo particolare alle disposizioni del Codice latino che si applicano anche agli Orientali;

2) il concorso per l'ufficio di scrittore consisterà in due composizioni, Tuna manoscritta, l'altra dattilografata;

3) per l'ufficio di minutante si richiede la laurea in Sacra Teologia e in Diritto Canonico;

4) per l'ufficio di scrittore si richiedono documenti comprovanti una conveniente cultura teologica e letteraria;

5) è in facoltà dei concorrenti presentare altri titoli che possano comprovare la loro capacità all'ufficio cui aspirano;

6) si terrà in particolare considerazione la conoscenza di lingue estere;

7) i concorrenti non dovranno eccedere l'età di anni 45 per l'ufficio di minutante, nè gli anni 35 per l'ufficio'di scrittore.

Il concorso avrà luogo nell'ultima decade del prossimo marzo, in giorni che saranno notificati ai singoli interessati.

Boma, dalla S. Congregazione per la Chiesa Orientale, 15 febbraio 1925.

f Isaia Papadopulos, *Assessóre.*

SEGRETERIA DI STATO

AVVERTENZA

La Segreteria di Stato di Sua Santità ritiene opportuno richiamare l'attenzione su le disposizioni pubblicate in data 11 marzo 1910, per mandato speciale del Santo Padre, nel Bollettino Ufficiale *Acta Apost. Sedis,* vol. II, p. 248 s., riguardo ai concorsi per la provvista degli uffici della Curia Romana, le quali sono tuttora in pieno vigore; vale a dire:

I° che niuno sia ammesso all'esame nei detti concorsi se non presenti ai Superiori del rispettivo dicastero l'attestato dell'Ordinario proprio di origine o di domicilio, da cui consti essere il candidato immune da censure, e nulla ostare per la sua ammissione alla prova;

2° che niuno sia definitivamente scelto negli scrutini, e proposto al Sommo Pontefice per l'approvazione, se con lettere segrete non si siano prima chieste notizie particolari del candidato al suo Ordinario, sia di origine sia di domicilio, nonché al Vicariato di Roma; e non si abbiano avute risposte del tutto rassicuranti sulla vita e condotta del medesimo;

3° che T interpellazione al Vicariato, di cui al n. 2, non debba omettersi neanche nel caso che il soggetto non abbia mai dimorato in Roma;

4° che tanto le lettere d'interpellazione come le risposte date e gli allegati aggiunti debbano rimanere sempre e del tutto segreti;

5° infine che le nomine avvenute con la preterizione di queste regole *siano e debbano considerarsi come irrite e nulle.*

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

26 gennaio 1925. L'Emo sig. Card. Michele Lega, *Protettore dell'Arciconfraternita di San Giuseppe dei Falegnami in Boma.*
30 » » Monsig. Eraneesco Morano, *Prelato Uditore nel Tribunale della Sacra Romana Rota.*
9 febbraio » L'Emo sig. Card. Giovanni Bonzano, *Protettore dell'Ordine dei Frati Minori.*

Protonotari Apostolici, ad instar participantium :

9 novembre 1922. Monsig. Teófilo Skalski, della diocesi di Luck-Zytomir.
26 aprile 1924. Monsig. Adamo Kulinski, della diocesi di Kielce.
16 settembre » Monsig. Paolo Erelek, della medesima diocesi.
18 gennaio 1925. Monsig. Giuseppe Ronza, dell'archidiocesi di Vercelli.
21 » » Monsig. Alfonso Abbamondi, dell'archidiocesi di Benevento.

Prelati domestici di S. S.:

10 novembre 1922. Monsig. Ludovico Wilkonski, della diocesi di Plock.
30 gennaio 1923. Monsig. Dionisio Molnar, della diocesi di Wesprimia.
» » Monsig. Vincenzo Bedy, della diocesi di Giavarino.
15 aprile 1924. Monsig. Paolo L'Ebraly, della diocesi di Tulle.
» » Monsig. Antonio Machat, della medesima diocesi.
» » Monsig. Teodoro Jarrige, della medesima diocesi.
28 Monsig. Venceslao Niemerowski, della diocesi di Kielce.
» » » Monsig. Giovanni Bialecki, della medesima diocesi.
21 agosto Monsig. Taddeo Malczewski, dell'archidiocesi di Gnesna e Posnania.
16 settembre » Monsig. Boleslao Wróblewski, della diocesi di Vladislavia.
» » » Monsig. Vincenzo Blazewicz, della diocesi di Sejna.
27 » » Monsig. Giovanni Poskropko, dell'archidiocesi di Varsavia.
13 gennaio 1925. Monsig. Francesco Carla, della diocesi di Lecce.
20 » » Monsig. Pellegrino Preziosi, della diocesi di Avellino.

29 gennaio 1925. **Monsig. Guglielmo Gonzalez et Arocha, della diocesi di Pinar del Bio.**
» » » **Monsig. Giuseppe Maria Reigadas et Antigua, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Gerardo Ortega et Gonzalez, della medesima diocesi.**
15 febbraio » **Monsig. Amedeo Ghizzoni, della diocesi di Piacenza.**
» » ». **Monsig. Francesco Torta, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Ludovico Mondini, della medesima diocesi.**

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Placea dell'Ordine Piano:

31 gennaio 1925. **Al sig. conte Enrico Paolini, Esente nella Guardia Nobile di Sua Santità.**

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

4 febbraio 1925. **Al sig. eonte Ildebrando Silvestri Faà, Guardia Nobile di Sua Santità.**

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

30 gennaio 1925. **Al sig. barone Ago di Maltzan, del Ministero degli Affari Esteri di Germania.**

La Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare :

12 febbraio 1925. **Al sig. comm. Tito Arcangeli, maggiore della Guardia Palatina.**

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare:

4 febbraio 1925. **Al sig. conte Carlo Pocci, cadetto della Guardia Nobile di Sua Santità.**

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

10 ottóbre 1924. **Al sig. Daniele de Haene (Belgio).**
» » » . **Al sig. Antonio van Caillie (Belgio).**
» » » **Al sig. Marcello Lallemand (Belgio).**
* » » **Al sig. Giovanni Battista Vossen (Belgio).**
2 gennaio 1925. **Al sig. dott. Luigi Steger, dell'arehidiocesi di Utrecht.**
3 » » **Al sig. Ugo Pesaresi, della diocesi di Terni.**

5 gennaio 1925. **Al sig. Giorgio Le Cordier, dell'archidiocesi di Parigi.**
» » » **Al sig. dott. Enrico Chatellier, della medesima archidiocesi.**
8 » » **Al sig. barone Giacomo de Maricourt, addetto all'ambasciata di Francia presso la S. Sede.**
9 » » **Al sig. Eenato Vermast, della diocesi di Gand.**
14 » » **Al sig. visconte Leone de Eoest d'Alkemade, dell'archidiocesi di Malines.**
» » » **Al sig. Luigi Luyckx, della medesima archidiocesi.**
17 » » **Al sig. Giovanni Florimondo Van der Linden, della diocesi di Gand.**
25 » » **Al sig. Gerardo Buigeward, della diocesi di Harlem.**
» » » **Al sig. Cornelio Giovanni Giacomo Meuwland, della medesima diocesi.**

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

30 giugno 1924. **Al sig. Dedjatch Gabrè Sellassie, Governatore di Adua.**
» » » **Al sig. Dedjatchmac Gassasa.**
» » » **Al sig. Dedjatch Moulu Guela.**
» » » **Al sig. Dedjatch Haile Sellassie, Governatore di Baie.**
23 dicembre » **Al sig. Francesco Splett, di Danzica.**
2 gennaio 1925. **Al sig. Vittore Popelka, della diocesi di Salto (Uruguay).**
7 » » **Al sig. Cav. Luigi d'Orazi, di Boma.**
» » » **Al sig. Enrico Haas Spithöver, di Boma.**

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

30 giugno 1924. **Al sig. Lagaba Odadjie.**
» » » **Al sig. Blata Herroui.**
» » » **Al sig. Lidj Mekonen.**
15 novembre » **Al sig. maggiore Harry A. Walsh, dell'archidiocesi di Baltimora.**
» » » **Al sig. Patrizio I. Haltigan, della medesima archidiocesi.**
» » » **Al sig. I. Leo Kolb, della medesima archidiocesi.**
2 gennaio 1925. **Al sig. Stefano Solaro, della diocesi di Salto (Uruguay).**
12 » » **Al sig. Ferdinando Stuflesser, della diocesi di Trento.**

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con biglietti di S. E. Revma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S. :

30 agosto 1924. **Monsig. Teodoro Urbanski, della diocesi di Kielce.**
» » » **Monsig. Francesco Gola, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Mecislao Rogojski, della medesima diocesi.**
10 gennaio 1925. **Monsig. Giov. Battista Pé, della diocesi di Brescia.**
» » » **Monsig. Angelo Zammarchi, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Lorenzo Conforti, della medesima diocesi.**
20 » » **Monsig. Edoardo Leal, della diocesi di Zamora.**
» » » **Monsig. Angelo Alvaro, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Emanuele Boizas, della medesima diocesi.**
21 » » **Monsig. Ignazio Olszanski, della diocesi di Wilna.**
23 » » **Monsig. Pietro Di Pietro, Segretario della Delegazione Pontifìcia di Valle di Pompei.**
3 febbraio 1925. **Monsig. Gennaro Solorzano Garcia, della diocesi di Santander.**
9 » » **Monsig. Giuseppe Santiangeli, della diocesi di Fabriano e Matelica.**
11 » » **Monsig. Gaudenzio Manuelli, della diocesi di Novara.**
14 » » **Monsig. Evasio Colli, della diocesi di Casale Monferrato.**
» » » **Monsig. Vittorio J.B. Garat, della diocesi di Vitoria (Spagna).**
17 » » **Monsig. Benvenuto Romani, della diocesi di Recanati e Loreto.**

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S. :

26 settembre 1924. **Il sig. Simone Karski, della diocesi di Sandomir.**
3 gennaio 1925. **Il sig. conte Vincenzo Ranuzzi della Porretta, dell'archidiocesi di Bologna.**
10 febbraio 1925. **Il sig. Pietro Dahll, (Norvegia).**
17 » » **Il sig. Giuseppe M. de Navarro, della diocesi di Northampton.**

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

9 febbraio 1925. **Monsig. Alfonso Frattari, della diocesi La Piata.**
11 » » **Monsig. Egidio Quattrocchi, della diocesi di Veroli.**
» » » **Monsig. Pietro Quattrociocchi, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Giuseppe Novelli, della medesima diocesi.**

11 febbraio 1925. **Monsig. Giovanni Pasqualitti, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Tommaso Mancini, della medesima diocesi.**
» « » **Monsig. Amato d'Ambrogi, della medesima diocesi.**

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S. :

20 gennaio 1925. **Il sig. Enrico Mattencci, della diocesi di Volterra.**

Cappellani d'onore extra urbem *di S. S. :*

30 agosto 1924. **Monsig. Stanislao Mietkowski, della diocesi di Kielce.**
» » » **Monsig. Giorgio Imiela, della medesima diocesi.**

NECROLOGIO

18 aprile 1924. **Monsig. Dionisio Kelly, Vescovo di Boss.**
13 gennaio 1925. **Monsig. Francesco Zorn de Bulach, Vescovo tit. di Eritre.**
29 » » **Monsig. Ignazio Gladès Berzi, Vescovo di Tebe, rito copto.**
5 febbraio » **Monsig. Carlo Ligonnès du Pont, Vescovo di Bodez.**
10 » » **Monsig. Paolo Emilio Bergamaschi, Arcivescovo tit. di Areopoli.**
21 » » **Monsig. Michele Cerrati, Vescovo tit. di Lidda.**
27 » » **Monsig. Massimo Sedfaoui, Vescovo di Minieh o Ermopoli Maggiore, rito copto.**

Annus XVII - Vol. XVII 2 Aprilis 1925 Num, 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

SACRUM CONSISTORIUM

I

Feria II, die 30 martii 1925, in Palatio Apostolico Vaticano, habitum •est *Consistorium secretum* cuius acta ex ordine referuntur:

I. - CAMERARI ATUS SACRI COLLEGII S. R. E. CARDINALIUM

Raphael Card. Scapinelli di Leguigno perulam Sacri S. R. E. Cardinalium Collegii detulit ac reddidit SSmo Duo Nostro Pio Papae XI, qui eam tradidit Amedeo Card. Ranuzzi de Bianchi, hoc anno eiusdem Sacri -S. R. E. Cardinalium Collegii Camerario.

II. - SSMI DOMINI NOSTRI ALLOCUTIO CREATIO S. R. E. CARDINALIUM

Postea Sanctissimus Patres Cardinales sic allocutus est:

VENERABILES FRATRES

Si frequentia conspectusque vester nullo non tempore Nobis accidit iucundus, at hodie profecto multo iucundior, cum talia occurrunt ad hunc consessum afferenda, quae Nos iubeant, ante quam amplissimum Conlegium vestrum suppleamus, omni interim maeroris causa posthabita, quaecumque aut ex longinquo aut ex propinquo Nobis praesertim ob vexatos iniuria catho-

lieos incidit, vobiscum coniunctos bonorum omnium auctori Deo gratiam habere quam maximam. Uni enim Deo illud acceptum referimus solacium, quod, turbulentis adbue alicubi rebus, vix sperandum videbatur : intellegi volumus de fidelium turmas, quae cotidie frequentiores in hanc almam Urbem, ex Italiae dioecesibus atque ex dissitis etiam exterarum gentium regionibus, aut iam confluxerunt aut perpetuo quodam ordine per hunc piacularem Iubilaei maximi annum conventurae perhibentur. Neque est cur propiores Nobis, Episcopatus Romani gratia, filios silentio praetereamus, qui, cum ceteris suae cuiusque paroeciae civibus coniuncti, atque interdum per auditas in suo curiali templo divinarum rerum commentati ones ad assequendam Iubilaei veniam paratiores effecti ac promptiores, instituta continuis diebus dominicis pompa, Basilicas, orando concinendoque, piissime inviserunt. Quos autem peregrinos ad hunc diem admisimus ac paterno alloquio prosecuti sumus, quos praeterea caelesti epulo recreavimus, placuit in iis non modo primores divitesque homines agnoscere, sed etiam e tenuioribus ac popularibus bene multos, quorum Nos praesentia eo magis commovit, quo pluris iisdem stetit romanum iter, idemque fuit diutius optatum. Dilaudandi vero sunt omnes, quotquot huc coivere, quod in luce Urbis tali cum gravitate tantaque cum alacritate pietatis versati sunt, ut vere *spectaculum facti* sint *mundo et Angelis et hominibus;*[1] fore autem confidimus, idemque a Deo suppliciter flagitamus, ut, qui vel longo terrarum marisve intervallo disiuncti, Romam cogitant, saluberrimo eorum proposito bue peregrinandi rerum civilium condicio numquam non obsecundet.

Altera item accedit singularis laetitiae causa, quod initum a Nobis, ad Anni Sancti utilitates augendas, consilium, de quo superiore anno, in hac ipsa aulae maiestate allocuti vos sumus, ut res, quae ad sacras Missiones pertinerent, publice proponerentur, tam feliciter effectum est, ut omnium exspectationem exitus superaverit, cum ad easdem spectandas, non sine spe optati emolumenti, maior in dies multitudo hominum eon-

[1] I *Cor.*, iv, 9.

fiuat. Atque hoc loco religiosis viris missionalibus ceterisque omnibus, qui in tam insigni opere exsequendo aut consilii lumen contulerint aut primas egerint aut subsidiariam operam praestiterint, gratiam et benevolentiam Nostram iterum testifieamur; nec minus grata prosequimur voluntate cum rerum publicarum rectores, qui onerum vecturam vel expeditiorem tutioremque reddiderunt vel suo sumptu faciendam curarunt, tum maritimarum vectionum Societates, tum etiam navium gubernatores et vel baiulos, qui in tot rebus tam procul traducendis sedulo, gratuitoque nonnumquam, elaboraverunt. Equidem, cum tale inceptum aggressi sumus, pluribus profecto de causis Nos id aggressos esse haud semel Nosmet declaravimus vosque ipsi, Venerabiles Fratres, probe nostis. Illud enim propositum certumque habuimus, cum suam sacris Missionibus Evangeliique praeconibus constare laudem, quod tam magna in humanum genus beneficia contulerint, depulsis ethnicae barbariae tenebris populisque ad humanum civilemque cultum eductis, tum etiam praesentiora ad Eidem disseminandam comparari undique adiumenta, tum denique ad altiora excitari atque erigi generosos iuvenum spiritus, qui sacrae militiae, infidelibus Christi doctrina imbuendis destinatae, milites se fore deliberarent. Sed in primis res eiusmodi expositas quotquot invisendo conspexerint secumque animo reputaverint, iisdem veluti ante oculos obversantur unitas atque universitas catholicae Ecclesiae, quae a munere obeundo, quod sibi divinus Conditor commisit, docendi omnes gentes non modo destitit numquam, verum etiam unam eandemque fidem, unius Eomani Pontificis ductu retinendam, omnes gentes docuit ac docere pergit. Nam Iesu Christi Nomen deferri necesse est *coram gentibus,*[1] ut *in Nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium et infernorum,*[2] quoniam *oportet illum regnare.*[3]

Laeta ista quidem, ob rerum similitudinem ac coniunctionem sinunt, ut ad aliud eventum, item iucundum, gradum faciamus.

[1] *Act.,* IX, 15.
[2] *Philipp.,* II, 10.
[3] I *Cor.,* XV, 25.

In hunc enim annum non ignoratis, Venerabiles Fratres, sextum decimum incidere plenum saeculum ab convocata Niceae celeberrima Synodo, ex Oecumenicis prima, in qua episcopi Orientales plus trecenti divinam eiusdem Christi Domini Nostri naturam ab impiis haereticorum hominum commentis vindicarunt, christiano nomine simul a quavis ethnicorum pravitate expurgato : cui quidem Synodo Hosius episcopus Cordubensis et Vitus ac Vincentius romani presbyteri Apostolicae Sedis Legati, nempe Silvestri Pontificis nomine atque auctoritate, praefuerunt, iidemque Concilii actis decretisque ante omnes subscripsere. Itaque eventum hoc sane gravissimum, dignumque qupd toto orbe catholico recolatur, Nos quidem - quod iam dudum erat in animo - inlustrari et commemorari hac potissimum in Alma Urbe volumus ac iubemus : et merito quidem, cum orthodoxae fidei per Orientem totum cultores firmissima doctrinae suae propugnatrice ac vindice usi sint hac una Apostolica Sede, quae sapientissimis Concilii Nicaeni decretis sanctiore auctoritatis suae robore suffragata est. Qua de commemoratione instituenda proprias ad Cardinalem negotiis Ecclesiae Orientalis praepositum Litteras propediem daturi sumus; gaudemus interea, quod saecularia ista sollemnia videntur quasi cumulum adiicere fastigiumque imponere actis superiore anno exeunte laetitiis ob sextum decimum item saeculum a dedicata primum Basilica Lateranensi, quo quidem evento Servatoris Christi publicum de ethnica superstitione triumphum et romanos cives ad christianam fidem feliciter traductos significari docuimus.

Ex hisce quae ,ad vos, Venerabiles Fratres, attulimus liquido apparet, in quantam Christi Domini gloriam Ecclesiae suae gloria redundet: nova autem et Ecclesiae Conditori Christo et Ecclesiae ipsi accessio gloriae futura est per caelitum sanctorum honores viris feminisque innocentissimis mox, si Deo placuerit, decernendos. Quorum interposito patrocinio fieri non poterit, quin benignissimus Deus *multiplicatis intercessoribus* ita *unitatis et pacis propitius dona* largiatur, ut et populi omnes tandem aliquando, rebus tranquillatis, conquiescant et

ad sinum Ecclesiae Matris, quotquot ab ea dissident, auspicato revertantur.

Iam eo deveniamus, ut in Sacrum Conlegium vestrum lectissimis ex Hispano clero Antistites duos cooptemus, qui in suarum dioecesium gubernatione decessoribus Nostris et Nobismet ipsis se operamque suam egregie probarunt.

Hi autem sunt:

EUSTACHIUS ILUNDAIN Y ESTEBAN, Archiepiscopus Hispalensis;

VINCENTIUS CASANOVA Y MARZOL, Archiepiscopus Granatensis.

Quid vobis videtur ?

Itaque auctoritate Dei omnipotentis, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra creamus et renuntiamus Sanctae Romanae Ecclesiae

PRESBYTEROS CARDINALES

EUSTACHIUM ILUNDAIN Y ESTEBAN,

VINCENTIUM CASANOVA Y MARZOL.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In Nomine Pa¿gtris et Fi®Iii et Spiritus£gSancti. Amen.

III. - CONSULTATIO DE CANONIZATIONE BEATORUM IOANNIS BAPTISTAE MARIAE VIANNEY, PETRI CANISII, IOANNIS EUDES, MARIAE MAGDALENAE POSTEL, MAGDALENAE SOPHIAE BARAT, TERESIAE A IESU INFANTE.

Tum Reverendissimus Cardinalis Antonius Vico, sacrorum Rituum Congregationi Praefectus, compendiosa narratione vitam retulit, virtutes et miracula Beatorum Confessorum Ioannis Baptistae Mariae Vianney, parochi vici *Ars,* Petri Canisii, sacerdotis professi e Societate Iesu, Ioannis Eudes, missionarii apostolici et institutoris Congregationis Iesu et Mariae necnon Ordinis B. M. V. a Caritate; et Beatarum Virginum Mariae Magdalenae Postel, fundatricis Instituti Sororum scholarum christianarum, Magdalenae Sophiae Barat, fundatricis Societatis Sororum a Corde Iesu, et Teresiae a Iesu Infante, monialis professae Ordinis Carmelitarum

Excalceatorum; ac insuper acta universa in causa Beatificationis et Canonizationis eorumdem, quae sacrorum Rituum Congregatio, praevio rigoroso examine, admisit et approbavit.

Qualibet relatione expleta, Sanctissimus Dominus Noster Reverendissimorum Cardinalium suffragia exquisivit: «An scilicet deveniendum sit ad solemnem praefatorum Beatorum Canonizationem», et singuli Cardinales sententiam suam aperuerunt.

IV. - PROVISIO ECCLESIARUM

Postmodum Beatissimus Pater has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas pastore providit, nimirum:

Metropolitanae nuper effectae Ecclesiae Habanensi praefecit B. P. D. Iosephum Emmanuelem Damásum Ruiz y Rodríguez, hactenus Episcopum Pinetensem ad Flumen.

Metropolitanae Ecclesiae Sancti Iacobi de Cuba, R. P. D. Valentinum Zubizarreta y Unamunsaga, hactenus Episcopum Centumfocensem.

Titulari archiepiscopali Ecclesiae Ptolemaidensi, R. D. Paulum Giobbe, Antistitem Urbanum, iam Rectorem Pontificii Collegii de Propaganda Fide, quem deputavit Nuntium Apostolicum in Columbia.

Cathedrali Ecclesiae Lingonensi, R. D. Ioannem Baptistam Thomas, Vicarium Generalem dioecesis Augustodunensi.

Titulari episcopali Ecclesiae Prienensi, R. D. Paulum Jantausch, Protonotarium Apostolicum, Administratorem Apostolicum Tirnavensem.

Titulari episcopali Ecclesiae Thagòrensi, R. D. Iosephum CJársky, quem deputavit Administratorem Apostolicum dioecesis Rosnaviensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Busiritensi, R. P. Hannibalem Cattaneo, in Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum Caelestinum a Desio, Vicarium Apostolicum Erythreae.

Postea alios etiam per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renunciatos Sacrorum Antistites publicavit, videlicet:

ARCHIEPISCOPOS:

Attaliensem, Petrum Gonzalez y Estrada, iam Episcopum Habanensem.

Ancyranum, Caietanum Cicognani, Internuntium Apostolicum apud Rempublicam Bolivianam.

Ianuensem, Dalmatium Minoretti, iam Episcopum Creniensem.

Verissensem, Felicem Ambrosium Guerra, iam Archiepiscopum Sancti Iacobi de Cubai

Odessensem, Gabrielem de Llobet, iam Episcopum Vapincensem, deputatum Coadiutorem Archiepiscopi Avenionensis cum iure futurae successionem.

Areopolitanum, Angelum Roncalh.

EPISCOPOS :

TJxentinum, Antonium Lippolis, iam Episcopum Samaritanum.

De *Matagalpa,* Isidorum Carrillo y Salazar, iam Episcopum Toronen- *em.

Galgariensem, Thomam Kidd.

Thennesensem, Alfonsum Deschamps, deputatum Auxiliarem Coadiutoris Archiepiscopi Marianopolitana

Irenopolitanum, Alfridurr» lulium Mélisson, iam Episcopum Blesensem.

Gotronensem, Carmelum Pujia, Archiepiscopum Sanctae Severinae, propter unionem dioecesis *in personam* cum archidioecesi Sanctae Severinae.

Neocaesariensem, Antonium Videmari, iam Episcopum Oleastrensem.

Tremithuntinum, Aloisium Gabrielem Xaverium Jantzen, Vicarium Apostolicum de Chunking.

Clazomenensem, Ernestum Hauger, Vicarium Apostolicum de Litore Aureo.

Messenensem, Hectorem Lodi, Auxiliarem Emi Archiepiscopi Bononiensis.

V. - POSTULATIONES PALLIORUM

Denique Sanctissimus Dominus Noster sacrum Pallium expostulatum concessit Ecclesiis metropolitanis *lanuensi, Habanensi* et *Saneti Iacobi de Cuba.*

II

Feria V, die 2 mensis aprilis 1925, in Aula Palatii Apostolici supra Porticum Basilicae Vaticanae, *publicum* fuit *Consistorium* pro solemni peroratane Causarum Canonizationis Beatorum Confessorum Ioannis Baptistae

Mariae Vianney, parochi vici *Ars*, Petri Canisii, sacerdotis professi e Societate Iesu, Ioannis Budes, missionarii apostolici et institutoris Congregationis Iesu et Mariae necnon Ordinis B. M. V. a Caritate; et Beatarum virginum Mariae Magdalenae Postel, fundatricis Instituti Sororum scholarum christianarum, Magdalenae Sophiae Barat, fundatricis Societatis Sororum a Corde Iesu, et Teresiae a Iesu Infante, monialis professae Ordinis Carmelitarum Exealceatorum.

Praestita itaque a Emis DD. Cardinalibus Summo Pontifici obedientia, DD. Albertus Guidi, Iosephus Biroccini, Carolus Salotti, Franciscus Pacelli, Augustus Milani, Ioannes Guasco, sacrae Consistorialis aulae Advocati, retulerunt vitam, virtutes et miracula Beatorum, qui supra commemorati sunt, atque pro Canonizatione de more institerunt.

B. P. D. Mcolaus Sebastiani, Apostolicarum htterarüm ad Principes Secretarius, stans a sinistro pontificii Solii latere, DD. Advocatis in genua provolutis Sanctitatis Suae nomine his verbis respondit :

Mhil profecto per annum sacrum, cum, oblata cuilibet tanta caelestium copia donorum, emendare vulgo mores christianarumque virtutum refovere cultum studet Ecclesia, nihil, inquam, Beatissimo Patri antiquius contingere potest, quam ut, sollemni pontificalis magisterii sententia, summos honores, comprobatae hominum sanctitati tribui solitos, sex illis beatis caelitibus, quorum causam digne, pro facultate vestra, dixistis, auspicato decernat. Etenim, cum id natura mortalium ferat, ut multo facilius optimi cuiusque exempla eos a culpa avocent atque ad serviendum caste actuoseque Deo multo trahant vehementius quam ipsa lata divinitus officii praecepta, dubitari nullo pacto licet, quin, Ioanne Baptista Maria Vianney, Petro Canisio, Ioanne Eudes, Maria Magdalena Postel, Magdalena Sophia Barat et Teresia ab Infante Iesu in luce orbis terrarum collocatis et ad colendum imitandumque universo catholico nomini legitime propositis, in haec nova eademque tam inlustria perfectae virtutis exempla, quasi eumulatis Anni Sancti incitamentis, societas hominum, cum magno communis salutis adiumento, intueatur. Quorum beatorum caelitum si alii alia temporum rerumque condicione in terris usi sunt, si, veluti flores in horto dominico consiti, ahi alio ornatu enituere, constat tamen, haud dissimili eos omnes contentione nobilissimam ac plane singularem virtutum, quas theologicas ac morales vocant, sibi laudem comparasse, et prodigia ac mirabilia satis multa, Deo dante, animis corporibusque sanandis effecisse. Quodsi copiosa iis debuit Ecclesia debetque incrementa, maxime quia plerique eorum vel per scripta christianae sapientiae plena vel per conditas a se religiosas familias operam suam quodammodo perpetuasse dicendi

sunt, nemo non videt, consecrata ipsorum gloria auctaque populi fiducia, quanto copiosiora per tales deprecatores ac caelestes patronos beneficia christifideles posthac impetraturi sint. Non una igitur de causa avet Beatissimus Pater tres illos confessores totidemque illas virgines in sanctorum caelitum numerum referre.

«Verum'in re gravissima, quae cum infallibili Romani Pontificis magisterio tam arcte coniungitur, se a iudicio ultimo ferendo usque adeo abstinebit, donec in Consistorio, ut aiunt, *semipublico* Purpuratos Patres itemque omnes, quotquot in Urbem haud multo post conventuri sunt, Patriarchas, Archiepiscopos atque Episcopos de more sententiam rogaverit: quo interim temporis intervallo ut Sibi a Spiritu Paraclito optata impetrent lumina, fideles hortatur universos. Haec habui quae, Sanctissimi Domini Nostri iussu ac nomine, ad orationes vestras responderem ».

CONSTITUTIO APOSTOLICA

LANCASTERIENSIS

ERECTIONIS DIOECESIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Universalis Ecclesiae sollicitudo Romanis Pontificibus concredita, illos admonet ut novas in orbe catholico dioeceses constituant, quoties id in maiorem Dominici gregis utilitatem cedere videatur.

Cum igitur ad incrementum religionis et ad maius animarum bonum, opportunum et necessarium visum sit ut Liverpolitana archidioecesis in Anglia in duas partes divideretur, novaque ex altera parte et distincta dioecesis efformaretur, Nos, de consulto dilectorum filiorum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis Consistorialis Patrum, auditis quoque iis ad quos pertinet, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel sua interesse praesumant, consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, partem septemtrionalem memoratae archidioecesis Liverpolitanae distrahimus ac separamus et in propriam et distinctam dioecesim constituimus, cui addimus insuper duos comitatus, idest *Westmorland* et *Cumberland,* qui hucusque ad dioeceses Hagulstadensem et Novocastrensem pertinuerunt.

Novae dioeceseos sedem et cathedram constituimus in urbe vulgo *Lancaster,* a qua dioecesis ipsa nomen mutuabitur, simulque ecclesiam S. Petri ibidem exstantem ad gradum et honorem cathedralis ecclesiae, sub eodem titulo, evehimus, atque ipsi eiusque pro tempore Episcopis tribuimus honores, insignia, favores, iura ac privilegia, quibus aliae cathedrales ecclesiae earumque Antistites in Anglia iure communi pollent ac fruuntur. Ipsam vero cathedralem Ecclesiam constituimus suffraganeam metropolitanae Ecclesiae Liverpolitanae eiusque pro tempore Episcopos iuri metropolitico eiusdem Archiepiscopi Liverpolitani subiicimus.

Fines insuper novae Lancasteriensis dioecesis erunt : flumen *Bibbie* in parte meridionali, in parte autem septemtrionali iidem ac fines civiles comitatuum *Westmorland* et *Gumberland.*

Quod attinet ad huius Ecclesiae administrationem et regimen, ad Vicarii capitularis, sede vacante, electionem, ad Capituli cathedralis, vel saltem Consultorum Collegii erectionem, ad Seirrmarii dioecesani instiMMionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, servanda statuimus, quae sacri canones decernunt.

Quod vero ad clerum in particulari spectat, iubemus ut, statim ac huius Constitutionis exsecutio facta fuerit, eo ipso sacerdotes ecclesiae illi adscripti censeantur in cuius territorio legitime degunt.

Episcopalem autem mensam constituent Curiae emolumenta et ceterae oblationes, quae a fidelibus, in quorum bonum dioecesis erecta est, praeberi solent.

Tandem Ordinarii Liverpolitani, tum Hagulstadensis et Novocastrensis erit,'pro sua cuiusque parte, omnia documenta et acta novam dioecesim eiusque clericos et fideles respicientia, quam primum fieri poterit, Cancellariae episcopali Lancasteriensi tradere, ut in eius archivo asserventur.

Quae autem hisce Litteris, apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere, aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec autem exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Fridericum Guillelmum Keating, hodiernum Archiepiscopum Liverpolitanum, eique necessarias huic negotio facultates tribuimus, etiam subdelegandi alium virum, in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate vel oppositione, imposito onere ad Sacram Congregationem Consistorialem mittendi, infra sex menses a data praesentium computandos, authenticum exem-

piar exsecutionis peractae. Decernimus denique has praesentes Litteras valituras contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimi nongentesimi vigesimi quarti, die vigesima secunda mensis novembris, Pontificatus Nostri anno tertio.

O. CARD. CAGIANO, *8. B. B. Cancellarius.*

£ß C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *8. C. Consistorialis Secretarius.*

Iulius Oampori, *Protonotarius Apostolicus.*
Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £g Plumbi.

Beg. in Conc. Ap., vol. XXX, n. 50.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BASILICAE MINORIS TITULO CONDECORATUR ECCLESIA BEATAE MARIAE VIRGINIS VULGO « ALL'IMPRUNETA », PROPE FLORENTIAM.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter praecipua sacra templa, quibus Florentina archidioecesis nobilitatur, iure meritoque accensenda est perinsignis ecclesia Deo dicata in honorem Beatae Virginis Mariae in loco *Impruneta* cui vulgo nomen factum. Haec enim Mariana aedes, civile et sacrum monumentum, vetustate, structura atque eximiis artis operibus praestans, Etruriae totius decus atque ornamentum habetur. Antiqua ibidem religione colitur, miraculis melita, Icon Beatae Mariae Virginis, a Sancto Luca Evangelista, uti fertur, depicta, cuius praesentem opem gravissimis temporibus saepe experti sunt Florentiae cives, qui eam Etruriae sospitam et compatronam urbis dixerunt, quamque ad exorandam et venerandam singulis annis turmatim peregre confluunt. Virginis ara, connata ex argento, gemmis renidet, et pretiosa quidem supellectile abundat ecclesia, Sanctorum reliquiis locupletata, quae a Romanis Pontificibus, Nostris Decessoribus, de thesauro Ecclesiae singularibus aucta est privilegiis atque indulgentiis. Addictus ecclesiae clerus sollicito studio divini cultus decori consulit, piaeque inibi sollemni pompa, uberrimoque cum spirituali fructu, supplicationes

celebrantur. Haec animo repetentes, cum dilectus filius Raphael canonicus Bianchini, eidem sanctuario praepositus, canonicorum, parochorum, plebisque fidelis fervida vota depromens, Nos enixis precibus rogaverit, ut enunciatam Marialem aedem ad nobiliorem titulum Basilicae minoris evehere dignemur, Nos precibus his, gravissimo commendationis officio roboratis Purpurati S. R. E. Principis Alfonsi Mistrangelo, Archiepiscopi Florentinorum, ultro libenterque annuendum existimavimus. Collatis itaque consiliis cum venerabili fratre Nostro Antonio S. B. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, ecclesiam Sanctae Mariae *alVImpruneta,* archidioecesis Florentinam intra limites positam, titulo ac dignitate Basilicae minoris condecoramus, illique privilegia et honorificentias tribuimus, quae minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt.

Porro haec statuimus, decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die xix mensis decembris anno MDCCCCXXIV Pontificatus Nostri tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

CERTI ASSIGNATUR FINES INTER VICARIATUM APOSTOLICUM DE GALLAS ET PRAEFECTURAM APOSTOLICAM DE KAFFA, IN AFRICA ORIENTALI.

PIUS PP. XI

' Ad futuram rei memoriam. — Apostolatus supremi officium Nobis divinitus commissum postulat ut in omnes christiani orbis regiones, vel longo terrarum marisque spatio dissitas, oculos mentis Nostrae convertamus et ad rei catholicae procurandum bonum atque incrementum, propriis commissas Pastoribus Ecclesias missionesque universas certis statisque finibus circumscribamus. Iamvero, cum inter Vicarium Apostolicum de Gallas et

Praefectum Apostolicum de Kaffa, in Africa orientali, quaestio exorta sit circa limites, qui praedictas fìnitimas missiones dividunt quique a gradu trigesimo octavo longitudinis orientalis Greenwich signantur, Nos, de hac controversia agentes cum W. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibus rei momentis sollicito atque attento studio perpensis, ad quaestionem penitus dirimendam nec non ad dissensus omnes in posterum praecavendos, haec, quae infra scripta sunt, decernimus et mandamus. Nimirum, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, edicimus ut inter missiones de quibus supra, vicariatum nempe apostolicum de Gallas et praefecturam apostolicam de Kaffa, in Africa orientali, sequentes limites sien t: nempe ad septemtrionem incipiens a loco, ubi flumen Guder in Nilum caeruleum se immittit, quaedam linea quae sequitur cursum ipsius fluminis Guder usque ad eius origines ad montem Rogghè, tangit deinde ipsum montem Rogghè et regionem Zarghè vulgo nuncupatam; sequitur deinde lineam perpendicularem rectam flumen Ghibè vel Omo ad confluentem fluminis Duma cursumque directum dicti fluminis Omo ad confluentem fluminis Derne ; deinde prosequitur quandam lineam transversalem inter regionem de Barodda, quae ad praefecturam apostolicam de Kaffa pertinet, et regionem de Walamo, quae vicariatui apostolico de Gallas assignatur; quae quidem linea transversalis, incipiens a loco ubi flumen Demè se immittit in flumen Omo, extremum litus septentrionale lacus Margarita tangit et ad centrum huius litoris gradum.3 8° longitudinis orientalis Greenwich assequitur; tandem, gradum 38° de quo supra sequens, ad 4° latitudinis gradum finem habet.

Haec volumus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum, amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ad definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xx mensis februarii anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARE,!, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD E,. D. HENRICUM GARRIGUET, SULPICIANAE SOCIETATIS MODERATOREM GENERALEM, QUINQUAGESIMUM SACERDOTII NATALEM CELEBRATORUM.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Id nuper fecit egregia tua humilitas, ut natalem sacerdotii tni quinquagesimum omnes quidem ipsique sodales ignorarent; sed aliunde re cognita, nunc Nobis affertur fore gratum tuis omnibus si Nosmetipsi, in hac eventus faustitate, communem laetitiam aliquo benignitatis signo cumulaverimus. Equidem id facimus libenter his Litteris; non solum ut iis filiorum optatis concedamus, sed etiam ut Nostram, tibi declaremus paternam voluntatem. Scimus enim quam praeclare te gesseris in pluribus obeundis muneribus, maximeque in Societate ista diu regenda; quam quidem eum in difficultatibus omne genus sapienter moderatus sis, atque ad statum pristinum post bellum omnium maximum restituens, méritos sane tamquam alter eiusdem instaurator ab omnibus haberis. Vehementer igitur de recte factis tecum Nos gratulamur ac felicissima quaeque tua causa a Puerulo Iesu cupimus. Verum, tam eximia utentes occasione, Societatem quoque tuam universam debita hic laude honestamus, quippe quae nullo non tempore bene de Ecclesia mereri solita est: siquidem, ubicumque Seminariis ea- praefuit, ibidem vera pietas florere consuevit. Itaque perge alacriter una cum tuis sodalibus, dilecte fili, sanctissimum Instituti istius propositum urgere; cumque Constitutiones sacrae ab Ecclesia, haud ita pridem approbatae sint, enitimini ut adolescens clerus, curis vestris concreditus, cotidie magis in amore succrescat Apostolicae huius Sedis, doctrina sana imbuatur, pietate in exemplum praecellat. In hanc rem, opportuna vobis auxilia enixe a Puerulo Iesu precamur; quorum in auspicium itemque in paternae caritatis Nostrae testimonium, Apostolicam benedictionem tibi, dilecte fifi, tuisque omnibus amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxvii mensis decembris anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

II

AD R. D. FRANCISCUM VERDLER, SUMMUM MODERATOREM SODALITATIS SACERDOTUM A MISSIONE, TERTIO PLENO SAECULO A CONDITA SODALITATE.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Quam Vincentius a Paulo, studio provehendae animarum salutis vehementissimo incensus, *pauperibus evangelizandis* condidit, ante annos trecentos, presbyterorum Congregationem, ea catholico nomini hac tanta diuturnitate temporis sic profuit, ut aequum consentaneumque putemus, saecularia sollemnia, quae in diem septimum decimum proximi mensis incident, et tibi et quibus praees sodalibus ex hisce Nostrae gratulationis Litteris iucundiora exsistere et christifidelibus omnibus memorabiliora. Cur enim gratias providentissimo Deo non agamus communiter, qui tam sanctum actuosumque Ecclesiae suae dederit sacrorum administrum et talem vobis Conditorem Patremque legiferum? Agrorum cultores, magnam tum partem neglectos, praetereaque homines vinculis mulcatos vel triremibus condemnatos, praedicatione divini verbi emendare atque omni consolari caritatis officio; in egenis alendis sospitandisque summa contentione elaborare; doctrinam gratiamque Christi impertire infidelibus; clericos laicosque, per spiritualem recessum commentationibus rerum, aeternarum excolendos, hospitio accipere; Seminaria dioecesana, paroecias, Sanctuaria regunda ac procuranda assumere: eiusmodi quidem munia Parens vester et obivit ipsemet, quantum sibi licuit, et vobis, ex instituto peculiari ac proprio, ad obeundum attribuit. Testis autem historia est, Vincentio auctore atque actore, quoad vixit, sodales vestros Galliae omnis provincias ad sacras expeditiones in populo, praesertim rustico et agresti, habendas continenter peragrasse, et non modo in. hac Alma Urbe et Genuae et Augustae Taurinorum domos aperuisse, sed etiam in Poloniam, Hiberniam, Scotiam et vel in Barbariam, quam vocabant, in insulamque Madagascariam traiecisse. Postquam vero sanctissimus vir, extrema aetate, in caelestem patriam vocatus est, adeo Congregatio percrebrescere proferendaeque fidei ardore flagrare perrexit, ut vicariatus apostolicos geratis in praesenti quindecim, clericorum Seminaria centum moderemini, et nulla fere orbis terrarum pars sit, ubi, domiciliun collocando, vestrae industriae atque actionis quoddam quasi theatrum non constituentis. Forent profecto alia plurima, praeter ista quae delibavimus, Nobis in honorem Sodalitatis a Missione commemoranda; at unum quidem silentio praeterire non possumus, idest non paucos ex Vincentianis missio-

nalibus apostolatus munus, quod vigiliis, laboribus et omne genus aerumnis exsecuti essent, sui demum effusione sanguinis confecisse ac veluti obsignasse. Duobus ex iis, Ioanni Gabrieli Perboyre et Francisco Regis Clet, beatorum caelitum honores decretos esse, nemo ignorat; aliis ut decernere queat, Apostolica Sedes omnia ordine aut iam inquirit aut est brevi, si Deo placuerit, inquisitura. Nec minorem Congregationi vestrae peperere gloriam cum Iustinus de Iacobis, qui in Aethiopia ad catholicam fidem traducenda ita desudavit quam qui maxime, tum Felix de Andreis, qui Missionem - ut contracta loquendi ratione dicere consuevistis - primus in Foederatas Americae Civitates invexit atque mirificos ex cotidiana operosi apostolatus exercitatione fructus percepit. Tibi igitur, dilecte fili, gratulamur, quod Sodalitas ista tot laudum copia, ut antehac floruit, sic hodie commendetur, et, trium saeculorum spatium Deo dante emensa, nec a nativo spiritu desciverit nec ullis in quaerenda hominum salute laboribus pepercerit; cupimusque omnibus Congregationis alumnis, ut ex hac ter saecularis eventi faustitate sumant animos ad ea, quae in Altissimi gloriam inque animarum bonum adhuc egerunt, et confirmanda stabilius et uberius multiplicanda. Omini interea votoque huic Nostro sua Dominus Iesus gratia faveat atque obsecundet: cuius quidem auspicem paternaeque voluntatis Nostrae testem, tibi, dilecte fili, universisque a Missione presbyteris apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die iv mensis martii anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

i

MONITO

La Suprema Sacra Congregazione del Santo Officio, a cui spetta la tutela della fede, crede necessario richiamare l'attenzione dei fedeli sopra il disposto del canone 1399, n. .1, del Codice di diritto canonico, secondo il quale le versioni, in qualunque lingua, della Sacra Scrittura, fatte o edite dagli acattolici, sono proibite *ipso iure.* Sotto tale sanzione pertanto cadono certamente le versioni italiane della Bibbia di Giovanni Luzzi, pastore valdese, che si vanno disseminando anche tra i cattolici; le quali, oltre esser infette dei soliti pregiudizi protestantici e razionalistici, tendono evidentemente ad insinuare la massima ereticale che le diverse comunioni cristiane, benché separate tra loro e dalla Sede Apostolica Bomana, devono considerarsi di pari diritto come altrettanti rami dell'unica vera Chiesa di N. S. Gesù Cristo.

II

COMUNICATO

Si rende noto che il sac. Emilio Boccardo, originario dell'arehidiocesi di Genova (già religioso nell'Ordine dei Minori sotto il nome di P. Anacleto), secondo il disposto del can. 985, n. 7, ha contratta la irregolarità *ex delicto,* ed è, conseguentemente, sospeso dall'esercizio del sacro ministero.

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

DECRETUM

PRO SOLEMNI CANONIZATIONE BEATORUM IOANNIS BAPTISTAE MARIAE VIANNEY, PETRI CANISII, IOANNIS EUDES, MARIAE MAGDALENAE POSTEL, MAGDALENAE SOPHIAE BARAT AC THERESIAE AB INFANTE IESU.

Omnibus feliciter expletis, quae, iuxta sacros canones, praemitti praescripta sunt, ut beati Servi Dei Ioannes Baptista Maria Vianney, Petrus Canisius, Ioannes Eudes, Maria Magdalena Postel, Magdalena Sophia Barat, Theresia ab Infante Iesu, in Sanctorum albo recenseantur; Ssmus Dominus Noster Pius Pp. XI, die xxn aprilis p. f., Consistorium fieri decrevit, in quo sententiam Episcoporum in re tanti momenti exquirat, antequam ad solemnem Canonizationem procedat. Et ad hunc finem praescribit ut omnes Antistites, qui sunt intra centesimum ab Urbe lapidem, si possint, Romam tempestive petant, praefato Consistorio intersint, votum suum edituri, et solemni eidem Canonizationi adsistant. Remotiores vero de hac tam iucunda et extraordinaria solemnitate certiores reddit, laetus quidem si non desint et alii qui valeant romanum iter suscipere et tantae festivitati interesse. Ne autem frequentibus ad Urbem itineribus nimium graventur Episcopi, Sanctitas Sua benigne indulget ut, qui hac occasione Romam advenerint et memoratis solemniis interfuerint, eximantur ab obligatione visitandi sacra Limina prima proxima vice.

Datum Romae, ex aedibus Secretariae sacrae Congregationis Consistorialis, die 30 martii 1925.

£8 C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

f Er. Raphael C,-Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

II

CONCORDIENSIS ET CENETENSIS

DISMEMBRATIONIS ET AGGREGATIONIS

DECRETUM

Quum fideles loci vulgo *Riviera Antonio Scarpa,* ad paroeciam *Lorenzaga,* Concordiensis dioecesis, pertinentes, expostulassent, ut viciniori paroeciae *Motta di Livenza,* Cenetensis dioecesis, aggregarentur, Ssmus Dominus Koster Pius PP. XI bonum iustumque censuit oblatis precibus obsecundare.

Igitur, per hoc consistoriale decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expedirentur, auditis Ordinariis et Capitulis cathedralibus utriusque dioecesis, suppleto etiam quorum interest, vel qui sua interesse praesumant, consensu, idem Ssmus Dominus Noster locum et fideles vici *Riviera Antonio Scarpa* e paroecia vulgo *Lorenzaga,* Concordiensis dioecesis, distrahit et separat, et paroeciae fimtimae vulgo *Motta di Livenza,* Cenetensis dioecesis, unit et aggregat, mutatis hac de causa finibus utriusque dioecesis et duarum paroeciarum. Iussit insuper a parocho loci *Motta di Livenza* alteri parocho dari compensationem tantummodo manualem biscentum libellarum singulis annis durante munere praesentis investiti paroeciae loci *Lorenzaga,* in posterum vero dato ab eodem quotannis cereo trium libellarum, in memoriam peractae dismembrationis.

Ad haec omnia autem exsecutioni mandanda, idem SSmus Dominus deputare dignatus est R. P. D. Eugenium Beccegato, Episcopum Cenetensem, cum facultatibus necessariis et opportunis, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, itemque pronuntianda super quavis oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura: iniuncta eidem obligatione intra sex menses, a subsignata die computandos, transmittendi ad hanc Sacram Congregationem authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 10 ianuarii 1925.

£8 C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. ÏB S.

f Fr. Raphael C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

III

LIMBITRGEN.-MOGÜNTIN.

DE FINIUM DIOECESIUM COMMUTATIONE

DECRETUM

Episcopus Limburgensis supplices porrexit preces, ut duo vici suae dioecesis, *Dortelweil* et *Niedererlenbaeli,* quum a propria ecclesia paroeciali valde distent, finitimae dioecesi Moguntinae incorporarentur. Quibus perpensis, SSmus Dnus Noster Pius PP. XI precibus annuendum censuit; ac propterea hoc Consistoriali decreto statuit, ut memorati vici *Dortelweil* et *Niedererlenbaeli* a dioecesi Limburgensi avellantur atque dioecesi Moguntinae, tam in spiritualibus quam in temporalibus, perpetuo attribuantur.

Ad praemissa exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputare dignatus est R. P. D. Eugenium Pacelli, Archiepiscopum tit. Sardian. et Nuntium Apostolicum in Germania, eidem tribuens omnes facultates ad id necessarias, etiam subdelegandi quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; facto onere mittendi ad S. C. Consistorialem, intra sex menses, authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 6 martii 1925.

£g C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. & S.

f Er. Raphaël C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor**

IV

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

16 ianuarii 1925. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Odessensi praefecit R. P. D. Gabrielem de Llobet, hactenus Episcopum Vapincensem, quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Casparis Andreae Latty, Archiepiscopi Avenionensis.

9 februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Irenopolitanae, R. P. D. Alfridum Iulium Mélisson, hactenus Episcopum Blesensem.

3 martii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Areopolitanae, R. D. Angelum Roncalli, Antistitem Urbanum.

6 martii 1925. — Titulari episcopali Ecclesiae Messenensi, R. D. Electorem Lodi, Antistitem Urbanum, Canonicum metropolitanae ecclesiae Bononiensis, quem constituit Auxiliarem Emi P. D. Ioannis Baptistae S. R. E. Card. Nasalli-Rocca, Archiepiscopi Bononiensis.

V

NOMINATIONES

Praeterea, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, Ssmus Dnus Noster, renunciare dignatus est:

6 martii 1925. — Ordinarium Castrensem in Italia, R. D. Camillum Panizzardi, Procuratorem Generalem Piae Societatis a S. Iosepho.

30 martii 1925. — Praelatum pro Italis ad externa emigrantibus R. D. Rochum Beltrami, Rectorem Pont. Collegii Sacerdotum Italis peregre adiuvandis.

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES

Brevibus Apostolicis nominati sunt :

13 februarii 1925. — *Vicarius Apostolicus vicariatus a Litore Aureo in Africa occidentali:* R. P. Ernestus Hauger, e Societate Lugdunensi Missionum ad Afros, Episcopum titularem Clazomenensem.

—- *Vicarius Apostolicus de ChungJcing in Sinis:* R. P. Aloisium Gabrielem Xaverium Jantzen, e Societate Parisiensi pro Missionibus Exteris, episcopum ' titularem Tremithuntinum.

Item successivis decretis Sacra Congregatio de Propaganda Fide renunciavit ad suum beneplacitum:

1 novembris 1924. — *Praefectum Apostolicum de Hanyang,* R. P. Edoardum Galvin, Societatis Hibernensis a Sancto Columbano.

4 martii 1925. — *Praefectum Apostolicum de Sinu,* R. P. Marcellinum Lardizábal Aguirrebengoa e Seminario Burgensi pro missionibus.

18 martii. — *Praefectum Apostolicum de Tsingtao,* R. P. Georgium Weig, e Societate Verbi Divini, de Steyl.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

ROMANA SEU PARISIEN.

CANONIZATIONIS BEATAE MAGDALENAE SOPHIAE BARAT FUNDATRICIS SOCIETATIS SORORUM A SACRO CORDE IESU.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam ab Apostolica Sede eidem Beatae venerationem, tuto procedi possit ad solemnem ipsius Canonizationem?

Anno millesimo septingentésimo septuagesimo septimo, decembri mense, die mensis decima tertia, sanctae Virgini et Martyri Luciae sacra, *Joigny,* quae non magna quidem est Burgundiae urbs, sed aeris et amoenitate caeli regionisque circumstantis feracitate festiva valde atque spectabilis, ortum suum duxit Beata Magdalena Sophia Barat; eique mortalem hanc vitam primum ingredienti aliquid peculiare occurrit, quod haud est silentio praetereundum. Eadem quippe nocte, qua ipsa huius lucis usuram accepit, pars natalis urbis *Joigny* incendio est absumpta, quod tamen parum abfuit, quin ad continentem sese propagaret domum, quam incolebant Magdalenae Sophiae parentes et cognati; iique propterea summo perculsi fuerunt pavore maximeque mater, quae in eo erat, ut suam ederet filiolam, quae deinceps, cum puerascebat, de suimet nativitate interrogata, candide non minus quam festive reponere solebat, ex igne se prodiisse. Nec aberat fides verbis; plusquam enim ferret Burgundiae teUus et plusquam pateretur mulieris conditio, promptum nimis, alacre atque versatile Magdalena Sophia sortita fuerat ingenium. Sed quas adeo vividas atque férvidas nascendo illa contraxerat inclinationes, magistro usa pietatis et doctrinae severissimo, germano fratre suo, atque divina opitulante gratia, mature compescere atque ad bonum traducere magno, constanti infractoque animo adlaboravit et evicit Magdalena Sophia ita nempe, ut eaedem naturales propensiones conversae postea fuerint in apta atque idonea instrumenta, quorum ope diu cogitatum consilium in rem deducere valuit. Tempori quippe magnopere opportunam sacrarum Virginum condidit Congregationem, quae sanae rectaeque puellarum institutioni prospiceret pia-

neque incumberet, eamque, a mortali hac statione octogenaria maior discedens, reliquit generosae suae virtutis et apostolici zeli heredem, quemadmodum insigni apertoque documento exstant et Congregationis ipsius per medias angustias et omne genus rerum asperitates ad remotissimas usque catholici orbis plagas iugis et mira diffusio et propagatio, et celeres undique conspicui et uberes percepti fructus, et benemerentissimae eiusdem Conditricis variis editis de caelo signis ac prodigiis confirmata, opera atque sanctitas.

Ad haec respexisse visus est Tolosanus archiepiscopus suis in litteris, quas ad Romanum Pontificem dandas sui muneris esse duxit pro impetranda introductione causae Beatificationis Ancillae Dei Magdalenae Sophiae Barat; scripserat namque ille: *Si quid honoris, si quid virtutis et pietatis superest apud nos, iis totum feminis debetur, quae, maiorum nostrorum causam probe noscentes, in id totae incubuere, ut puellae, christianis moribus instructae, in fide firmae et stabiles radicarentur et fundarentur. Sed iis omnibus feminis praestare videtur Serva Dei Magdalena Sophia Barat, Congregationis Sororum a Sacro Corde Iesu nuncupatarum Institutrix, ex qua tam multa bona in rempublicam tum civilem tum catholicam dimanarunt; nam, si a fructibus dignoscitur arbor, non dubito quin illam primam omnium ponam. Huic enim, humili loco natae, opibus destitutae, contigit, ut grande hoc opus, quod aliae potentia, nobilitate et divitiis praestantes vix tentatum reliquerunt, consummaret.... Quis enim talibus auxiliis tempus hoc nostrum indigere non intelligat, quum undique, diabolo suadente, erigantur cathedrae pestilentiae, ex quibus fallaces doctrinae pueris et puellis venenato póculo hauriendae propinanturf (Summar. sup. Introduci. Caus.,* pagg. 13-14). Quae igitur humiles iterataeque porrectae fuerant, exceptae benigne fuerunt exauditaeque preces, ipsamque introductionis causae Beatificationis, uti vocant, Commissionem verendo suae manus autographo signavit fel. rec. Summus Pontifex Leo Papa XIII, qui, dum apostolica apud Belgas legatione fungebatur, de facie noverat Magdalenam Sophiam, eiusque ornamenta virtutum fuerat admiratus, prouti, quum postea Perusinam administrant ecclesiam, scripto testimonio, augustissimis hisce professus fuit verbis: *Saepius mihi, dum Belgica legatione fungebar, occasio se dedit, ut cum religiosissima Antistita, pro re nata et tempore, sermones atque colloquia conferrem. Miratus sum enimvero ornamenta illa et beneficia, quae in ea Deus congesserat, virtutesque, quibus ad exemplum praedita erat, praesertim vero consilium prudentiamque in agendo, mansuetudinem morumque suavitatem cum gravitate coniunctam, in custodienda disciplina severitatem, et animum christianae fidei propagandae cupidissimum, ac mire studiosum divinae gloriae salutisque communis* (Ibid.).

Tam laetus itaque inita auspiciis causa Beatificationis Ancillae Dei Magdalenae Sophiae Barat, quo tendebat, celeri potius secundoque actorum cursu, pervenit. Mox autem iterum se committens itineri Causa, supremam adquisitura sibi itineris ipsius metam, id quoque, non longo annorum spatio, fauste feliciterque est pariter consequuta; cuncta namque rite servata esse constat, quae rite servanda e praescripto erant iuris pro maximis assequendis apud homines in Ecclesia militanti honoribus Sanctorum, sicut ostendit aperteque significat haec, quae scite sapienterque constituti iudicialis ordinis postrema est actio. In generalibus siquidem sacri huius Ordinis comitiis, quae, die vigesima superioris mensis ianuarii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, celebrata sunt, proposito per Reverendissimum Cardinalem Caietanum Bisleti, causae Relatorem, Dubio: *An, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam ab Apostolica Sede Beatae Magdalenae Sophiae Barat venerationem, tuto procedi possit ad solemnem ipsius Canonizationemf* quotquot aderant tum Reverendissimi Cardinales tum Patres Consultores: *tuto procedi posse,* unanimi omnes responderunt suffragatione. Verumtamen Sanctissimus Dominus noster, quum summi momenti res in deliberatione versaretur, supremam Suam sententiam Sibi de more prorogandam duxit, ut fervidis f oederatisque interea precibus ad caelestem opem efflagitandam suppeteret spatium. Quumque mentem Suam patefacere postmodum statuisset, hodiernam designavit Dominicam in Septuagésima; ideoque, Divina Hostia ferventer oblata, ad Vaticanas Aedes arcessiri voluit Reverendissimus Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, et Caietanum Bisleti, causae Relatorem, una eum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter edixit: *tuto procedi posse ad solemnem Beatae Magdalenae Sophiae Barat Canonizationem.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri, in acta sacrae rituum Congregationis referri, Litterasque Apostolicas sub Plumbo de Canonizationis solemnibus, quandocumque Sanctissimo Domino nostro placuerit, in Basilica Vaticana celebrandis, expediri iussit, sexto idus februarias anno MDCCCCXXV.

I$j A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae.

S. B. C. Praefectus.

L. S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

BAIOOEIN.

CANONIZATIONIS BEATI IOANNIS EUDES, MISSIONARII APOSTOLICI ET INSTITUTORIS CONGREGATIONIS IESU ET MARIAE NEC NON ORDINIS BEATAE MARIAE VIRGINIS A CARITATE.

SUPER DUBIO.

An, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam ab Apostolica Sede eidem Beato venerationem, tuto procedi possit ad solemnem ipsius Canonizationem?

Quantum in hac venerabilis tunc Servi Dei Ioannis Eudes Beatificartionis causa esset difficultatis ac laboris, cognitum est, cum praesertim super heroicis eiusdem Famuli Dei virtutibus disceptatio, maiore viginti annorum iam praeterlapso spatio, suum apud sacram hanc Congregationem sumpsit exordium. Quum enim de antiqua ageretur Causa deque Viro, qui, dum vixit, acérrimos nactus fuerat contradictores, non difficile sane fuit satis amplam et specie saltem formidolosam praefato ex capite promere et parare obiiciendi materiem, ideo adeo diuturnam, bis nempe fere saecularem, interiectam esse moram primis ordinaria actoritate ineundis et exornandis inquisitionibus, ut interim e medio tollerentur qui Dei Famulo fuerant adversati; sicque inquirendae ac detegendae veritati praecelsum quodammodo fuisse aditum.

Quae hisce, cum primum fuerunt opposita, nativa inerat vis, eam non satis percepisse visi sunt actores; sed, quum eaedem maiore quidem conatu iteratae fuerint animadversiones, hae secum illud attulerunt commodi, ut mirum in modum excitaverint acumen et sollertiam eorumdem actorum, qui proinde sibi Causaeque suae, pro re nata, prospectari, toti fuerunt in exquirendis undique et colligendis documentis. Quumque sedulo naviterque Vaticanum in primis pervestigassent tabularium atque illud sacrae Congregationis Fidei propagandae praepositae, fauste feliciterque, quod propositum suum erat, brevi sunt assequuti; uberi namque summique pretii aequalium documentorum segete petita est Causa, quorum ope, eiusdem Patronus, cl. me. Achilles Martini, quem mors sustulit immatura, nedum e scopulis, in quos Causa impegerat, eripuit, sed evicit etiam, ut, quo ipsa fiorebat, integer sibi constaret honos, utque, quibus intus ditescebat, plenam in lucem educerentur praestantia atque dignitas.

Equidem, ex utroque tabulario erutis, de quibus est sermo, documentis, eisque iudicialibus actis legitime adnexis, manifesta facta est insectationum origo, quibus impetitus fuit Servus Dei, et eiusdem opera dicteriis calurnniisque lacessita. Eum quippe capitali prosequebantur odio Iansenistae, qui ferre nequaquam poterant tam insignia, quae ex universa Servi Dei vita, ex eiusdem gestis maximeque ex utraque benemerentissima condita ab eo Sodalitate in Ecclesiam Dei et in christianum populum copiose manabant et manare pergunt benefacta; eaque inter zelus eminebat, quo motus incensusque Ioannes Eudes magnopere adlaboraverat, ut omnium primus, adversus infidos, versutos maximosque Iansenistarum conatus, liturgicum Sacrorum Cordium Iesu et Mariae induceret et prolataret cultum, eiusdemque zeli heredes post se reliquerat bina ab ipso erecta Sodalitia. Ita, novo, quod accesserat, validoque communita praesidio, ex angustiis, in quibus versabatur, emersit Causa, quodque subeundum sibi fuerat, adivit tantoque cum successu superavit periculum, ut digna habita fuerit, quae singulari honestaretur praeconio fel. rec. Leonis Papae XIII; in dimittendo enim generali Coetu, qui pro heroicis discutiendis Servi Dei virtutibus fuerat coactus, laudatus Summus Pontifex augustissima haec protulit verba: *Cum agitur de Ioanne Eudes, agitur de praeelarissimo Viro, gui non solum vitae sanctimonia ad exemplum eluxit, verum etiam solerti animarum salutis studio, et praesertim per /Sodalitatem ab eo institutam, late hominibus et ad perennitatem profuit. Admodum ergo cupimus, ut super virtutum excellentia tum huius Ven. Famuli Dei, tum Ven. Iuliae Billiart, de qua in postremo conventu egimus, decretoriam dicere sententiam Nobis quam primum liceat. Eo vel magis quod utriusque parens est Gallia; Gallia, inquimus, quam turbolentissima modo tempestas divexat, spem inde bonam novi apud Deum patrocinii sibi oblatam sentiet.*

Generosae autem et heroicae virtutis adeo praeclara, quae venerabilis Ioannes adquisivit sibi cumulavitque, merita rata habere et confirmare dignatus est Deus miraculorum testimonio; ideoque, praecedentibus meritis et subsequentibus signis, utrisque ad invicem se contestantibus, mutuamque sibi afferentibus lucem, duo illa, quae necessario requiruntur, habita sunt in promptu, quaeque idcirco *substantialia* solent compellari, quorum vi, venerabilis Servi Dei Ioannis Eudes f ormalis obtenta est Beatificatio. Huius vero Beatificationis in patriarchali Basilica Vaticana celebratis solemnibus, haud ita multo post, nova supervenisse ferebantur miracula, quorum e numero binae selectae sunt sanationes, quas veri prodigii prae se ferre notas non ita pridem evulgatum apostolicum sanxit Decretum; eapropter totum pariter, quo erat opus, adepta est Causa, ut supremum conscenderet Canonizationis fastigium.

Onrnibiis itaque praemissis praernittendis et probatis probandis, et maiore, quae adhiberi potuit, humana adhibita diligentia, ad integram efficiendam actorum seriem, hoc unum, iuxta sacri huius Fori statuta, supererai inquirendum, utrum videlicet, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam ab Apostolica Sede Beato Ioanni Eudes venerationem, tuto procedi posset ad solemnem ipsius Canonizationem; idque quum Reverendissimus Cardinalis Ludovicus Billot, causae Relator, praestitisset in generalibus sacri huius Ordinis comitiis, quae, die tertia huius mensis martii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI celebrata sunt, omnes qui aderant tum Reverendissimi Cardinales tum Patres Consultores: *tuto procedi posse,* latis suffragiis, responderunt. Verumtamen tam grave iudicium suprema claudere sententia Sua distulit Sanctissimus Dominus noster, ut interim, effusis precibus, in tanta re definienda maiora Sibi a Patre luminum auxilia compararet.

Hodierna vero auspicatissima die, qua sancti Patriarchae Ioseph, incliti Beatae Mariae Virginis Sponsi Ecclesiaeque Patroni percolitur festum, pacis Hostia f erventer oblata, ad Vaticanas Aedes advocari voluit Reverendissimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, et Ludovicum Billot, causae Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, rite decrevit: *Tuto procedi posse ad solemnem Beati Ioannis Eudes Canonizationem.*

Hoc Decretum, in vulgus edi, in acta sacrae rituum Congregationis referri Litterasque Apostolicas sub Plumbo de Canonizationis solemnibus, quandocumque Sanctissimo Domino nostro placuerit, in Basilica Vaticana celebrandis, expediri iussit decimo quarto calendas apriles anno MDCCCCXXV.

£g A. CAED. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. B. C. Praefectus.

L. œ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

III

BAIOCEK SEU LEXOVIEK

CANONIZATIONIS BEATAE THERESIAE AB INFANTE IESU, VIRGINIS, MONIALIS PROFESSAE ORDINIS CARMELITARUM EXCALCE AT ORUM IN MONASTERIO LEXOVIENSI.

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis, post indultam ab Apostolica Sede eidem Beatae venerationem, constet in casu, et ad effectum, de quo agitur?

Pro impetrandas supremis Sanctorum honoribus Beatae Theresiae ab Infante Iesu, bina facta tamquam prodigiosa, quot nempe, pro iuridica Causae conditione, afferri probarique necesse erat, ad cognoscendum proponere sollertes actuosique curarunt actores. E duobus vero factis, quod, ordine propositionis, primum est, quodque de sorore agit Gabriela Trimusi, eiusdem sororis Gabrielae sanationem a duobus enuntiat morbis, atque adeo duo continere miracula arbitratus fuit Patronus; idque ut suaderet, ingeniose adnisus fuit, hominem veluti ante oculos ponere, qui, ruens ex alto, comminuta retulerit ossa in variis corporis partibus, puta in capite et in crure. Unde, quemadmodum in duabus illis, quae ex hominis prolapsu in eiusdem capite et in crure progenitae fuerant, organicis laesionibus duos distinctos et separatos videre est atque discernere morbos, ita in prodigiosa horum duorum morborum expulsione bina agnoscenda esse miracula idem obtendit Patronus.

Bes in controversiam vocata, neque pronos neque faciles nacta est sacrae huius Congregationis Disceptatores, duplici praesertim ex capite: quippe eiusmodi quaestio consulto dataque opera expensa non fuerat a Viris in arte peritis, ab hoc sacro Ordine adlectis; et quia nulli eiusdem plane generis in medium prolati fuerant casus, e sacrae huius Congregationis praxi petiti, iique neque solummodo propositi disceptationique subiecti, sed solemnem quoque Apostolicae Sedis adepti confirmationem; ideoque eisdem visum est Disceptatoribus necessarium praesto non esse praesidium, quo freti et communiti possent, pro consultivo suo ferendo suffragio, certam ac tutam capere iudicii deliberationem. Quapropter, etsi suo non carerent pondere atque momento quae argute, pro dexteritate et peritia, quibus praestat, hoc de loco semel, bis ac tertio disceptaverat Defensor, nihilominus, si eorum vi et potestate, quod suum propositum erat assequi ille nequivit, omni certe vacua non fuerunt fructu eiusdem .situ-

dium et labor; quando quidem illuc eadem saltem spectarent, ut huiusce sanationis, de qua est sermo, praeternaturalis magis enitesceret qualitas eiusque adaugeretur splendor.

Kochiani equidem bacilli, mfensissimi ut sunt hostes, apud sinistram sororis Gabrielae genu castra prius metati sunt; eisque non contenti, quae inibi fuerant operati et operari postea perrexerañt, ad alteram, eamque satis praecipuam totius humani corporis partem, ad dorsualem nempe spinano, transmigrarunt, ubi inditae perniciosaeque suae virtutis maiora quoque patrarunt facinora ita nempe, ut utrobique organicam gravissimamque pepererint et statuerint laesionem, quam in genu *arthrosinovitem chronicam* vocant, et in dorsuali spina *spondilitem chronicam* dicunt. Utraque autem haec organica laesio, quae tempori, cunctisque, quae excogitata, adhibita et applicita fuerant, rebellis usque restiterat remediis, iugiterque sese perhibuerat probaveratque indomitam, cedere tamen debuit; et, ut necesse prorsus erat, cessit reapse divinae Omnipotentiae. Deus namque, apud quem deprecatrix interposita fuerat Beata Theresia ab Infante Iesu, utrique imperavit laesioni, quae, ut suum erat, praecipienti Deo, paruit illico; momento quippe temporis soror Gabriela pristinam recuperavit sanitatem utriusque, prout inquiunt, *organi,* quod illuc usque perseveraverat tam graviter esse laesum, eiusdemque plenum perfectumque iterum adepta fuit usum.

Hisce gemina sunt, quae locum sibi vindicant in altera Mariae Pellemans sanatione; praefata enim mulier a tuberculosi, qua in pulmonibus et in intestinis miserrime divexabatur, post praesentissimum exoratum Beatae Theresiae ab Infante Iesu patrocinium super eiusdem Beatae sepulcrum, ad quod devota mulier fuerat peregrinata, subito perfecteque evasit immunis planeque facta est sospes.

Non multis itaque opus fuit, ut in hisce duabus sanationibus in tuto posita esset miraculi veritas, quae immo inusitato quodam coruscare visa est splendore ob peculiaria quaedam adiuncta, quibus eaedem binae praeditae sunt sanationes. Factum propterea est, ut perfacili sane expeditaque ratione instituta processerit quaestio, quae idcirco tribus de more disceptationibus perfici absolvique potuit; binis enim, quae praecesserant, antepraeparatoriae et praeparatoriae, Congregationibus, generalis successit Congregatio, quae, die decima septima huius currentis mensis martii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacta fuit. In qua a Reverendissimo Cardinali Antonio Vico, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est Dubium: *An, et de quibus miraculis, post indultam ab Apo* stolica /Sede Beatae Theresiae ab Infante Iesu venerationem, constet in casu et ad effectum, de quo agitur?* Reverendissimi Cardinales et Patres Consul-

tores sua quisque ex ordine protulerunt suffragia, quae Sanctissimus. Dominus noster intento laetoque persequutus fuit animo, sed ab aperienda mente Sua supersedit, ratus exorari Deum oportere ante edendum supremum in re tam gravi iudicium. Quod quidem quum patefacere postmodum statuisset, hodiernam designavit diem, qua, sancto gaudio perfusa, universa laetatur Ecclesia, ob festum sancti Patriarchae Ioseph, Ecclesiae universae Patroni; ideoque, devotissime oblata propitiationis Hostia, ad Vaticanas Aedes arcessiri iussit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Constare de utroque proposito miraculo;* de primo nempe *instantaneae perfectaeque sanationis sororis Gabrielae Trimusi a chronica arthrosinovite sinistri genu, simulque a chronica spondilite infimae spinae dorsualis, utraque naturae tubercularis;* deque altero *instantaneae perfectaeque sanationis Mariae Pellemans a chronica pulmonum atque intestinorum tuberculosi.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta sacrae rituum Congregationis referri mandavit decimo quarto calendas Apriles anno MDCCCCXXV.

£g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. $ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

IV

ROMANA SEU MAOERATEN. ET TOLENTINEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI VINCENTII MARIAE STRAMBI, E CONGREGATIONE CLERICORUM EXCALCEATORUM SS.MAE CRUCIS ET PASSIONIS D. N. I. C, EPISCOPI OLIM MACERATENSIS ET TOLENTINATIS.

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?

Laudabili sane diligentia perspicuamque in respondendo sequutus methodum Patronus praenobilem hanc, quam agit, obtinuit Causam; quandoquidem quod probandum assumpserat file, probavit reapse; nimirum has binas, quae, deprecatore apud Deum adhibito fideli Eiusdem fa-

mulo, venerabili Vincentio Maria Strambi, patratae fuerunt, sanationes veri nominis prodigio esse adsignandas. Iis namque, quae- iudicialibus consignata erant tabulis innixus et suffultus, maximoque auxilio adiutus, atque medicae et chirurgicae scientiae lumine illustratus, quae afferre et admovere, prout suum erat, iudiciales sategerunt periti, non difficile eidem fuit Patrono cunctis, quibus opus erat, sive iuris sive facti, potiri elementis. Quemadmodum enim ex effectibus in propriae causae cognitionem quis adducitur, ita e complexione phaenomenorum, quae in aegroto puerulo Petro Salani, de quo primo loco agitur, animadversa fuerunt, quaeque ab oculatis relata sunt testibus, ad morbi causam, unde eadem promanarunt phaenomena, adsurgere licuit, eamque, iuxta salutaris artis Praeceptores, in dyphterico morbo invenire atque statuere. Dyphtericus autem iste morbus, specifico opportunoque non adhibito remedio, maléficas suas exserere et explicare potuit vires, eisque pervadere et inficere corpus pueruli, qui propterea in gravissimum vitae discrimen fuit redactus, eumque iam moriturum reliquerat a curatione medicus.

Inter haec, mulier quaedam, nomine Maria Brancoli, quae praefati venerabilis Servi Dei Vincentii Mariae Strambi reliquiam, eiusdem nempe vestis frustulum, religiose custodiebat, magnaque in eum ferebatur devotione, reliquiam ipsam pueruli gutturi, ubi acerbius desaeviebat morbus, applicuit. Et ecce, ex impendentis mortis faucibus veluti ereptus, ad sanitatem reversus est puerulus, quaeque illuc usque perseveraverant, atque extremum minitata fuerant exitium, repente morbosa evanuerunt phaenomena; cecidit quippe abiitque febris; collum, guttur, oculi, facies, quae tumescebant inflatione, detumuerunt; quem omnem fere amiserant motum, resumpserunt brachia, cunctisque inspicientibus et admirantibus hilarem vultu atque festivum se puerulus exhibuit.

Iamvero, quum dyphtericus morbus et ipse organicus sit, et organicas quoque in aegrotante puerulo quum pepererit laesiones, tam laetus tamque insperatus qui, ceu nuper descriptus est, insequutus fuit eventus, viribus naturae contingere non potuisset unquam; tardo siquidem et patienti gressu operantur naturae vires. Forsitan quae longa annorum serie molita fuerat natura, momentum temporis evertit ac destruit; numquam vero quae disiecta et eversa fuerant, repente atque ex integro instauravit natura. Quod sane secum ipsi reputantes testes, in pueruli Petri Salani sanatione et viderunt et agnoverunt miraculum, eosque quin vel minime fallerentur opinione sua, perspectam immo intuitos esse veritatem, eamque debito prosequutus fuisse obsequio, pro experientia atque doctrina, quibus tantopere praestant, e proposito docuerunt planeque ostenderunt aeque tres, qui ex officio, acciti fuerant periti.

Firmior etiam atque clarior emersit miraculi probatio ad alteram quod spectat puellae Theresiae Rafanelli sanationem, quae, licet, ordine propositionis, posterior sit, ratione tamen aetatis prior est atque senior; sequuta quippe fuit abhinc plenum circiter iam revolutum saeculum, anno videlicet millesimo octingentesimo vigesimo nono, quinquennio vix elapso a pretioso venerabilis Famuli Dei obitu. Mhilominus Apostolicae inquisitionis tempore adhuc in vivis erant, iique in ius vocati, auditi perpensique sunt de visu testes, eosque inter sanata Theresia Eafanelli, quae interim adoleverat longeque praetergressa pubertatem erat, a curatione medi cn s et alter, qui ad consultationem fuerat adscitus, aliique, qui, dum Theresia detenta infirmitate fuit, eiusdem adstiterant lateri; ideoque ex hoc vetustatis capite quin aliquid detrimenti collectae caperent probationes, eaedem immo omnibus et singulis a iure requisitis praeditae instructaeque repertae sunt conditionibus. Quodque insuper maius est atque praestantius, iudicium, quod circa praeternaturalem eiusdem sanationis characterem, suo tempore, ambo protulerant a curatione medici, idem profecto est atque illud, quod hodierni ab hac sacra Congregatione adlecti, unanimes pronuntiarunt periti Viri. Neque secus esse poterat; tam cito enim tamque perfecte ab organico morbo et ab organicis externisque, quas morbus produxerat, laesionibus, post exoratum venerabilis Famuli Dei Vincentii Mariae Strambi patrocinium, subsequuta est sanatio, ut eam divinum esse opus patuerit manifesto.

Ita, post heroicas sancitas et declaratas, solemni Apostolicae Sedis iudicio, exercitas a venerabili Servo Dei Vincentio Maria Strambi christianas virtutes, quod desiderabatur, suprema eiusdem Apostolicae Sedis auctoritate comprobatum, divinum accessit miraculorum testimonium. Quae namque in binis praehabitis Congregationibus, antepraeparatoria et praeparatoria, instituta et iterata fuerat quaestio, ad optatum perducta est exitum in Congregatione generali, quae, die tertia huius currentis mensis martii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacta fuit. In qua a Reverendissimo Cardinali Antonio Vico, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est Dubium: *An, et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?* Qui convenerant Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores proprias exposuerunt sententias, quas Sanctissimus Dominus noster intento studiosoque persequutus fuit animo, sed supremum Suum iudicium censuit Sibi differendum ad caeleste lumen implorandum. Quumque mentem Suam manifestam facere decrevisset, hodiernam designavit iucundissimam diem, qua per totum catholicum Orbem solemne Patriarchae Sancti Ioseph peragitur festum; eapropter, Sacris devotissime operatus, ad Vaticanas Aedes acciri iussit Reverendissimum

Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Constare de utroque proposito miraculo;* de primo scilicet *instantaneae perfectaeque sanationis pueruli Petri Salani a lethali diphterico morbo, quo in gutture et in naso praecipue laborabat;* deque altero *instantaneae perfectaeque sanationis puellae Theresiae Rafanelli a morbo, ut vocant, limphoadenite tubercolari, ulcerosa, diffusa et cum marasmo et cachexia coniuncta.*

Hoc Decretum publici iuris fieri et in acta sacrae rituum Congregationis referri mandavit decimo quarto calendas apriles anno MDCCCCXXV.

© A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

I, © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

V

A V E M O N E K

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVARUM DEI SORORUM IPHIGENIAE A S. MATTHAEO, E CONGREGATIONE SORORUM AB ADORATIONE SANCTISSIMI SACRAMENTI; ELISABETH THERESIAE A SACRO CORDE IESU, ORDINIS URSULINARUM; MARIAE ROSAE, ORDINIS SANCTI BENEDICTI; MARIAE A S. HENRICO, ORDINIS CISTERCIENSIS, ET SOCIARUM.

SUPER DUBIO

An constet de martyrio et causa martyrii, signis seu miraculis in casu et ad effectum, de quo agitur?

Cum primum, tres et viginti ante annos, ad hanc sacram Congregationem delata est Beatificationis seu Declarationis martyrii causa sexdecim monialium Carmelitidum Compendiensium, quae, furente gallica perturbatione, iulio mense anni millesimi septingentesimi nonagesimi quarti, in urbe Galliarum principe extremo mactatae fuerunt supplicio, arduum videri fortasse potuit negotium decernere, utrum ex tam ingenti cuiusvis aetatis, sexus et conditionis hominum multitudine, qui horrifica ea tempestate absumpti sunt, aliqui saltem inveniri possent, qui, uti veri Christi

martyres, in Ecclesia Dei essent colendi. Quamquam vero, ob multiplex atque varium, quod prae se tulit ingenium ea, quae, octavo decimo iam occasuro saeculo, adeo tristi celebritate insignis per Galliam finitimasque regiones facta est rerum omnium commotio, superius generatim proposita quaestio multis gravibusque impeditam se praeberet difficultatibus, in peculiari tamen casu, ad praefatam nempe quod attinet Causam, ex universo allatarum probationum instructu satis elementorum ducere et sumere licuit, quorum ope, ea, qua opus erat, etiam ex parte tyranni seu persecutoris in tuto posita est causa: ita nempe ut, ceteris concurrentibus a iure requisitis, suum optatum exitum adepta fuerit haec Beatificationis causa. Cui, breve post temporis intervallum, altera generis eiusdem, quatuor nempe Puellarum a Caritate et undecim Moniahum ursulinarum successit Causa, quae proinde eamdem ingressa quum fuerit viam, eamdem tenuit metam; idque eo commodius atque tutius ipsi obtigit, quo strata magis et complanata reddita via est ex aurea doctrina, quam in medium afferre cura fuit, quamque de christiano martyrio tradit Angelicus Doctor, iuxta quam ***omnium virtutum opera, secundum quod referuntur in Deum, sunt quaedam protestationes fidei, per quam nobis innotescit quod Deus huiusmodi opera a nobis requirit, et nos pro eis rémunérât. Et secundum hoc possunt esse causa martyrii. Et ideo ut christianus patitur non solum qui patitur pro fidei confessione, quae fit per verba, sed etiam quicumque patitur pro quocumque bono opere faciendo vel pro quocumque peccato vitando propter Christum; quia bonum hoc pertinet ad fidei protestationem*** **(2ª 2ªᵉ, quaest. CXXIV, art. 5).**

Hae igitur binae, quae praecesserant iudicataeque fuerant Causae, uti facile praevidendum erat, plurimum utilitatis attulerunt huic tertiae, quae in eadem ac illae, plus minusve, versatur conditione, quaeque de martyrio est deque causa martyrii duarum et triginta venerabilium Dei Ancillarum, quarum haec sunt nomina: Soror Maria Bosa, Soror Iphigenia a S. Matthaeo, Soror a S. Pelagia, Soror Theoctista Maria, Soror a S. Martino, Soror Rosa a S. Xaverio, Soror Martha ab Angelo Bono, Soror Magdalena a Matre Dei, Soror ab Annuntiatione, Soror a S. Alexio, Soror Amata a Iesu, Soror Maria a Iesu, Soror a S. loachimo, Soror a S. Augustino, - Soror a Corde Iesu, Soror Maria ab Angelis, Soror Magdalena a SSmo Sacramento, Soror Catharina a Iesu, Soror a S. Francisca, Soror a S. Sophia, Soror Agnes a S. Ludovico, Soror a S. Bernardo, Soror a S. Basilio, Soror Maria a S. Henrico, Soror a Sacro Corde Mariae. Gloriosi huius manipuli princeps exstat Soror Maria Rosa, ex Ordine S. Benedicti, eamque una et triginta subsequuntur Sorores, ex quibus tredecim ad Congregationem pertinent, quae ab Adoratione perpetua nomen sumit, sexdecim vero sunt sanctimoniales Ursulinae, eisque binae adiiciendae germanae Sorores, quae

quum ab asceterio Avenionensi S. Catharinae, Ordinis Oisterciensis, depulsae fuerint, Ursulinarum coenobium petierunt, unaque cum illis commune perpessae sunt extremum supplicium.

Equidem, harum duarum et triginta venerabilium Dei Famularum passio una cum omnibus suis circumstantiis temporis, loci ac personarum, prout revera accidit atque fideliter graphiceque iudicialibus descripta est in actis, et in qua *materiale* situm est martyrium, eisdem, adhibitis normis, de quibus supra incidit mentio, ipsa nimirum passio, quadam tamquam admota face, novo coruscavit splendore eique magni ponderis magnique momenti facta fuit accessio. Comperta enim et explorata in conspectum quoque se prodidit causa, qua ad capitis poenam infligendam motus est tyrannus seu persecutor, et qua singulae duae et triginta venerabiles Dei Ancillae motae fuerunt ad supremum subeundum supplicium; eaque ex causa demonstratio emersit *formalis* martyrii, quemadmodum accommodate graviterque monebat vetustissima illa et celebrata sententia, quam passim usurpant Theologi, cum de christiano martyrio eis data opera edisserere contingit; videlicet *Märtyrern non fieri poena, sed causa.*

Hac via et ratione, suoque perite industrieque perfungente munere causae Patrono, plana satis et expedita disceptatio processit. Apte siquidem sciteque eoncinnatae, sed leves paucaeque numero in Congregatione antepraeparatoria propositae fuerunt Animadversiones, eaeque, itinere progrediente, pauciores effectae, omnem vim suam amittere visae sunt in Congregatione praeparatoria, donec nullae quasi superfuerunt in Congregatione generali, quae, die decima proxime praeteriti mensis februarii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacta fuit. In qua a Reverendissimo Cardinali, Vincentio Vannutelli, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est Dubium: *An constet de martyrio et causa martyrii, signis seu miraculis, in casu et ad effectum, de quo agitur?* Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores sua quisque ex ordine protulerunt suffragia, quibus tamen exceptis et perpensis, Sanctissimus Dominus noster supremam Suam sententiam Sibi de more prorogandam duxit, ut precationi interea suppeteret spatium. Quumque mentem Suam patefacere statuisset, hodiernam elegit optatissimam diem, quae solemnibus in honorem Patriarchae sancti Ioseph est consecrata; ideoque, perlitato Eucharistico sacrificio, ad Vaticanas Aedes accersiri voluit Reverendissimus Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, et Vincentium Vannutelli, Episcopum Ostiensem et Praenestinum, Sacri Collegii Decanum causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter edixit: *Ita constare de martyrio et causa mar-*

tyrii harum duarum et triginta venerabilium Dei Familiarum, supra recensitamm, ut procedi possit ad ulteriora, in casu et ad effectum, de quo agitur.

Hoc Decretum evulgari et in acta sacrae rituum Congregationis inseri iussit decimo quarto calendas apriles anno MDCCCCXXV.

£8 A. CAED. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C Praefectus.*

L. © S. .

...... Alexander Verde, *Secretarius.*

VI

LAUSANKEN. .

CANONIZATIONIS BEATI PETRI CANISII, CONFESSORIS, SACERDOTIS PROFESSI E SOCIETATE IESU.

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis, post indultam ab Apostolica Sede eidem Beato venerationem, constet in casu et ad effectum, de quo agiturf

Cum de qualibet agitur quaestione, si ritu praesertim iudiciali instituta eadem sit eodemque idcirco ritu sit absolvenda et dirimenda, quaestionis ipsius duae sunt et esse debent partes, quarum una in facto sita est, altera vero circa ius versatur. Eeceptissimae huic ut obtemperarent normae eamque debito, uti par erat, prosequerentur obsequio sacrae huius Congregationis Disceptatores, ex iis, quae facti sunt quaeque primam disceptationi subiectam sororis Ignatiae Walburgae Scheneller sanationem respiciunt, profecti, e cunctis, quae iudicialibus consignata sunt tabulis, quaeque e testibus promanant iuratis; oculatis optimaque scientia instructis, compertum sibi facere potuerunt atque exploratum istud: quod scilicet soror Ignatia, quae occlusione intestinali cruciata erat, ad extremum adducta fuerat vitae discrimen ita nempe, ut esset iam moritura. Nihilominus eadem soror Ignatia, quae illuc usque in eodem perseveraverat proxime impendentis mortis statu, vix atque ipsi admota fuit sacra Beati Petri Canisii reliquia, contra atque, praeeunte a curatione medico, communiter iudicatum fuerat, nedum mortua non est, verum et vixit, et sana facta est, et ad pristinam reversa est valetudinem, mirantibus et stupentibus cunctis, quum nulla locum paullo ante habuerit notatu digna ventris exoneratio, neque ulla adhibita fuerit chirurgica operatio.

Hisce in facto constitutis, ad alteram positae quaestionis partem,, quae in iure consistit, descendere oportuit; de facto enim quodnam ferendum sit iudicium, pendet a iure; quumque in istiusmodi quaestionibus, quas *technicas* vocant, de peculiari agatur ime, illud addiscere necesse fuit a viris in arte peritis, quos inter medicus est accensendus, qui aegrotant!' sorori Ignatiae a curatione fuit. Hic enim probe noverat occlusionem intestinalem, qua tam acerbe soror Ignatia divexata erat, non morbum, sed morbi symptoma habendum esse et esse; ideoque ad morbi causam, unde praefatum derivatum fuerat symptoma, progressus ille est, eamque in tubercolari adinvenit affectione; sicque, agnita statutaque morbi natura, nonnisi in chirurgica operatione omnem repositam esse salutis spem omneque certae vitandae mortis situm esse remedium, idem ipse semel atque iterum edixit contestatusque fuit a curatione medicus. Neque in hoc falsus fuit hac opinione sua, sicut ipsimet tres agnoverunt aperteque professi sunt iudiciales periti, quorum penes omnia tribunalia summa est auctoritas. Et merito quidem, quippe qui ex officio advocantur sacramentique religione adstringuntur; unde de illis scribens Benedictus XIV, apposite monet quod eorum iudicium apud sacram hanc Congregationem *pluris aestimatur quam aliorum, qui... curationi aegrotantis operam praestiterunt;* et ad quos *praecipue spectat rationes ah aliis allatas sedulo ponderare, earum momenta sedulo examini subiicere et causas et symptomata morbi ab aegroti medicis relata ad trutinam revocare* (Lib. IV, p. 1 , cap. 8, num. 4-5). Utramque itaque si quis complectatur initae quaestionis partem, sive quae io facto totum sui nanciscitur fundamentum, sive quae ad ius spectat, seu ex medicae aut ehirurgicae rei scientia ille didicerat; si unam et alteram partem invicem conferre diligenter attenteque postea studeat, accurata, ex ista comparatione necessariam et claram sibi a d quiri t miraculi demonstrationem, quemadmodum adquisiverunt sibi tres periti Viri, qui ab hac sacra Congregatione ex officio fuerant acciti; eorum quippe communi concordique sententia, sororis Ignatiae sanationem nonnisi miraculo fieri potuisse.

Neque secus de altera dicendum Fratris Petri Schmitz, e Societate Iesu, sanatione. Quae tria enim, ut iuris et facti pariter satisfieret quaestioni, probanda proposita fuerant Patrono; unum, quod scilicet de lethali revera actum esset *sepsi** morbo; alterum, quod nempe nulla tribuenda esset vis et efficacia adhibito *polivalentis seri* remedio; tertium, quod nimirum repentina et perfecta contigerit sanatio, eadem haec tria probasse Patronum et Summarium ostendit denuo excussum et pervolutatum, et ea suaserunt, quae valide apteque in medium afferenda idem sategit Patronus, maximeque evicerunt trium iudicialium peritorum gravissima scripto exarata suffragia, eaque inter illud a tertio editum ex officio perito, qui in pecu-

liaribus hisce dignoscendis et curandis morbis singulari praeditus est excellitque peritia, eumque propterea quaesita meritis appellatio decet, vulgo *specialista.*

Quum igitur, quae exorsa fuerat, disceptationi praefuisset norma, de qua initio dicendi facta fuit mentio, quumque progredientem disceptationem et ad suum properantem exitum eadem rexisset et moderata fuisset norma, factum exinde fuit, ut, quo tendebat, eo expedite secureque adve^nerit instituta iudicialis actio. Binas namque praehabitas, antepraeparatoriam et praeparatoriam, Congregationes, generalis subsequuta est Congregatio, quae, die vigesima quarta huius mensis martii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacta fuit. In qua a Reverendissimo Cardinali Antonio Vico, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est Dubium: *An, et de quibus miraculis constet, post indultam ab Apostolica Sede Beato Petro Canisio venerationem, in casu et ad effectum, de quo agitur?* Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores proprias quisque exposuerunt sententias, quibus tamen intento studiosoque animo exceptis et perpensis, Sanctissimus Dominus noster supremum Sibi de more prorogandum duxit iudicium, efirisis interim iteratisque precibus, caelestis luminis copiam imploraturus. Quumque mentem Suam patefacere statuisset, hodiernam designavit diem Dominicam Passionis; eapropter, j>°'t devotissime oblatum divinae Maiestati Eucharisticum sacrificium, ad Vaticanas Aedes advocari voluit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum causaeque Relatorem, una cum. R. P. Angelo Mariani, Eidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter edixit: *Constare de utroque proposito miraculo;* de primo nempe *instantaneae perfectaeque sanationis sororis Ignatiae Walburgae Scheneller ab occlusione intestinorum ex affectione tuberculari;* deque altero *instantaneae perfectaeque sanationis Fr. Petri Schmitz, e Societate Iesu, a lethali sepsis morbo.*

Hoc autem Decretum evulgari et in acta sacrae rituum Congregationis inseri praecepit quarto calendas apriles anno MDCCCOXXV.

gß A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. E. C. Praefectus.

S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

VII

DUBIUM

A Sacra Rituum Congregatione, pro opportuna declaratione, postulatum est : « Utrum in ecclesiis, etiam Religiosorum, in quibus est obligatio chori, « et una tantum Missa conventualis celebratur, quoties simul occurrant « aliqua ex Feriis Missam propriam habentibus vel Vigilia, atque Festum « duplex maius vel minus aut semiduplex, ipsa Missa debeat dici de Feria « vel Vigilia, an potius de festo occurrente f ».

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, propositae quaestioni respondendum censuit : « *Affirmative* ad primam par- « tem, *negative* ad secundam ; iuxta novas Missalis Romani rubricas, tit. I, « n. 4 ».

Atque ita rescripsit, declaravit ac decrevit, quacumque consuetudine non obstante. Die 28 februarii 1925.

© A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
'S. B. C. Praefectus.

L. '© S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edi et ali s

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII (PIERCY-NUNZIANTE)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñae Hortensiae Nunziante, Ducissae de Mignano, in causa conventae, eandem citamus, ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 30 aprilis 1925, hora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus rotalis pro causae definitione:

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis Dñae Hortensiae Nunziante, Ducissae de Mignano, curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur. *

I. Grazioli *Ponens.*

L. © S.

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 13 martii 1925.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Hortensie Nunziante, Duchesse de Mignano, défenderesse en cette cause, Nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le 30 Avril 1925, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.**

Conste-t-ïl de la nullité du mariage, dans le cas presentì

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Mme Hortensie Nunziante, Duchesse de Mignano, devront, dans la mesure du possible, ^avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SUPREMA SACRA CONGREGAZIONE DEL S. OFFICIO

AVVISO DI CONCORSO

È aperto il concorso all'Ufficio di Sosti tuto-no taro presso la Suprema S. Congregazione del S. Offizio.

I sacerdoti che volessero prendervi parte, purché abbiano raggiunto gli anni 30 di età e non oltrepassati gli anni 45, dovranno esibire alla Cancelleria della stessa S. Congregazione, entro un mese dalla data del presente avviso, la domanda corredata dal « nulla osta » del proprio Ordinario, insieme ai documenti degli studi ecclesiastici compiuti, dei gradi accademici conseguiti e di altri titoli.

Si terrà in particolare considerazione la conoscenza di lingue estere.

II concorso [consisterà in una prova scritta su temi di Teologia e di Diritto Canonico, con riguardo particolare alle materie che sono di competenza propria della S. Congregazione.

L'esame di concorso avrà luogo giovedì 23 aprile p. v., nei locali della Cancelleria del S. Officio alle ore 8 ant.

Roma, dalla S. Congregazione del S. Officio, 9 marzo 1925.

Carlo Perosi, *Assessore.*

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 3 marzo 1925, nel Palazzo Apostolico Vaticano, innanzi alla augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori Teologi componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio detto del *Tvjto* perla solenne Canonizzazione del Beato Giovanni Eudes, Missionario Apostolico e Fondatore della Congregazione di Gesù e Maria, nonché dell'Ordine della Beata Maria Vergine della Carità; e quindi su due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione del Ven. Servo di Dio Vincenzo Maria Strambi, della, Congregazione dei Chierici Regolari Scalzi della Ssma Croce e Passione di N. S. G. C, già Vescovo di Macerata e Tolentino.

Martedì, 10 marzo 1925, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi Signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati e dei Consultori teologi componenti la sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione

Preparatoria per discutere il dubbio su due miracoli die si asseriscono operati da Dio per intercessione del Ven. Servo di Dio Pietro Giuliano Eymard, Sacerdote secolare e Fondatore della Congregazione dei Sacerdoti del Ssmo Sacramento, i quali miracoli vengono proposti per la Beatificazione del medesimo Ven. Servo di Dio.

Martedì, 17 marzo 1925, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi l'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Biti nella quale gli Emi e Emi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sopra due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione della Beata Teresa del Bambin Gesù, Religiosa professa dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi, i quali miracoli vengono proposti per la sua Canonizzazione.

Martedì, 24 marzo 1925, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi l'augusta presenza del Santo Padre si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Emi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto :

I° dapprima sopra due miracoli che sì asseriscono da Dio operati per intercessione del Beato Pietro Canisio, Confessore, Sacerdote professo della Compagnia di Gesù; e quindi, supposta l'approvazione di detti miracoli, sul dubbio detto del *tuto* per la solenne Canonizzazione del medesimo Beato ;

2° sul dubbio detto del *tuto* per la solenne Canonizzazione della Beata Teresa del Bambin Gesù, Religiosa Professa dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi ;

3° sul dubbio detto del *tuto* per la solenne Beatificazione del Ven. Servo di Dio Vincenzo Maria Strambi, della Congregazione dei Chierici Regolari Scalzi della Ssma Croce e Passione di N. S. G. C, già Vescovo di Macerata e Tolentino.

Martedì, 31 marzo 1925, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e -col voto dei Revmi Prelati e dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio se consti del martirio, della causa del martirio e dei segni e prodigi dei Servi di Dio Giovanni de Brébeuf, Gabriele Lalemant, Antonio Daniel, Carlo Garnier, Natale Chabanel, Isacco Jogues, Sacerdoti; Renato Goupil e Giovanni de la Lande, Coadiutori della Compagnia di Gesù, uccisi, come si asserisce, in odio alla Fede.

SACRA PENITENZIERIA APOSTOLICA

AVVISO DI CONCORSO

Nel Tribunale delia S. Penitenzieria Apostolica avrà luogo il concorso per un posto di Officiale minore; i Sacerdoti che volessero prendervi parte entro un mese dalla data del presente avviso dovranno presentare alla Segreteria dello stesso S. Tribunale la domanda con le opportune generalità, corredata del « nulla osta » del rispettivo Ordinario e di altri documenti che credessero opportuno di esibire.

L'esame pel concorso consisterà in due prove, una scritta e l'altra orale, su temi di Teologia Morale e di Diritto Canonico, e si terrà in particolare considerazione la conoscenza di lingue estere.

Il concorso avrà luogo nei locali della S. Penitenzieria (Via S. Uffizio, 5), in giorni che saranno notificati ai singoli interessati.

Roma, dalla S. Penitenzieria Apostolica, 25 marzo 1925.

S. Luzio, *Reggente.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

2 marzo 1925. Gli Emi Signori Cardinali Luigi Sincero ed Evaristo Lucidi, *Membri della 8. C. ver la Chiesa Orientale.*

14 » » Monsig. Sosio D'Angelo e il Revmo D. Giustiniano Serédi, O. S. B., *Consultori della 8. C. del Concilio.*

21 » » Monsig. Raffaele Carlo Rossi, Arcivescovo di Tessalonica e Assessore della S. C. Concistoriale, *Consultore della 8. C. degli Affari Ecclesiastici Straordinari.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

3 febbraio 1925. L'Emo Sig. Card. Gaetano Sbarretti, *Protettore degli Oblati di Maria Vergine in Torino.*

13 » » L'Emo Sig. Card. Giovanni Tacci, *Protettore della Confraternita della Ssma Trinità in Macerata.*

7 marzo » Monsig. Serafino Cimino, Arcivescovo tit. di Cirro, *Delegato Apostolico nel Messico.*

16 » » L'Emo Sig. Card. Camillo Laurenti, *Protettore delle Suore delle Poverelle, di Bergamo.*

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

29 dicembre 1924. Monsig. Lazzaro Podestà, della diocesi di Chiavari.
19 febbraio 1925. Monsig. David Gosselin, dell'arehidiocesi di Quebec.
21 » » Monsig. Francesco Greco, della diocesi di Lecce.
27 » » Monsig. Ercole Attuoni, dell'arehidiocesi di Pisa.
» » » Monsig. Aristo Manghi, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Nicola Zucchelli, della medesima archidiocesi.
$ marzo » Monsig. Adamo Schreiber, della diocesi di Magonza.
14 » » Monsig. Giorgio Wohlmuth, della diocesi di Eichstätt.

Prelati Domestici di 8. 8. :

8 settembre 1924. Monsig. Matteo Bauchinger, della diocesi di St. Pölten.
8 novembre » Monsig. Leonardo Menard, della dioc. di Alexandria (S. U. A.).
26 » » Monsig. Michele Cavallo, della diocesi di Noto.
4 gennaio 1925 Monsig. Giuseppe Sorrentino, della medesima diocesi.
20 » » Monsig. Felice Castano, della diocesi di Zamora.
19 febbraio » Monsig. Ilario Fortier, dell'arehidiocesi di Quebec.
21 » » Monsig. Tommaso Glasnovic, della diocesi di Scopia.
26 » » Monsig. Teodoro Kasper, della diocesi di Budweis.
28 » » Monsig. Pietro Biermann, dell'arehidiocesi di Chicago.
» » » Monsig. Tommaso Shannon, della medesima archidiocesi.
5 marzo » Monsig. Emmanuele Pokorny, dell'arehidiocesi di Strigonia.
» » » Monsig. Giuseppe Trikál, della medesima archidiocesi.
6 » » Monsig. Edoardo Busca, dell'arehidiocesi di Torino.
» » » Monsig. Stefano Rada, della diocesi di Ves prioria.
10 » » Monsig. Giuseppe Pazman, dell'arehidiocesi di Zagabria.
11 » » Monsig. Giovanni Hannsowicz, della diocesi di Vilna.
12 » » Monsig. Arturo Giuseppe Hetherington, della dioc. di Calgary.
13 » » Monsig. Michele May, della diocesi di Hartford.
14 » » Monsig. Antonio Scharnagl, dell'arehidiocesi di Monaco di Baviera.
16 » » Monsig. Federico La on-, della diocesi di Rottenburg.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

17 febbraio 1925. Al sig. Enrico Heid, Presidente -del Consiglio dei Ministri e Ministro desrli Esteri in Baviera.

17 febbraio 1925. **Al sig. dott. Eugenio von Kniìling, presidente delFAmministrazione del Debito Pubblico, in Baviera.**

21 » » **Al sig. dott. Battista Saavedra, presidente della Repubblica di Bolivia.**

La Commenda con Placea dell'Ordine Piano:

17 febbraio 1925. **Al sig. barone Paolo von Stengel (Baviera).**

14 marzo » **Al sig. Carlo Speck (Baviera).**

La Gran'Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

17 febbraio 1925. **Al sig. dott. Franz Matt, Ministro dell'Insegnamento e del Culto in Baviera.**

» » » **Al sig. dott. Guglielmo Krausneck, Ministro delle Finanze in Baviera.**

19 » » **Al sig. conte Maggiorino Capello, Ministro del Nicaragua presso la Santa Sede.**

La Commenda con fiacca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile :

17 febbraio 1,925. **Al sig. Francesco Goldenberger (Baviera).**

» » » **Al sig. Benedetto Stepperger (Baviera).**

28 » » **Al sig. Dionisio F. Kelly, dell'arehidiocesi di Chicago.**

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

2 maggio 1924. **Al sig. dott. Gaetano Rossi, dell'arehidiocesi di Modena.**

21 gennaio 1925. **Al sig. ing. Pietro Contini (Roma).**

26 » » **Al sig. Giorgio Legrand, della diocesi di Namur.**

30 » » **Al sig. architetto Ottaviano Kock (Roma).**

« » » **Al sig. avv. Felice Masera, dell'arehidiocesi di Torino.**

9 febbraio » **Al sig. Fernando Fa vier, della diocesi di Nizza.**

14 » » **Al sig. Francesco Pieler, della diocesi di Breslavia.**

16 » » **Al sig. eav. Silvano Fuzelier, della diocesi di Versailles.**

15' » » **Al sig. Enrico Werner, della diocesi di Breslavia.**

19 » » **Al sig. dott. Ettore Campani, dell'arehidiocesi di Firenze.**

21 » » **Al sig. Luigi Giuseppe Enrico La Bue, dell'archid. di Quebec.**

» » » **Al sig. I. Eldedge Morier, della diocesi di Prince Albert.**

» » » **Al sig. dott. Vitoldo Kepinski, dell'arehidiocesi di Varsavia.**

28 » » **Al sig. barone Enrico Bianco, dell'arehidiocesi di Torino.**

5 marzo » **Al sig. dott. Giuseppe D. M. Becigneul, della dioc. di Nantes.**

» » » **Al sig. marchese Alberto De Dion, della medesima diocesi.**

» » » **Al sig. marchese Enrico De La Ferronays, della medesima diocesi.**

9 » » **Al sig. Enrico Raëskin, della diocesi di Harlem.**

11 marzo 1925. **Al sig. Gualtiero B. Guyette, dell'archidiocesi di Boston.**

» » » **Al sig. cav. Giuseppe Sterbini (Roma).**

» » » **Al sig. Remo Vigorelli, della diocesi di Novara.**

12 » » **Al sig. Luigi Formaggia, dell'archidiocesi di Milano.**

14 » » **Al sig. Giulio Desmonts, dell'archidiocesi di Parigi.**

20 » » **Al sig. Adiutore Maranda, dell'archidiocesi di Quebec.**

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile,

9¿gennaio 1924. **Al sig. prof. Paolo De Laet, dell'archidiocesi di Malines.**

» » » **Al sig. Andrea Hoornaert, della medesima archidiocesi.**

17 maggio » **Al sig. Emilio Maufras, della diocesi di La Rochelle.**

30 » » **Al sig. Edmondo Briers, della diocesi di Liegi.**

29 novembre » **Al sig. ing. Pietro Scibilia, dell'archidiocesi di Palermo.**

22 gennaio 1925. **Al sig. conte Carlo de Chauveau, dell'archidiocesi di Parigi.**

28 » **Al sig. prof. Augusto Pilate, dell'archidiocesi di Cambrai.**

30 » **Al sig. Alfonso Liégeois, della diocesi di Tournay.**

» » **Al sig. Ernesto Malochet, della diocesi di Moulin.**

» » **Al sig. dott. Bernardo Lovera, dell'archidiocesi di Torino.**

febbraio **Al sig. Gualtiero Giovanni Walsh, della diocesi di Leeds**

13 » **Al sig. Guido Parisi (Roma).**

16 » **Al sig. Arturo Deletoille, della diocesi di Arras.**

» » **Al sig. Maurizio Moncomble, della medesima diocesi.**

18 » **Al sig. avv. Ennio Zelioli, della diocesi di Cremona.**

19 » **Al sig. Carlo Bernardo Schölvinck, della diocesi di Harlem.**

Al sig. ing. Francesco M. Bellandi, dell'arcmci. di Firenze.

» » **Al si^. Stefano Dutel, dell'archidiocesi di Lione.**

28 » **Al sig. Francesco Saverio Mudd, dell'archidiocesi di Chicago.**

10 marzo **Al sig. Pietro Sarzano, della diocesi di Novara.**

12 **Al sig. dott. Eugenio De Clerck, dell'archidiocesi di Malines.**

» **Al sig. Leone Ingeveld, della medesima archidiocesi.**

14 **Al sig. W. Bertram Rumann, del vicariato apostolico della Nigeria Occidentale.**

Al sig. Michele Giovanni Corbett, del vicariato apostolico della Carolina Settentrionale.

Al sig. Gualtiero I. Bergen, del medesimo vicariato.

17 **Al sig. Nicola Leaño, dell'archidiocesi di Guadalajara.**

» **Al sig. Francesco Marron Alonso, della medesima archidiocesi.**

» **Al sig. Luigi B. De La Mora, della medesima archidiocesi.**

21 **Al sig. dott. Enrico Zerhusen, della diocesi di Münster.**

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare :

30 settembre 1924. **Al sig. Luigi Schutjes, della diocesi di Liegi.**

La Gran Croce dell'Ordine di San Silvestro Papa:

17 febbraio 1925. **Al sig. dott. Giovanni Schmelzte, consigliere di Stato nel Ministero degli Esteri di Baviera.**

14 marzo » **Al sig. Enrico Königbauer, presidente del Landtag nella Baviera.**

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

30 gennaio 1925. **Al sig. prof. Mario Sarto, dell'arehidiocesi di Bologna.**

18 febbraio » **Al sig. Luigi Antonio Aigio-Kgo, del vicariato apostolico della Birmania Orientale.**

14 marzo » **Al sig. Antonio Staedele, membro del Landtag nella Baviera.**

20 » » **Al sig. cav. Giuseppe Scavino, dell'arehidiocesi di Vercelli.**

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

26 gennaio 1925. **Al sig. Carlo Bologna, dell'arehidiocesi di Torino.**

28 » » **Al sig. dott. Adalberto Tilless, della diocesi di Neosolio.**

31 » » **Al sig. Gerardo E. PI. Bloemen, dell'arehidiocesi di Utrecht.**

14 febbraio » **Al sig. Alberto Nino, del vicariato apostolico dei Piani di San Martino.**

21 » » **Al sig. Giuseppe Meschia, dell'arehidiocesi di Milano.**

6 marzo » **Al sig. Giuseppe Comi, dell'arehidiocesi di Torino.**

9 » » **Al sig. Giuseppe Sahuc, dell'arehidiocesi di Tolosa.**

MAGGIOEDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con biglietti di S. E. Revma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri segreti Soprannumerari di S. S.:

20 febbraio » **Monsig. Benedetto Nardi, della diocesi di Macerata e Tolentino.**

27 » » **Monsig. Luigi Ceccoli, della diocesi di Montefeltro.**

2 marzo » **Monsig. Egidio Allais, della diocesi di Saluzzo.**

5 » » **Monsig. Giuseppe A. Me Quaid, della diocesi di Little Rock.**

9 » » **Monsig. Giovanni Molony, dell'Ordinariato Castrense della Gran Brettagna.**

12 » » **Monsig. Enrico Snoeijs, del vicariato apostolico di Norvegia.**

» » » **Monsig. Carlo Kjelstrup, del medesimo vicariato.**

12 marzo 1925.. Monsig. **Ola v Offerdahl, del medesimo vicariato.**
13 » » **Monsig. Alessandro Bersani, della diocesi di Piacenza.**
16 » » **Monsig. Pietro Marinone, dell'archidiocesi di Vercelli.**
» » » **Monsig. Desiderio Járesy, della diocesi di Csanád.**
» » » **Monsig. Letaro Unterweger, della medesima diocesi.**
18 » » **Monsig. Carlo Kienel, della diocesi di Breslavia.**
20 » » **Monsig. Luigi Albertinotti, della diocesi di Novara.**
21 » » **Monsig. Angelo Rigoli, dell'archidiocesi di Milano.**
» » » **Monsig. Luigi Motta, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Gerolamo Colombo, della medesima archidiocesi**
» » » **Monsig. Fortunato Casero, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Carlo Baumann, dell'archidiocesi di Strigonia.**
•» » » **Monsig. Giuseppe Tiefenthal er, della medesima archidiocesi.**

Cameriere segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S. :

2 marzo 1925. **Il sig. Pietro Cailliau, della diocesi di Versailles.**

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

20 febbraio 1925. **Monsig. Luigi Vaccari, della diocesi dei Marsì.**
21 marzo » **Monsig. Ansgario Gageur, della diocesi di Rottemburg.**
» » » **Monsig. Paolo Widmaier, della medesima diocesi.**
». » » **Monsig. Paolo Pfaff, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Giorgio Stauber, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Giovanni Straubinger, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Adolfo Rombold, della medesima diocesi.**

Cameriere d'onore di Spada e Cappa Soprannumerario di S. 8. :•

2 marzo 1925. **Il sig. Giuseppe Uber (Roma).**

NECROLOGIO

9 febbraio 1924. **Monsig. Riccardo Collins, Vescovo di Hexham e Newcastle.**
13 maggio » **Monsig. Floriano Stan, Vescovo tit. di Axiopolis.**
6 agosto » **Monsig. Tommaso Giuseppe Bowling, Vescovo di Hamilton.**
20 febbraio 1925. **Monsig. Giovanni M. Rodolfo de Courmont, Vescovo tit. di Bodona.**
9 marzo » **Monsig. Raffaele Virili, Arcivescovo tit. di Tolemaide.**

AHITOS XVII - Vol. XVII 1 Maii 1925 Num. 6

ACTAIPOSTOUCAEIEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

SACRUM CONSISTORIUM

Die 22 aprilis 1925

«CONSISTORIUM SEMIPUBLICUM DE CANONIZATIONE BB. PETRI CANISII, S. I., IOANNIS EUDES, IOANNIS BAPT. MARIAE VIANNEY, MARIAE MAGDALENAE POSTEL, MAGDALENAE SOPHIAE BARAT, THERESIAE AB INFANTE IESU.

Feria IV, die 22 aprilis 1925, in magna aula superiori Palatii Apostolici Vaticani, Consistorium semipublicum habitum est, in quo Sanctissimus Dominus noster Pius Papa XI tam Reverendissimorum Cardinalium, quam Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum, nec non Abbatum *Nullius*, quibus ius est, suffragia excepit pro futura Canonizatione Beatorum Confessorum Ioannis Baptistae Mariae Vianney, parochi vici « Ars », Petri Canisii, sacerdotis professi e Societate Iesu, Ioannis Eudes, missionarii apostolici et institutoris Congregationis Iesu et Mariae necnon Ordinis B. M. V. a Caritate; et Beatarum Virginum Mariae Magdalenae Postel, fundatricis Instituti Sororum scholarum christianarum, Magdalenae Sophiae Barat, fundatricis Societatis Sororum a Corde Iesu, et Theresiae a Iesu Infante, monialis professae Ordinis Carmelitarum excalceatorum.

Suffragia excepturus Beatissimus Pater haec praefatus est:

VENERABILES FRATRES

De beatis confessoribus Petro Canisio, Ioanne Eudes, Ioanne Baptista Vianney, itemque de beatis virginibus Maria Magdalena Postel, Magdalena Sophia Barat, Theresia ab Infante Iesu ad

sanctorum caelitum numerum adscribendis sic actum est in Consistoriis proxime superioribus, ut iure meritoque putemus, plane vos non dubitare, quin ii et omnibus virtutibus se, quoad vita fruiti sunt, ornatos praestiterint, et, post obitum suum, deprecatores apud Deum a populo christiano adhibiti, rerum miracula patrarint. Commentarios praeterea ad vos perferri iussimus, unde vos pleniore hausta rei cognitione sententiam de gravissimo eiusmodi negotio Nobiscum vestram communicare possetis. In hisce quidem explendis Apostolici muneris partibus auxilium Spiritus Paraciiti non est profecto Nobis, ex ipsis Conditoris Ecclesiae Christi Iesu promissis, defuturam ; verumtamen ante quam beatos illos caelites perpetuae felicitatis compotes declaremus universisque christifidelibus tamquam sancte vivendi exempla ad imitandum proponamus, scitote, Nos cupere vehementer, ut lucem quoque consilii vestri menti Nostrae porrigatis. Itaque vos, Venerabiles Fratres, rogamus, ut Nobis, quid hac in re singuli opinemini, religiose signifiçetis.

Exceptis vero adstantium suffragiis, Sanctissimus Dominus Noster haec addidit verba:

Magnopere equidem laetamur, una vos mente et voce in eo consentire, quod idem Nobismet ipsis placet, ut sex ii beati caelites in Sanctorum numerum Apostolica auctoritate referantur. Id igitur in Petriana Basilica per proximi mensis maii decursum facturi perlibenter sumus : et canonizationi beatae Theresiae ab Infante Iesu diem dicimus septimum decimum ; beati Petri Canisii diem Ascensioni Domini Nostri Iesu Christi sacrum, idest diem vicesimum primum; beatarum Mariae Magdalenae Postel et Magdalenae Sophiae Barat diem quartum ac vicesimum; denique beatorum Ioannis Eudes et Ioannis Baptistae Vianney diem dominicum Pentecostes, qui erit proximi item mensis postremus. Interea, ut propositum Nostrum eveniat feliciter et ad divinam gloriam Ecclesiaeque utilitatem quam plurimum conferat, supplicibus instare Deo precibus, Venerabiles Fratres, ne gravemini.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

RALEIGHIENSIS

SUPPRESSIONIS ET ERECTIONIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Omnium Ecclesiarum sollicitudo, quae Romano Pontifici incumbit, id exigit ut quae ad religionis incrementum et ad meliorem fidelium gubernationem maxime conducant, sedulo praestentur. Cum itaque tum venerabilis frater Archiepiscopus Baltimorensis, tum alii, supplices preces Apostolicae Sedi porrexerint ut ex territorio vicariatus apostolici Carolinae Septentrionalis nova dioecesis constitueretur, Nos, id propagationi christiani nominis profuturum ac in bonum ecclesiastici regiminis cessurum cementes, oblatis precibus annuendum censuimus. Quam ob causam, Apostolicae potestatis plenitudine, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel sua interesse praesumant, consensu, vicariatum apostolicum Carolinae Septentrionalis in perpetuum supprimimus et eius territorium in dioecesim erigimus sub iurisdictione Sacrae Congregationis Consistorialis, iisdem servatis finibus a quibus vicariatus ipse circumscriptus erat. Haec nova dioecesis *Raleighiensis* nuncupanda erit, ab urbe *Raleigh,* in qua sedem et cathedram episcopalem constituimus, et quam proinde ad civitatis episcopalis gradum et honorem extollimus, cum omnibus privilegiis et iuribus, quibus ceterae civitates episcopales iure communi fruuntur. Ecclesiam vero parochialem Sacratissimi Cordis, in eadem civitate *Rateigli,* ad statum et dignitatem cathedralis ecclesiae evehimus, simulque ipsi, eiusque pro tempore Episcopis, tribuimus honores, insignia, favores, gratias, privilegia et iura, quibus aliae cathedrales ecclesiae ac earum Antistites, iure vel legitima consuetudine, gaudent. Hanc novam Raleighiensem dioecesim sufiraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Baltimorensis, illiusque pro tempore Episcopos iuri metropolitico Archiepiscopi Baltimorensis subiicimus.

Quoad dotationem noviter erectae Raleighiensis dioecesis attinet, eidem assignandus bona et reditus, etiam, adventicios, quacumque ratione ad mensam episcopalem obventura; ac Episcopo pro tempore facultatem concedimus cathedraticum imponendi, aliaque iuxta sacros canones pro eius discreto iudicio statuendi, quibus necessitatibus dioecesis rite consuli possit. Quod vero spectat ad Capituli erectionem, seu ad Consultorum coetus

nominationem, ad Vicarii capitularis, seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad ipsorum clericorum et fidelium iura et onera, et quidem ad erectionem parvi Seminarii dioecesani, aliaque huiusmodi, rite servari iubemus quae Codex iuris canonici praescribit, cauto tamen ut alumni huius parvi Seminarii ad aliquod maius Seminarium pro studiis philosophicis et theologicis mittantur. Mandamus insuper ut omnia documenta et acta, quae vicariatum apostolicum Carolinae Septentrionalis eiusque clericos et fideles respiciunt, nec non quae ad eius territorium spectant, Curiae episcopali Raleighiensi tradantur et in eius archivo sedulo serventur.

Quousque vero nova dioecesis Ealeighiensis de proprio Pastore provideatur, venerabili fratri Michaeli Iosepho Curley, Archiepiscopo Baltimorensi, eiusdem dioecesis regimen committimus, tamquam Administratori Apostolico, ipsi propterea tribuentes omnes facultates, quae huic muneri sunt propria.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum interest, vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus.

Hisce itaque ut supra constitutis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Petrum Fumasoni-Biondi, Archiepiscopum Diocletanum, in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus Delegatum Apostolicum, cum facultatibus necessariis et opportunis, etiam subdelegandi quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, iniuncto onere ad Sacram Congregationem Consistorialem, infra sex menses a praesentibus Litteris datis, authenticum exemplar transmittendi peractae exsecutionis.

Volumus autem et mandamus ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris adhiberetur si exhibitae vel ostensae forent.

Non obstantibus regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutio-

nibus et ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam suppressionis, erectionis, evectionis, concessionis, constitutionis, decreti, mandati, derogationis et voluntatis infringere, vel eis, ausu temerario, contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quarto, die decimasecunda mensis decembris, Pontificatus Nostri anno tertio.

O. CARD. CAGIANO
S. B. B. Cancellarius.

C. CARD. DB LAI, Episc. Sabinen.,
S. C. Consistorialis Secretarius.

Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus.*
Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £g Plumbi.

Beg. in Cane. Ap., vol. XXX, n. 52.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS HONESTATUR ECCLESIA PAROECIALIS SANCTI BERNARDINI SENENSIS, PROPE SENAS, ORDINIS FRATRUM MINORUM PROVINCIAE TUSCIAE.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Parochus ad Sancti Bernardini, Senis in suburbanis, Nos edocet ecclesiam suam paroecialem, quae Conlegio Missionum ad exteros, Etruriae, Ordinis Fratrum Minorum proxime sita est, ad eundem etiam Fratrum Minorum Ordinem, ex Provincia Tusciae, pertinere; atque admodum sibi esse in votis ut basilicae titulo privilegiisque illam, pro benignitate Nostra, decorare velimus. Iam, licet amplitudine atque ornamentis minor, ubi hodierna exstat ecclesia, alia quidem fuit, quae fertur, saeculo xv ineunte, in honorem Beatae Mariae Virginis et Sancti Onuphrii exaedificata primitus fuisse a Sancto Bernardino Senensi, qui inibi per quadraginta circiter annos sanctam egit vitam, sacroque animorum ministerio functus est. Nil mirum igitur quod ipsa in ecclesia, non modo praecordia Sancti Bernardini, sed et eiusdem vestes, vexillum cum sacra-

tissimo Nomine Iesu ac manuscripta custodiantur et pie celebrentur; ac praeterea ibidem, a clarissimis pictoribus et sculptoribus expressa, adservetur imago ipsius Sancti, qui religiosae Familiae Sancti Francisci Assisiensis honor merito decusque est. Domui propterea atque ecclesiae isti pia Sanctorum est iuncta memoria, qui aedem illam devote visitarunt, quos inter commemorandi sunt Ioannes a Capistrano, Iacobus de Marchia aliique viri doctrina non minus quam sanctimonia praeclari. Hodiernum vero templum satis nobili structura excellit, pluribusque artis operibus, ac praesertim quodam altari, uti aiunt « robbiano », renidet, in quo Beata Maria Virgo gloriae corona in caelis redimita repraesentatur; atque inibi, praeter memoratas divi Bernardini, aliae Sanctorum relliquiae coluntur a Christi fidelibus, qui illuc e civitate ac finitima regione saepe, more peregrinorum, magno numero confluunt. Bern, igitur opportunam Nos facturos putavimus, si curionis optatis concederemus; quod eo libentius facimus, cum Ordinis Fratrum Minorum religiosi omnes viri et Senenses cives id etiam a Nobis exposcant; reique tum rec. mem. dilectus filius Noster Orestes S. B. E. presbyter Cardinalis Giorgi, praelaudati Ordinis Minorum Patronus, tum venerabilis frater Prosper Scaccia, Senensium Archiepiscopus, tum dilectus filius Bernardinus Klumper, Ordinis Fratrum Minorum Minister generalis, amplissime suffragati sint. Conlatis itaque consiliis cum VV. FF. NN. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrorum Rituum Congregationi praepositis, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore, praefatam ecclesiam sub nomine Sancti Bernardini Senensis erectam in suburbanis civitatis Senensis atque intra eiusdem archidioecesis limites, titulo ac dignitate Basilicae minoris perpetuum in modum augemus, illique omnia et singula conferimus iura, privilegia, praerogativas, honores, indulta, quae minoribus Almae huius Urbis Nostrae Basilicis de iure competunt.

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere et fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illique, ad quam spectant, Senensi ecclesiae Sancto Bernardino dicatae plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quoquam, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die ix mensis martii MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri anno quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

DISMEMBRATO TERRITORIO A VICARIATU APOSTOLICO « DE CHANGTEH » ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE SHENOHOW », IN SINIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Quae rei sacrae procurationi melius gerendae faciant, quae, vel in dissitis catholici orbis regionibus, christiani nominis incremento benevertant, ea ut sollicito studio praestemus, ex officio supremi apostolatus Nobis divinitus commisso, decernere satagimus. Iamvero vicariatum apostolicum *de Changteh* (Hunan septentrionali), Eremitanis Ordinis Sancti Augustini concreditum, iam diu ob nimiam amplitudinem dividendum esse, opportunum videbatur consilium; atque ad hunc finem obtinendum iam in sententiam ventum erat, ut illic mitterentur alii missionarii e Congregatione Clericorum excalceatorum Ssmae Crucis et Passionis D. N. I. C. Nunc autem, cum venerabiles fratres Celsus Costantini, Archiepiscopus titularis Theodosiensis, Delegatus Apostolicus in Sinis, et Angelus de Diego et Carbajal, Episcopus titularis Caloensis, dictique apostolici vicariatus Ordinarius, communi consensu Nobis proposuerint ut nova inde erigeretur apostolica praefectura, Nos, re mature perpensa cum VY. PP. NN. S. E. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, supremo animarum bono consulere cupientes, ipsorum Praesulum votis benigne annuendum censuimus. Itaque, motuproprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, a vicariatu apostolico de Changteh sive Hunan septentrionali seiungimus territorium quod limitatur ad septentrionem a vicariatu apostolico de Ichang (Hupé occiduo-meridionali): ad occidentem a vicariatu apostolico de Chungking (Seciuen orientali) et de Kweiyang (Kuicen): ad meridiem a vicariatu apostolico de Changsha (Hunan meridionali): ad orientem denique a vicariatu apostolico de Changteh; quodque complectitur sub praefecturas civiles de *Lungshan, Sangehih, lungshun, Paotsing, Yungsui, Kuchang, Shenchow, Luki, Cheriki, Supu, Kienehow, Fenghwang, Mayang, Yuenchow, Kiemjang, Hwangchow;* ipsumque territorium sic separatum sive seiunctum, eadem auctoritate Nostra apostolica, in apostolicam praefecturam erigimus cum nomine praefecturae apostolicae *de Shenchow,* dictamque praefecturam, sic rite per Nos erectam, curis committimus alumnorum Congregationis Clericorum excalceatorum Ssmae Crucis et Passionis D. N. I. C.

Haec statuimus, decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos spectant sive pertinere poterunt nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super bis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XIII mensis martii anno MDOOCOXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

VEN. DEI SERVUS ANTONIUS MARIA GIANELLI, EPISCOPUS BOBIENSIS, BEATUS RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Divina gratia, quae non destruit sed perficit naturam, sanctos aliquando in Ecclesia viros suscitat, quorum ipsa, velut ros de caelo descendens, ita ingenia virtutesque, quibus ipsi a natura honestantur, mirabiliter alit, ut illos merito christifidelibus exemplum exactae eorum omnium, quae proprii officii sunt, observantiae ad imitandum Ecclesia proponat. Quod quidem hodie testari de Venerabili Dei Famulo Antonio Maria Gianelli tempestive possumus, cum ipsius, qua sacerdotis, qua parochi, qua episcopi, gesta recte demonstrent quanti sit momenti, in se conformando Dei voluntati ac propterea in adipiscenda sanctitate, continens diligensque eorum munerum adimplementum, quae sunt propria suis cuiusque condicionibus, in quibus a Deo conlocatus est. Hic Dei Famulus, die xn mensis aprilis, anno millesimo septingentésimo octogesimo nonp, honesto genere natus est in pago, quem *Cerreto* nuncupant, intra Ianuensis archidioecesis fines, eique ad sacrum fontem, die xix eiusdem mensis, imposita sunt nomina Antonius Maria. Adolescentulus adhuc inter aequales obedientiae consuetudine, innocentia vitae, erga Beatissimam Virginem pietatis ardore emicuit; ingenii suavitate praeditus, hortatu parochi ad studia accitus, ita in iisdem brevi tempore profecit, ut iam ab initiis ostenderet quos esset adepturus fructus uberrimos. Postea, piae cuiusdam mulieris impensis, in Ianuensem civitatem se contulit; atque, ut ecclesiasticae vitae initiaretur, ibidem clericorum habitum induit; et, inter Seminarii alumnos dein, unde-

viginti iam annos natus, tandem cooptatus, divinarum rerum d^ciplinas ita addiscere aggressus est, atque ad sacras conciones praecipue se adeo aptum ostendit, ut, vix subdiaconatus ordine suscepto, ad populum, ex Archiepiscopi commissione, verbum Dei studiose fructuoseque faceret. Decimo kalendas iunias anni MDCCCXII, nondum canonicam aetatem attingens, sacerdotio auctus est; atque insequenti die- divinum Sacrificium in ecclesia civitatis Ianuensis Beatae Mariae Virgini de Carmelo dicata primum piissime litavit, speciali sub patrocinio Deiparae tradens apostolici ministerii labores, quibus statim ex illo tempore se devovit. Ad fidelium salutem sacris praesertim missionibus procurandam, in Congregationem dioecesanam Missionariorum suburbii se adscripsit, quam postea quoque moderatus est; et in concionandi munus atque in poenitentiae tribunal quidquid ei temporis de ceteris laboribus supererai sedulo impendebat, quum eundem in dioecesis Seminario Archiepiscopi lanuenses rethoricae magistrum ac deinceps etiam studiorum et disciplinae praefectum renuntiaverint. At in officiis quoque paroecialibus animorum curam impigre exercuit, antea in abbatiali Ianuensi ecclesia S. Matthaei Apostoli, dein in Clavarensium civitate, quos a mense iunio a. MDCCCXXVI cum magno eorundem spiritali emolumento, qua Archipresbyter S. Ioannis, per duodecim annos rexit. Eodem tempore religiosas tum virorum cum mulierum familias, quae fidelium saluti prospicerent, Clavarensi in civitate instituit; congregationes, scilicet, Missionariorum a S. Alphonso de Ligorio et Beligiosarum mulierum S. Mariae ab Horto. Quarum altera, nempe Missionariorum a Sancto Alphonso pro spiritualibus cleri exercitiis ac pro sacris missionibus in paroeciis habendis, licet amplissime viguerit donec fundator vixit, non amplius exsistit; altera vero S. Mariae ab Horto nuncupata, quae, in Europam atque in Americam et Asiam satis diffusa, puellisque erudiendis itemque inserviendis aegrotis addicta est, in populorum bonum adhuc perspicue floret. Anno MDCCCXXXVHI, eum Venerabilis Dei Famulus Bobiensium Ecclesiae Episcopus datus sit, eiusdem electionis nuntius, praecedente ipsius virtutis ingeniique fama, mira ab omnibus dioecesis laetitia exceptus est; ac revera postquam die VII mensis maii Dei Servus consecrationem acceperat episcopalem, et die VIII iulii memorati anni possessionem Ecclesiae suae inierat, de pastorali munere rectissime obeundo sollicitum se summopere ostendit. Simplex in vivendo, parcus in sumendis cibis, impiger in explendis officiis, in orando,, piissimus, prudens ac fortis in rebus spiritualibus vel ecclesiasticis agendis, ad bonam disciplinam instaurandam et clerum ad sanctioris vitae normam revocandum continenter animum suum intendit; Boni Pastoris Iesu Christi D. N. referens imaginem, multiplici bonorum operum industria, gregem suum vigilanter custodivit, quamvis extra quoque dioecesim suum ani-

morum salutis studium in sacris expeditionibus agendis prodierit; usque ad mortem in altissimo munere exercendo nec laboribus nec gravioribus incommodis pepercit. Denique, tot consumptus laboribus, Placentiae, quam in urbem ex medicorum praescripto sese contulerat, una et altera vice apoplexis morbo correptus, Ecclesiae refectus Sacramentis, die festo Ssmae Trioitatis, VII mensis iunii anno MDCCCXLVI, aetatis suae septimo et quinquagesimo, sancta functus est vita. Venerabilis Dei Famuli corpus unum diem tantummodo Placentiae mansit expositum; inde Bobium delatum, postquam sollemnia eidem in ecclesia cathedrali funebria acta fuerant, quibus, sanctitate viri permoti, frequentissimi ex omni ordine cives adstiterunt, in conditorio, ubi quiescunt ceteri Bobienses Episcopi, prope Cathedralem, depositum est. Ex ipso tempore obitus ad nostros usque dies fama sanctitatis venerabilis Dei Servi magis magisque increvit, adeo ut super eiusdem sanctitatis vitae fama, virtutibus et miraculis processus Ordinarii in Bobiensi, Piacentina et lanuensi Curiis confecti fuerint. Quibus peractis et ad Sacrorum Rituum Congregationem adlatis, rite apud. eandem Romanam Congregationem ipsius Dei Famuli Beatificationis et Canonizationis causa, iam ab anno MDCCOXOVI est instituta; absolutisque iis omnibus, quae in huiusmodi iudicio pertractanda erant, disceptari coeptum est super Venerabilis Dei Servi virtutibus; quae tamquam heroica qualitate praeditae et exornatae, sollemni Apostolicae Cathedrae sententia, sedente fel. rec. Decessore Nostro Benedicto Pp. XV, tertio Idus aprilis, anno MDCCCCXX, adprobatae declaratae que fuerunt. Agitata dein quaestione de duobus miraculis, quae a Deo patrata ferebantur per Venerabilis Antonii Mariae Gianelli, Bobiensis Episcopi, intercessionem, post duas Congregationes, antepraeparatoriam scilicet et praeparatoriam, nec non aliam generalem congregationem, quae coram Nobis die xxvn maii anni MDCCCCXXIV habita est, rebus omnibus acerrimo iudicio investigatis, Nosmetipsi, die VIII mensis iunii eiusdem anni, proposita miracula constare sollemniter declaravimus, ulteriusque proinde in casu procedi posse. Cum propterea nihil, secundum sacri fori instituta, iam superesset, nisi ut Patres Cardinales Sacrae Rituum Congregationi praepositi, ceterique de more consulendi rogarentur, num tuto procedi posse censerent ad sollemnem Venerabilis Dei Famuli beatificationem, in generali conventu, die octava mensis iulii praeteriti anni, coram Nobis habito, tum iidem S. R. E. Cardinales, tum qui aderant Praelati et Consultores, unanimi consensu tuto procedi posse responderunt. Nos vero in re tanti momenti mentem Nostram aperire cunctati sumus, ut enixis precibus supernum antea auxilium posceremus. Quod quidem cum fecissemus, die dominica sexta post Pentecosten eiusdem anni MDCCCCXXIV, religiosissime litato Eucharistico Sacrificio, adstan-

tibus venerabili fratre Nostro Antonio S- R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, nec non dilecto filio Nostro Caietano S. R. E. Diacono Cardinali Bisleti, causae relatore, et Reverendus Dominis Alexandro Verde, eiusdem Sacrorum Rituum Congregationis a secretis, et Angelo Mariani, Fidei promotore, sollemniter ediximus tuto procedi posse ad sollemnem Venerabilis Servi Dei Antonii Mariae Gianelli, Episcopi Bobiensis, beatificationem. Quae cum ita sint, precibus permoti plurium Episcoporum, nec non Filiarum Mariae Ssmae ab Horto Congregationis, quam iam ipse fundavit, auctoritate Nostra Apostolica, concedimus ut idem Venerabilis Antonius Maria Gianelli Beati nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus et lypsana, seu reliquiae, publicae venerationi proponantur, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferenda; itemque permittimus ut imagines eiusdem Servi Dei radiis decorantur. Praeterea, eadem auctoritate Nostra, concedimus ut de eo quotannis officium recitetur de Communi Confessorum Pontificum cum Lectionibus propriis, per Nos adprobatis, et Missa propria, per Nos pariter adprobata, celebretur, servatis rubricis, sed tamen in dioecesibus dumtaxat Bobiensi, lanuensi, Clavarensi et Piacentina, nec non in ecclesiis ac publicis sacellis Congregationis Filiarum Mariae Ssmae ab Horto nuncupatarum. Denique largimur ut sollemnia beatificationis Venerabilis Dei Famuli Antonii Mariae Gianelli, servatis servandis, in dioecesibus supra dictis celebrentur, nec non in ecclesiis sive publicis sacellis memoratae Sororum Congregationis, intra annum ab iisdem sollemnibus in Patriarchali Basilica Vaticana rite peractis. Non obstantibus constitutionibus atque ordinationibus Apostolicis, nec non decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuslibet. Volumus autem ut praesentium Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint, et sigillo Cardinalis Praefecti obsignata, eadem prorsus fides in disceptationibus, iudicialibus quoque, habeatur, quae voluntatis Nostrae significatione hisce Litteris ostensis, haberetur.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die xix mensis aprilis, anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASP ARRI, *a Secretis Status.*

IV

VEN. DEI SERVUS VINCENTIUS MARIA STRAMBI, EPISCOPUS MACERATENSIS ET TOLENTINUS, BEATUS RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter sollertes navosque operarios, quos caelestis Paterfamilias, a prima ad postremam diei horam, nunquam destitit conducere in vineam suam ad excolendam eam, inter sanctitate praestantes divini Verbi praecones, qui, mira erga proximos caritate infiammati, magno cum religionis incremento, divinam sapientiam populis tradidere; inter animarum Pastores, doctrina fideique studio spectatos, qui nullis pepercere laboribus ut commissas ipsorum curis oves ad secura salutis pascua ducere satagerent, iure meritoque referri potest Vincentius Maria Strambi, Congregationis Clericorum Excalceatorum Sanctissimae Crucis et Passionis D. ET. I. C. decus atque ornamentum. Inclytus hic Dei Famulus, de quo Divus fundator Paulus a ¡Cruce praecinere non dubitavit futurum fuisse magnum Sanctum, vere, iuxta testimonium a Iesu Christo editum de Ioannis Baptistae sanctimonia, fuit in Ecclesia tamquam lucerna ardens et lucens, in cuius luce fidei cultores aequam exsultandi causam omni tempore habebunt. Centumcellis piis honestisque parentibus anno MDCCXLV ortus, Kalendis ianuariis, et sequenti die lustralibus aquis ablutus est, et nomina imposita sunt infanti Vincentio, Dominico, Salvatori. A teneris unguibus accepta a parentibus virtutum documenta moribus suis optime expressit; pietatis enim studio, innocentia vitae, modestia et virtutis custode verecundia, inter aequales suos ad exemplum enituit. Siquidem silentio potius et solitudini quam puerilibus oblectamentis vacare, diu in templis morari, in altaris ministerio ministrare, sacris concionibus adesse, egregiae indolis puer unice cupiebat. Parentibus subditus, ante domesticam aram plures saepe horas in divinarum rerum commentatione insumebat; erga egenos misericors, proprias quidem vestes pauperibus diribuit. Postridie Kalendas maias anni MDCCLII, confirmationis sacramento munitus, ad Eucharisticas dapes magno animi solatio primum accessit. Vix scholas celebrare coepit, penes Minores Fratres Conventuales ad Sancti Francisci uberrimos nactus est in humanis litteris non minus quam in pietate progressus. Ibi enim Servus Dei apostolatum inivit priusquam limen iuventutis attingeret, suos inter condiscipulos, quos ad sacras aedes invisendas comitabatur, et catechesim

docébat. Candor et modestia ex ore eius ducebant; obtutuque tantum non modo parvorum alumnorum, sed etiam magistrorum amorem et reverentiam sib^conciliabat. Quam a puero fuerat ingressus sanctitatis viam, eandem deambulare perrexit eximiae virtutis adolescens; cumque se ad sacerdotium divinitus vocari sensisset, animum aperuit patri, qui, etiamsi unicum filium sibi eripi aegre ferret, illi tamen noluit intercedere. "Venia itaque a genitore obtenta, Faliscodunum divertit, in cuius Seminarium, quod magna tunc temporis existimatione florebat, sese recepit, quumque inibi studiorum confecisset curriculum, suaeque vocationis praeclara exhibuisset specimina, ad subdiaconatus primum, postmodum ad diaconatus sacrum Ordinem promotus est. Adhuc diaconus, Balneoregiensis Seminarii renuntiatus est Rector, petente atque instante dioecesis illius Praesule, a quo, Summi Pontificis impetrata venia - nondum enim vicesimum tertium aetatis suae annum Dei Servus impleverat - sacerdotio fuit initiatus die decima nona mensis decembris anno MDCOLXVII, qua divino flagrans amore novus sacerdos salutarem Deo hostiam prima vice litavit. Aliquot post annos reversus in patriam, maioris perfectionis studio ductus, Paulum a Cruce sequi cogitavit seque mancipare Congregationi Clericorum Excalceatorum Sanctissimae Crucis et Passionis D. N. I. C, quam idem Paulus a Cruce recens fundaverat. Hic graves obortae sunt difficultates, parentibus assensum negantibus; sed, omnibus impedimentis fortiter disiectis, clam, et pedes, Servus Dei confugit ad Paulum. Divus fundator, germanae sanctitatis oculatissimus iudex, Vincentium complexus, ultro libenterque in alumnorum suorum numerum eum adscivit, misitque ad Montis Argentarii recessum, ut ibi tyrocinium poneret. Quo in loco, veluti in securo pacis asylo tandem receptus, caelesti gaudio perfusus, die xxiv mensis septembris anni MDCCLXVIII, religiosas induit vestes et Vincentii a Sancto Paulo nomen assumpsit. Solidum per annum exemplo atque aemulationi tyronibus fuit orationis et mortificationis spiritus, religiosi studii observantiae regularis, et potissimum mirandae humilitatis, per quam, licet iam sacerdotio auctus, se reliquis parem immo inferiorem ducebat. Exacto tempore probationis, eadem die xxiv septembris sequentis anni MDCCLXvini unanimi regularium superiorum suffragio, sollemnia religiosa vota nuncupavit. A sancto Fundatore accitus, ad Sancti Angeli coenobium venit, prope vicum « Vetralla » appellatum, et sub oculis atque in disciplina tanti sanctimoniae magistri, exsultavit ut gigas ad perfectionis iter decurrendum. Hic per biennium mansit omniumque virtutum exercitationi penitus se dedidit. Servus enim Dei, apostolici ministerii desiderio flagrans, recte iudicavit se ipsum abundare oportere in omnibus laudibus, ad quas excitaret alios, et plus valere sermonem, si confirmaret exemplo.

Etsi propter summam animi humilitatem haud satis instructum et paratum se reputaret, iussu tamen Pauli a Cruce apostolatum adorsus est, divina fretus ope, et laboriosissimam provinciam cepit, in qua, multorum operariorum animas gerens, plures annos constantissime desudavit. Et re quidem vera Ümbriam, Romandiolam, Picenum, Latium, Campaniam omnesque fere Neapolitani Regni regiones indefessus divini Verbi praeco sacris expeditionibus lustravit, apostolicae caritatis vestigiis ubique relictis. Uberrimae autem e tantis Servi Dei laboribus in populum christianum utilitates manarunt, nec temere est dicere apostolicum virum quocumque se contulisset, faciem rerum immutasse. Etenim morum licentiam coercet; scandala, etiam inveterata, penitus exstirpat; simultates, odia et controversias oblitérât, componit; blasphemos homines ab impia consuetudine deterret; vitiorum etiam invitamenta prohibet. Contra inducuntur boni mores, Sacramentorum commendatur frequentia, piae instituuntur sodalitates; opera pietatis et caritatis efflorescunt; demptis denique et evulsis ex agro Dominico cuiuscumque modi zizaniis, fruges uberes effunduntur. Longe igitur lateque de ipso Servo Dei fama sanctitatis percrebuit, ita ut catervatim undique ad eum contineret cupida audiendi et videndi multitudo;' saepe numero cum sacrae aedes impares evaderent audientium turmis continendis, aperto sub caelo verba fecit populo; idque non solum in pagis sed magnis etiam in civitatibus, atque in hac quidem Alma Urbe, in qua ad forum a Columna celeberrima in missione concionatus est. Mirae inde obstinatorum quoque peccatorum conversiones sequebantur; et Centumcellis cum damnatis ad triremes tanta pietate se gessit Servus Dei, ut quamplures ex illis deperditis hominibus, ferocia corda posuerint mansuefacti et ad poenitentiam redierint. Sancti viri praedicationem etiam superis acceptam fuisse patet caelestibus a signis, quibus eam probasse visus est Deus. Nam Aesii, dum concionabatur sub dio, ingruentem dirae grandinis procellam fervida Servus Dei prece dissipavit, firmavitque auditorum animos prodigium demirantium: Anconae autem sacer orator e suggestu continuo emicuit adstantibus, splendidis suffusus radiis ex imagine Virginis coruscantibus. Verum eximias animi ingeniique virtutes, quibus eminebat Servus Dei, in bonum atque emolumentum universae Congregationis a Passione vertendas esse ratus, sanctus Fundator revocavit eum Romam ad Sanctorum Ioannis et Pauli recessum, ut iuvenes alumnos in spem Instituti succrescentes, disciplinae Vincentii ac magisterio concederet. Lector renunciatus, exspectationi Pauli a Cruce satis superque respondit Servus Dei; quippe alumnorum animos ad theologicas disciplinas doctissimis praelectionibus, ad pietatis autem studia informavit exemplo. Dum hoc munere fungebatur Servus Dei, aetate, austeritatibus et laboribus

confectus, ad vitae exitum venit fundator. Animam agenti adstitit Vincentius pia caritate, extrema illi praebuit Ecclesiae solatia, et. cum novissimo anhelitu, sancti legiferi Patris spiritum quodammodo excepit. Etenim primum Eector, dein Praepositus Provincialis, postremo Consultor Generalis electus, nullis pepercit laboribus ut Congregationis a Passione bono atque incremento provideret; singulari prudentia temporibus dimcillimis gravis momenti negotia pertractavit; pias domos et recessus quam plures diligentissime invisit; servandae regulari disciplinae consuluit maxima iustitia; atque inita Causa Canonizationis Venerabilis Fundatoris, in eadem promovenda Postulatoris munere religiose functus est. Neque tamen tot tantisque curis distentus, destitit ab apostolatu Servus Dei. Saeviente enim teterrima illa rerum publicarum eversione quae, in Gallia excitata, tam acerba contra religionem etiam in Italiam intulit mala, christiani nominis acerrimus adsertor, sui muneris partes esse duxit, adversus iniquitatem et incredulitatem late debacchantes summa ope conniti, et concionibus sacrisque exercitationibus in fide populum firmare. Sed dum Servus Dei, apostolicis laboribus denuo intentus, singulari qua pollebat facundia frequentissimas multitudines non excitaret modo, sed, admotis quodammodo facibus, ad amorem Dei fideique studia incenderei; sanctitatis eius fama permotus Pius Pp. VII, rec. me. Praedecessor Noster, probe intelligens quanta virtute ac prudentia instructos esse oporteret illos, qui, ea praesertim temporum difficultate, catholico gregi praeficerentur, episcopali charactere ac dignitate Servum Dei ornare constituit. Diu, cum in spiritu humilitatis se tanta dignitate indignum censeret, detrectavit munus sanctus vir, sed tandem, obedientia adactus, non sine lacrymis se subiecit oneri angelicis quidem humeris formidando. In Consistorio, die xx mensis iulii MDCCCT habito, Episcopus Maceratensis et Tolentinus renuntiatus, vix possessionem nactus est, damna, ab iniquitate progressu temporis dioecesibus illis illata, sarcire properavit. Nulli idcirco pepercit labori, molestiae ac discrimini, ut abusus ac vitia evelleret, falsas doctrinas oppugnaret, disciplinam cleri instauraret, rehgionis spiritum morumque puritatem restitueret. Adolescentium in sortem Domini vocatorum institutioni prospiciens, Seminarium ad pristinum decus revocavit; ac, flagranti in proximos caritate permotus, seipsum rebus omnibus expoliavit, ut omnium necessitatibus subveniret; puellis, orphanis, aegrotis, periclitantibus mulieribus, egenis omni ope destitutis adfuit benignus; hospitiis quoque et asyli domibus pro illis recipiendis atque alendis erectis, ita ut nomen eius apud omnium ordinum cives in benedictione fuerit, omnes bonum Pastorem uti sanctum haberent. Pluries lustravit sacra visitatione dioecesim universam; non caeli inclementia, non itinerum asperitate deterritus, agrestes etiam pagos, dissitasque

paroecias diligentissime invisit. Episcopalis mensae reditus patrimonium pauperum esse ratus, ipse vitam egit pauperrimam; sagum proprium Clericorum a Passione nunquam dimisit; quoad potuit suae Congregationis regulas adamussim servavit. At dum in sibi commissa dioecesi ad maiorem Dei gloriam populique salutem sanctus Episcopus iam octo ferme ab annis adlaborabat, Gallici Imperatoris cupiditate atque incuria, Pius Pp. VII a sua Sede deturbatus est, Picena regio in ditionem Gallorum cessit, pluribusque Sacrorum Antistitibus conditio imposita est ut vel iuxta verba Gallici Praefecti iurarent, fidemque et obedientiam sponderent Imperatori, vel, si detrectassent, carcerem ac deportationem subirent. Id etiam obtigit Vincentio, sed renuit religiosissimus Antistes iniquum iusiurandum elicere; ideoque, frustra collacrymante populo, ab episcopalibus aedibus per vim pulsus, ad instar apostoli Pauli custodíente milite, longum et asperum capessivit iter usque Novariam, qui locus erat eius deportationi constitutus. Haud multo post Mediolanum proficiscendi, propter valetudinis incommoda, veniam obtinuit, ibique sex annos divinae voluntatis placitis omnino submissus moratus est. Exsilium invicta patientia pertulit; derelictae Ecclesiae suae sollicitus, saepe, datis ad Vicarium Generalem litteris, eiusdem necessitatibus subvenit, donec, post Gallici Imperii eversionem, datum illi fuit Maceratam redire. Ovantibus, gratulantibus clero populoque receptus, pastorali officii curas impensiore quam antea studio iterum sumpsit et, ingravescente annonae penuria, miranda exhibuit effusae caritatis exempla. Ad novissimos usque vitae annos in verbo Dei praedicando perseveravit, quin immo a Pontifice -accitos Eomam venit ut saeculari clero, et Purpuratis Patribus adstantibus, sacras conciones haberet. Sed toleratis in captivitate aerumnis, et laboribus assiduis non minus quam senio confectus, cogitavit Servus Dei se ab episcopatus onere liberare. He Maceratensem et Tolentinam Ecclesiam tam eximio Pastore orbaret, precibus eius noluit concedere Pius Pp. VII, sed vix ad hanc Petri Cathedram evectus rec. me. Leo Pp. XII, desideriis eius annuit, sanctoaue Pastori, iam octogesimum fere aetatis annum agenti, aedes Apostolicas Quirinales ad commorandum adsignabit. Ibi, ^totus caelestium rerum contemplationi deditus, quadraginta tantum dies moratus est; nam, cum vitam suam holocaustum obtulisset pro Supremi Ecclesiae Rectoris vita periclitante, apoplexia correptus, sanctissimo exitu obdormivit in Domino Kalendis ianuariis anni MDOCCXXIV. Elatus •est ad Sancti Ioannis et Pauli triumpho simillima pompa, omnis conditionis civibus nobilibus viris, Praesulibus, et ipsis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, ad mortales Servi Dei exuvias suprema vice invisendas confluentibus. Sanctitatis autem fama, qua vivens gaudebat,

non modo apud viros pietate ac doctrina praestantes, sed etiam apud Decessores Nostros Pontifices Romanos post obitum eius latius percrebuit, ob superna quoque prodigia, quae, ipso deprecante, a Deo patrata ferebantur. Quam ob rem penes Sacrorum Rituum Congregationem de Vincentii Mariae Strambi beatificatione et canonizatione causa agitari coepta est, et illius introductionis Commissionem die xxv mensis- iunii anno MDCCCXLIII Gregorius Pp. XVI propria manu signavit. Postea, ordinariis et Apostolicis Inquisitionibus legitime peractis, ad dubium de Vincentii Mariae virtutibus discutiendum ventum est, omnibusque probationibus sumptis expensisque, virtutes eius heroicum attigisse fastigium rec. me. praedecessor Noster Leo Pp. XIII sollemni decreto sancivit, Kalendis aprilibus anno MDCCCLXXXXIV edito. Actum deinde est de miraculis quae, ipsius Vincentii Mariae intercessione, a Deo patrata ferebantur, Nosque per decretum die xix mensis martii labentis anni MDCCCCXXV editum de duobus miraculis constare suprema auctoritate Nostra declaravimus. Cum igitur de heroicis virtutibus ac de duobus miraculis iam esset prolatum iudicium, illud supererat discutiendum num Venerabilis Dei Servus Vincentius Maria Strambi inter Beatos tuto foret recensendus. Id propositum fuit a venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, huius Causae Relatore, in Generali Sacrorum Rituum Congregatione coram Nobis in aedibus Vaticanis die vicesima quarta mensis martii nuper elapsi coadunata, omnesque, tum Cardinales sacris tuendis Ritibus praepositi, tum Patres Consultores, unanimi consensu affirmative responderunt. Nos tamen Nostram aperire mentem distulimus, atque iterandas esse preces censuimus, ut ad sententiam in tam gravi negotio ferendam caeleste auxilium Nobis compararemus. Quod cum impensis precibus fecissemus, tandem quarto Kalendas apriles vertentis anni MDCCCCXXV, nempe Dominica Passionis Domini, Eucharistico Sacro rite litato, accitis adstantibus que venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae,- Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto et causae Relatore, una cum dilectis filiis Angelo Mariani, Fidei Promotore Generali, nec non Alexandro Verde, eiusdem Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, sollemniter ediximus tuto procedi posse ad Venerabilis Dei Famuli Vincentii Mariae Strambi Beatificationem. Quae cum ita sint, Nos, precibus etiam permoti Congregationis universae Clericorum Regularium Excalceatorum a Sanctissima Cruce et Passione D. N. I. C, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, facultatem facimus ut Venerabilis Servus Dei Vincentius Maria Strambi, e Congregatione Clericorum Excalceatorum Sanctissimae Crucis et Passionis D. N. I. C, Episcopus ohm Maceratensis et Tolentinae Ecclesiae, Beatus in posterum appelletur,

eiusque corpus et relliquiae, non tamen in solemnibus supplicationibus deferendae, publicae fidelium venerationi proponantur, atque imagines radiis decorentur. Insuper, eadem Nostra auctoritate, concedimus ut de illo recitetur Officium et Missa celebretur de Communi Confessorum, qui fuerunt Pontifices, iuxta rubricas Missalis et Breviarii Romani, cum Orationibus propriis per Nos adprobatis. Eiusdem vero Officii recitationem et Missae celebrationem fieri dumtaxat concedimus in dioecesi Centumcellarum ubi Beatus ipse natus est, in hac Alma Urbe ubi mortalem vitam cum immortali commutavit, in sibi invicem unitis dioecesibus Maceratensi et Tolentina, quas tres supra viginti per annos sapientissime moderatus est; nec non in piis domibus atque in templis omnibus et oratoriis quibus ubique terrarum utitur Congregatio a Cruce et Passione D. N. I. C, ab omnibus fidelibus tam saecularibus quam regularibus, qui Horas canonicas recitare teneantur; et quod ad Missas attinet a sacerdotibus confluentibus ad tempia in quibus Beati ipsius festum celebretur. Denique largimur ut in templis superenunciatis sollemnia Beatificationis Vincentii Mariae Strambi, Episcopi, Confessoris, peragantur cum Officio et Missa Duplicis maioris ritus, idque fieri praecipimus die rite designando intra annum postquam eadem sollemnia in Patriarchali Basilica Vaticana fuerint celebrata. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretarii Congregationis Sacrorum Rituum subscripta et Cardinalis Praefecti sigillo munita sint, in disceptationibus, etiam iudicialibus, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi hisce ostensio Litteris haberetur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVI mensis aprilis anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE .

. . -\ • I

AD EMUM P. D. IOANNEM, TITULO S. MARIAE TRANS TIBERIM, S. R. E. PRESB. CARD. TACCI, SACRI CONSILII PRO ECCLESIA ORIENTALI SECRETARIUM: DE APPARANDIS SOLLEMNIBUS IN SEXTUM DECIMUM PLENUM SAECULUM A CONCILIO NICAENO.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum in superiore Consistorio, ut aiunt, secreto, Purpuratis Patribus nuntiavimus mentem esse Nostram, ut sextum decimum plenum saeculum a convocata absolutaque Nicaena Synodo, ex Oecumenicis prima, in bac Alma Urbe et sub oculis paene Nostris sollemniter recoleretur, addidimus praeterea, proprias hac de re Litteras Nos tibi inscripturos; aequum enim Nobis videbatur, instituendae ordinandaeque eius eventi commemorationis, quod in Ecclesiae catholicae fastis tam elucet quam quod maxime, mandatum tibi dari, utpote qui Orientalis Ecclesiae negotia et auctoritate geras Nostra et, pro tuo religionis studio, summopere provehas. Ea quidem res agitur, quae quanti Nostra et Apostolicae Sedis intersit, omnes intellegunt, quicumque res Ecclesiae gestas vel mediocriter tenent. Nam, ut litterarum monumenta testantur, Concilium Nicaenum primum, quod eo spectabat ut Ariana haeresis prorogaretur, Ario impiisque eius asseclis damnandis, nisi resipuissent, deque Ecclesiae gremio eiiciendis, coactum non est nisi de consensu Silvestri Pontificis eodemque per suos praesente Legatos, qui Actis, ut ipsa Consistorii occasione diximus, primi omnium - nimirum quod Pontificis personam sustinerent - subscripsere, licet Vitus ac Vincentius sacerdotio dumtaxat initiati essent. Neque omittendum, anathema in Arianes sanctae Ecclesiae Catholicae et Apostolicae nomine latum a Patribus esse, et Apostolicam Sedem doctrinae Nicaenae capita tamquam sua et a se probata habuisse ac défendisse. Multa ceteroquin alia, quae ad fidem et ad disciplinam pertinerent, saluberrime Nicaena Synodus sanxit ac decrevit: ut de Paschate uno eodemque die ubique celebrando, ut de Meletiano schismate deque sectis Novatiani et Pauli Samosatensis, ut de episcopis eligendis ac consecrandus, ut de publicae paenitentiae instituto, de catechumenis, de iniusto foenore; quae quidem decreta ad fovendam Ecclesiae unitatem et disciplinam cleri populique stabiliendam quam plurimum profuerunt. Iamvero inlustrari haec omnia et vulgo patefieri oportere, ut Christo Domino et

Petri Cathedrae debitus honor et debita gratia habeatur, dilecte fili Noster, est Nobis persuasissimum: in quo propterea, qua soles sollertia, elaborare ne dubites. Accitis igitur egregiis viris, qui Ecclesiae in universum rerumque praecipue Orientalium calleant historiam, iisdemque in consilium adhibitis, videas quo pacto saecularem eiusmodi faustitatem celebrari liceat: ex iis autem, qui harum cognitione rerum et dicendi facultate praestant, nonnullos eligito, qui eventum sane celeberrimum per scripta late divulganda ©rationesque publice habendas in sua luce collocent. Quae utinam commemoratio nonnihil ad id conferat, quod tam vehementer cupimus, nempe ut Orientales populi, quos a Romana Ecclesia miserrimum adhuc discidium transversos agit, communionem Nobiscum fidei, praeiudicatis opinionibus depositis, desiderent atque haud nequiquam desiderent. Ut autem munus a Nobis tibi commissum facilius expleas, efficiat apostolica benedictio, quam, caelestium auspicem luminum fraternaeque caritatis Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, iisque omnibus, quos tui laboris socios adsciveris, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die iv mensis aprilis, anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. AUGUSTUM TITULO SANTAE CAECILIAE, S. R. E. PRESB. CARD. SILJ, VICARIUM SSMI DÑT NOSTRI IN VALLE POMPEIORUM: IN QUINQUAGESIMUM ANNUM AB INITA POMPEIANAE ICONIS VENERATIONE.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Dum mirifice tamque crebro peregrinorum frequentia ac pietate delectamur, qui huc catervatim conveniunt ut propositam Iubilaei plenissimam veniam ad Apostolorum Martyrumque sepulcra lucrifaciant, alia profecto Nobis ex eo adiungitur delectationis accessio, quod in hunc annum sacrum annus incidit quinquagesimus, postquam, vetere quadam imagine Beatissimae Virginis a Bosario in Vallem Pompeiorum tum paene desertam minusque tutam inducta, ubi rustici homines haud sane multi in agris colendis, nullo religionis praesidio, desudabant, dilecto filio Bartholo Longo in mentem venit, ut Aedem Sacram in honorem Deiparae a Bosario excitaret, in qua iisdem famosae vallis incolis christiana explere officia liceret. Parvam quidem Aedem egregius ille vir, cui nulla esset futurarum rerum praesensio,

cogitabat; verumtamen, ob impetratum a Virgine a Pompeiis gratiarum rerumque mirabilium copiam is christifidelium animos ardor ubique gentium incessit, talis fuit peregrinorum eo confluentium numerus tamque überaus undique, in piae grataeque voluntatis testimonium, stipis donorumve collatio, ut templum ibi erectum sit cum et lineamentis et artificiis praestabile, tum omne genus ornatibus locupletissimum. At vero, quod caput est, numerari facile nequeant ii omnes, qui, in eiusmodi sanctuario a culpis sceleribusque expiati, ad christianae vitae exercitationem rediere feliciter: provectam quoque commemorare placet, non tam singularem, quam communem in ipso familiarum gremio Marialis Rosarii recitationem, praetereaque supplicationem illam, quae die octavo mensis maii et primo dominico die mensis octobris in toto fere orbe terrarum quotannis haberi solet, quamque Nosmet in sacello Paulino cum mira quadam animi voluptate ac suavitate adhibemus. Qua quidem universitate et communione precum, quo pacto Deiparae Virginis gratiam militans Ecclesia non sibi demereat? Nec quisquam ignorat, cum hisce tantis spiritualis vitae emolumentis, quae et cives urbis circa Basilicam sensim conditae et advenae frequentissimi salubriter capiunt, mirabilia etiam christianae beneficentiae instituta coniungi, te, dilecte fili Noster, in primis curante, cui Apostolica Sedes sanctuarium ac cetera opera cum eo nexa ad regundum moderandumque commisit. Dicimus, praecipue, erecta hospitia illa duo, alterum orbis puellis excipiendis, alterum filiis eorum, qui in custodia publica sunt, sospitandis: dicimus domum, haud ita multo post dedicandam, quae filias item eorum, qui in carceribus detinentur, ab omnibus solitudinis ac derelictionis periculis, ut speramus, ereptura est. Quam quidem domum, ut cetera Pontificia hospitia et aedificia et opera Vallis Pompeiorum, quemadmodum proximus decessor Noster, Litteris die v mensis decembris anno MDCCCCXXI datis, Apostolicae Sedi propriam attribuit, sic Nos, in eiusdem Apostolicae Sedis possessione perpetuo fore, auctoritate Nostra, confirmamus. Itaque, pro Nostra in Virginem Vallis Pompeiorum pietate, tibi, dilecte fili Noster, stimulos adnuwemus - at num stimulis eges? - ad haec quinquagesimi anni sollemnia sic agenda, quemadmodum rei gravitas postulat; in quo probe nosti tibi, ea, qua solent, navitate, adfore dilectos" filios Vincentium Celli, protonotarium apostolicum, et Petrum Di Pietro, ab intimo Nostro cubículo, quibus potissimum adiutoribus in procuratione Pontificii Operis uteris. Quicquid vero in re praesenti decreturus es ac facturus, iam nunc vehementer probamus, cum prudentiam in consiliis ineundis tuam atque in agendo impigritatem prorsus compertam habeamus. Interea laetamur, turrim sacram maximae molis marmoream, singulari opere artificioque perfectam, quam Nos, ad mentem quoque decessorum

Nostrorum Pii X et Benedicti XV, Sacratissimo Cordi Iesu dicatam voluimus, te die quarto ac vicesimo proximi mensis detecturum esse, itemque domum, quam supra memoravimus, filiabus captivorum alendis ac rite instituendis die duodevicesimo mensis octobris dedicaturum. Animo autem prospicimus ac praesentimus, die natali, ut ita dicamus, Vallis Pompeiorum quinquagesimo, qui dies erit mensis novembris tertius decimus, tales, cum sacras caeremonias, tum civiles laetitias, actum iri quarum similes nemo unus in ea civitate adhuc, per id temporis spatium, adspexerit. Hoc quidem vertente anno planum est fideles bene multos, praesertim e meridianis Italiae regionibus, illuc esse coituros; verum, haud mediocrem Nobis afferent ii omnes iucunditatem, quotquot, romana peregrinatione sancte suscepta sanctiusque absoluta, celeberrimum eiusmodi Mariale sanctuarium adibunt ut Nosmet ac sese in Deiparae a Rosario tutelam piissime tradant, ante quam in patriam suam revertantur. Utinam honores sibi in tanta rei faustitate deferendos Virgo a Valle Pompeiorum, ut est in studiosos filios prolixa, caelestium cumulo gratiarum rependat: quarum conciliatricem, paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, laborum item tuorum sociis et civibus eius urbis, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xi mensis aprilis, anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

AITGUSTAN.-EISTETTEN.

DE COMMUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

DECRETUM

Quum incolae pagi *Altstetten,* ad paroeciam *Wellheim,* dioecesis Augustanae, pertinentes, propriam ecclesiam paroecialem ob nimiam distantiam viaramque asperitatem adire non soleant, sed ab immemorabili tempore frequentent proximiorem ecclesiam paroecialem loci *Bmsheim,* in dioecesi Eistettensi, Episcopus Eistettensis, de consensu Ordinarii Augustam, ab Apostolica Sede efnagitavit, ut memoratus pagus a dioecesi Augustana dismembraretur et dioecesi Eistettensi incorporaretur.

Quibus precibus Ssmus D. N. Pius PP. XI, attento utriusque Ordinarii consensu, necnon favorabili voto R. P. D. Eugenii Pacelli, Archiepiscopi tit. Sardian. et Nuntii Apostolici in Bavaria, benigne annuendum decrevit. Quapropter, vi praesentis Consistorialis decreti, pagum *Altstetten* a dioecesi Augustana et a paroecia *Wellheim* separat atque dioecesi Eistettensi et paroeciae *EmsJceim* perpetuo adiungit.

Ad haec exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputare dignata est eundem R. P. D. Eugenium Pacelli, eidem tribuens omnes facultates ad id necessarias, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; facto onere transmittendi intra sex menses ad S. C. Consistorialem authenticum exemplar exsecutionis peractae. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. C. Consistorialis, die 17 aprilis 1925.

83 C. CARD. DE LAI, Episc, Sabinen., *Secretarius.*

L. © S. .

f Fr. Raphael C. Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

6 aprilis 1925. — Metropolitanae Ecclesiae Montisregalensi in Sicilia praefecit R. P. D. Ernestum Filippi, hactenus Episcopum titularem Sardicensem.

— Cathedrali Ecclesiae Raleighiensi nuper erectae, R. D. Gulielmum J. Hafey, Cancellarium Curiae archiepiscopalis Baltimorensis.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

ABULEK ET ALIARUM

RESIDENTIAE ET DISTRIBUTIONUM

SPECIES FACTI. — Litteris suffragio Ordinarii sui auctis et ad hanc Sacram Concilii Congregationem datis, exponebat nuper Capitulum Abulense se ante Codicem iuris canonici editum, a temporibus Iulii III, in quasi-possessione fuisse iuris fruendi per *quatuor* menses vacationibus a choro, loco trium quos can. 418 concedit, et quidem ita ut durante primo mense nonnisi distributiones pro Matutino et Laudibus assignatas amitteret (pes. 0,15; dum omnes distributiones quotidianaé sunt pes. 0,54, pro fructibus praebendae assignatis pes. 9). Edito vero Codice a nonnullis dubitatum, occasione reformationis statutorum capitularium, utrum iure hoc particulari an communi Codicis iure esset in eo Capitulo utendum. Praeterea ad pleniorem declarationem resolutionum ab hac Sacra Congregatione datarum in *Toletana et aliarum* die 20 iulii a. .1920, reverenter postulabant Capitulares quid demum in praxi censendum esset de iuridicis effectibus absentiae a choro per aliquot dumtaxat horis canonicis, imo per unam horam, sine legitima causa. Ad rem itaque, tria dubia humiliter subiiciebantur Emis Patribus resolvenda nimirum:

« I. Utrum privilegium Capitulo Cathedrali Abulensi a Iulio III concessum, iuxta quod canonici huius Cathedralis frui quatuor mensibus

« vacationum possunt, quin fere nihil distributionum amittant, vim reti-
« neat necne;

« II. Quum in *Toletana et aliarum,* die vigesima iulii anni 1920, resolu-
« tum sit tempus absentiae esse supputandum per dies integras, an dies
« qua canonicus illegitime absit aliquibus tantum horis, sed non omnibus,
« debeat haberi ut dies *residentiae* vel ut dies *absentiae ;*

« III. An illa die qua canonicus illegitime absit aliquibus sed non omni-
« bus horis, privetur tantum distributionibus horarum quibus illegitime
« abfuit, vel tum fructibus tum distributionibus pro rata illarum horarum
« illegitimae absentiae, vel tandem tum fructibus totius diei tum 'distri-
ci butionibus horarum quibus illegitime abfuit ».

ANIMADVERSIONES. — De praefato privilegio Capituli Abulensis fruendi quatuor vacationum mensibus, fuse iam egit ante Codicem Garcia, et ipse canonicus Abulensis, praeclaro suo opere *De beneficiis,* tom. I, part. III, c. 2, n. 254 ss., ubi refert quidem Sacram Congregationem Concilii, die 3 augusti 1586, edoctam ab Episcopo Feminio de exsistentia *statuti,* quo permitterentur capitulares abesse per quatuor menses a servitio et residentia, censuisse, *donec non constaret de valida et legitima confirmatione,* servandum esse decretum Concilii Trident, sess. XXIV, c. 12, de absentia trium mensium dumtaxat. Indeque arguit Garcia non plene edoctam fuisse Sacram Congregationem de praedicti statuti confirmatione m *forma specifica,* iam facta per Leonem X et Iulium III, cuius postremi, seu potius, eiusdem Poenitentiarii Maioris, de speciali mandato et vivae vocis oraculo, editarum Litterarum tenorem idem canonista refert. Ex his revera deprehenditur « inter cetera statuta et ordinationes dictae Ecclesiae unum « fuisse ab antiquo tempore citra editum et continue observatum quo «disponitur ut quilibet... postquam... singulis annis per octo menses « dicta ecclesia continuos vel interpolatos resederit, reliquos quatuor menses «seu centum viginti dies... quolibet anno... habeat ». Hoc vero statutum tunc postulasse Capitulares Apostolicae confirmationis munimine confirmari « quia validiora sunt ea *quibus Apostolicae Sedis auctoritas inter - « cedit...».* Porro prosequitur: «Nos igitur dicti statuti tenorem praesen- « tibus pro sufficienter expresso ac de verbo ad verbum inserto habentes... «statutum praedictum quatenus usu receptum ac ut praemittitur obser- « vatum existat, tenore praesentium approbamus et confirmamus, *sup- « plentes omnes* et *singulos, tam iuris quam facti, defectus,* si qui forsan « intervenirent in eodem...; sicque per quoscumque iudices... etc. *sublata* « eis aliter iudicandi, etc., iiTitumque et inane, etc. Non obstantibus consti- ci tutionibus et ordinationibus apostolicis, etc. ». Quibus attentis refert

Garcia, praefata S. C. Concilii resolutione non obstante, nec contradicentibus Episcopis, Capitulum perrexisse, sicut antea, gaudere absentia quatuor mensium. Revera, arguit Garcia, in Conc. Trid., sess. XXIV, *de ref.,* c. 12, abrogata sunt tantummodo *statuta* et *consuetudines* contraria; non vero quae fuissent ab Apostolica Sede in forma specifica, ut in casu, confirmata; et quamvis dein Pius IV, const. *In principis Apostolorum* abrogasset etiam *privilegia* contraria decretis Tridentinis, id intelligendum est de decretis dumtaxat quae mentionem *privilegiorum* contrariorum faciunt, quae mentio deest in cit. c. 12, sess. XXIV, *de ref.* (cfr. quoque Fagnan., in c. *Licet, de praeb.,* n. 59-62; Barbosa, tr. var.: *in elatis. Sublata;* Leuren., *For. benef.,* p. I, sect. 9397, n, 10; Bened. XIV, *Instit.* 107, § VI; Henry, *de resid.,* p. 122; De Herdt, *Prax. capit.,* p. 316 s. ; S. C. C, in. *Nullius,* 1596, lib. decr. VIII, § 178; *Corduben.,* 14 dec. 1765; *Mexican.,* 9 iun. 1855, etc., et alia apud Pallottini, v. *Canonici,* § IX, n. 37, 40-45). Quidquid demum sit de doctrina cl. Garcia, certum est privilegium illud, de facto, in usu et exercitio mansisse etiam post relatam S. C. Concilii declarationem, spatio plurium saeculorum ante editum Codicem; quamobrem saltem confirmatum seu denuo acquisitum per legitimam consuetudinem aut praescriptionem censeri debet, ad mentem quoque Codicis, can. 63 (Cfr. Reiffenst., 1. V, tit. 33, n. 39-40; Wernz, *Ius decret.,* I, 160).

Neque dato Codice privilegium hoc revocatum fuisse palam est. Enimvero can. 418 § 1 reprobatur tantum *contraria consuetudo,* non revocantur privilegia contraria, multoque minus statuta auctoritate Apostolica* in forma specifica confirmata : cfr. c. 60, § 2: « Per legem contrariam nulla *rescripta* revocantur, nisi aliud in ipsa lege caveatur». Quamobrem privilegium de quo agitur accenseri debet, procul dubio, privilegiis de quibus in can. 4 statuitur: « Iura aliis quaesita, itemque privilegia atque indulta, « quae ab Apostolica Sede ad haec usque tempora personis, sive physicis « sive moralibus concessa, in usu adhuc sunt nec revocata, integra manent, « nisi huius Codicis canonibus *expresse* revocentur ».

Verum si substantia privilegii, quod ad quatuor menses vacationes attinet, integra manet etiam post datum Codicem, non ita videtur dicendum de concessione lucrandi distributiones contra mentem can. 418 § 3. Enimvero nullo privilegio Capitulum in casu se valet tueri adversus praescriptum can. 395 §1 prohibentis ne distributiones quotidiaxiae ita tenues sint ut verisimiliter negligantur et iubentis ut, hoc in casu, « Episcopi tertiam partem separent fructuum, etc., et in distributiones quotidianas convertant ». Quamobrem pro distributionibus quotidianis iam non sola *duodevigesima* fere pars (i. e. 0,54 ex 9,54), sed saltem *tertia* est constituenda : ac ita iam mutatur obiectum factae concessionis et quidem

tam graviter mutatur- ut concessio ipsa sine adaequata ratione sustineri seu novo statui rerum aptari nequeat. Iamvero Capitulum fatetur «rationes speciales convenientiae seu causas illius veluti privilegii, in casu non allegari»: et consonat Episcopus: « Si nunc ex novo dictum privilegium esset concedendum, nullam viderem. causam an Capitulum non servaret ius commune ».

Alterum tertiumque dubium quod attinet, ipsa, ut patet, non respiciunt solum Capitulum Abulense, sed generalem legem attingunt, prout in causa *Tolétana et aliorum* est pro universis Capitulis declarata. Supponitur in his dubiis absentiam Canonici a choro esse *illegitimam,* hoc est, praeter dies vacationum concessos; nullaque generali dispositione ex his quae can. 420 et 421 recensentur, ne quidem iis quae ad can. 412 attinent, ac nullo speciali indulto, quod rationabiliter petenti S. Congregatio nemini negat, cohonestan. Porro, quod spectat directe ad alterum dubium, in praefata causa Toletana, S. Congregatio, inhaerens quamplurimis antea datis resolutionibus, regulam hanc proposuerat: ad constituendum nimirum servitium novem (in casu octo) mensium non esse colligendas punctaturas, quasi ii, qui novem (resp. octo) partes punctaturarum ex duodecim, quae ex servitio totius anni conflantur, deserviendo retulerint, servitio novem (resp. octo) mensium debito satisfecerint; sed ipsos dies residentiae seu servitii, sive continui fuerint sive interpolati, numerandos esse ut numerum compleant dictorum novem (seu octo) mensium. Exinde prono fluit alveo eum qui non est praesens choro per integram diem consumere unam diem vocationum (cfr. etiam de Herdt, *Prax. Cap.,* p. 323 ss.); quod est diem filium computari debere inter dies absentiae, nec residentiae. Nam residentia propria canonici est assistentia officio chorali, quod, ex can. 413 § 2, comprehendit «psalmodiam *horarum* canonicarum et celebrationem Missae conventualis »; qui itaque vel ab uno ex his elementis choralis officii abest, *integre* officio [non satisfacit: praesumi autem debet canonicus velle potius suo iure non residendi per vacationem, sibi permissam can. 418, § 1, uti, quam velle suae obligationi *illegitime* deficere.

Ex hac doctrina nullo negotio deducitur etiam solutio tertii dubii quod proponitur: nam fructus praebendae respondent *diebus* residentiae, sicut distributiones'Äom servitii praestiti. Et revera ita solent dividi: pro diebus illae, *pro¿* horis canonicis istae. Si itaque dies quibus canonicus vel per unam horam illegitime abest (h. e. praeter vacationum permissum numerum) sunt dies absentiae, consequens est ut amittat ea die fructus praebendae. Et ita constat etiam can. 2381: « eo ipso *illegitime* absens privatur omnibus « fructibus sui beneficii pro rata illegitimae absentiae »: i. e. pro diebus vel mensibus quibus fuerit absens: nam, ut vidimus, absentia computari

debet per dies, non per horas. In tantum, igitur, Capitularis potest percipere fructus praebendae, in quantum dies absentiae computari possint inter nonaginta (vel centumviginti) dies vacationum a iure permissis: qui praeter hunc numerum sunt, omnes et singuli necessario inducunt amissionem fructuum praebendae, prout iam resolutum est in Toletana ad VI: « Tempus illegitimae absentiae computari statim a transacto tempore legitimae vacationis ».

Pariter, ex principio supra posito, quod distributiones respondent *horis* canonicis, quibus Canonicus revera astiterit, tamquam stipendium et merces praestiti servitii (cfr. Trid., sess. XXII, c. 3; XXIV, c. 12, *de ref.),* fluit Canonicum qui solummodo aliquot horis revera interfuit, lucrari debere distributiones hisce respondentes, et amittere eas omnes quae respondent horis quibus non interfuit. Quod iam respondebat idem Garcia, (op. cit., n. 325). Quapropter qui quolibet die alicui horae cúlpate non intererit, reputabitur absens ea ipsa die quoad mulctam fructuum suae praebendae, quamvis lucretur distributiones pro ceteris horis quibus praesens erit. Cfr. De Herdt, op. cit., XXVIII, § 9. Idque non obstante quod *dies* ille considerari debeat tamquam, absentiae: nam et Canonicus qui, tempore vacationum sibi concesso reapse choro inservit, procul dubio lucratur distributiones, non obstante can. 418 § 3: agitur enim de stipendio operae debito.

Quare, etc.

RESOLUTIO. — Porro, propositis in plenariis comitiis diei 13 maii 1922, 12 ianuarii et 15 martii 1924 suprascriptis dubiis, Emi Patres Sacrae Congregationis Concilii respondendum censuere:

Ad. Ium Quoad vacationum menses Capitulum utatur privilegio Iulii III, servato tamen can. 418, § 2 C. I. C.; quod vero ad distributiones spectat, sese conformet omnino canonibus 395, § 1 et 418, § 3 C. I. C.

Ad IIum *Negative* ad 1am partem, *affirmative* ad 2am.

Ad IIIum *Negative* ad 1am et 2am partem, *affirmative* ad 3am.

Pactaque postmodum Ssmo Domino Nostro Pio, Divina Providentia PP. XI relatione per infrascriptum S. Congregationis Secretarium in Audientia diei 16 martii 1924, Sanctitas Sua datas resolutiones approbare et confirmare dignata est.

† Iulius Episc. Lampsacen. *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

LAUSANNES.

CANONIZATIONIS BEATI PETRI CANISII, CONFESSORIS, SACERDOTIS PROFESSI E SOCIETATE IESU.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam ab Apostolica Sede eidem Beato venerationem, tuto procedi possit ad solemnem ipsius Canonizationem?

Quae et quanta sint merita, quibus praestat et ditescit causa Canonizationis Beati Petri Canisii, universa eiusdem Beati vita gestaeque res ostendunt aperteque significant. Sed quae egit operatusque fuit Beatus Petrus Oanisius per integrum suae vitae curriculum, quod septuaginta et septem annorum "conc! usum fuit spatio, singillatim retexere fideliterque persequi perlongum profecto esset opus, quantumvis auditu periucundum maximoque cum totius christiani populi fructu coniunctum. Mhilominus praedivitem non minus quam praeclaram gestorum segetem perstringere eamque uno fere introspicere ac dimetiri oculorum coniectu difficile sane non est prudenti viro, sagaci iustoque rerum aestimatori. Hic enim, post accuratam adhibitam pervestigationem, facere non potest, quin strato rectoque tramite illuc adducatur, ut agnoscat et fateatur, ex hisce duobus, e nativo veluti ac primario fonte, et alta tamquam ex radice, omnia ad unum fuisse derivata; e perspecta nimirum, qua Beatus Petrus Canisius sanctitate floruit, et ex insigni eximiaque, qua inclaruit, doctrina.

Eum plane omnipotens et misericors excitavit Deus, ut, duplici quasi munitus gladio, totus ad depravatos reformandos populi mores incumberet et ad insectandam et refellendam longe lateque grassantem haeresim. Huic, quae peculiaris Beati Petri Canisii missio seu vocatio esse debebat, ipsemet prolusit Deus, uti ex adiunctis coniicere licet, quae Petri comitata sunt nativitatem. E tribus siquidem, quae pro eiusdem Beati festo ab hac sacra rituum Congregatione approbatae sunt, historicis lectionibus, ei, quae prima est, istud praefixum legitur exordium: *Petrus Canisius Noviomagi in Geldria natus est eo ipso anno, quo Lutherus in Germania, ap rta*

rebellione, ab Ecclesia descivit, et Ignatius de Lo jola in Hispania, terrestri militia abdicata, ad proeliandum proelia Domini se contulit; Deo nimirum portendente, quos ille posthac adversarios, quem sacrae militiae ducem esset habiturus. Revera, duce ac magistro legifero patre Ignatio de Lojola, quot quantosque Petrus Canisius fecerit progressus, et qua constantia et fidelitate suae adhaeserit missioni seu vocationi, eamque quam plene cumulateque fuerit exsequutus, qui, a prima exorsi Petri aetate, et subinde per varia ipsius vitae stadia, et, post pretiosum eiusdem obitum, adeo diuturno varioque saeculorum cursu subsequuti sunt, mirum in modum comprobarunt eventus.

Quorum e numero unum vix atque alterum pretium est decerpere, prout in apostolicis enarrantur Litteris, quibus, Summo Pontifice sa. me. Pio Papa IX, anno millesimo octingentesimo sexagesimo quarto, Petro Canisio Beatorum delati sunt honores. Sextum porro supra vigesimum ille agebat annum, cum a Cardinali Othone Truehsensi, Episcopo Augustano, qui Viri scientiam virtutemque probe noverat, missus ad Concilium Tridentinum est, theologi nomine ac munere insignitus; in eoque frequentissimo Catholicorum Patrum consessu nemini probata non: est illius in disserendo doctrina, in explicandis quaestionibus consilii maturitas, in respondendo alacritas, in dicenda sententia gravitas et constantia. Quo autem flagrabat ardore catholicae tuendae veritatis, de recta sanaque iuvenum institutione summopere se praebuit sollicitum; pertinaci idcirco contendit studio, ut incorrupta iterum doctrina et scholastica theologia, accitis ad docendum probatae fidei magistris, publice traderentur; et quum a Protestantibus per libellos erroribus refertos dispergi in vulgus venenum cernerei, ut opportunum tanto malo remedium adhiberet, ipse catholicae doctrinae *Summam* conscripsit, ab Episcopis et theologis unanimi cum plausu exceptam et undequaque in animarum bonum diffusam.

Primus gubernandae provinciae Germanicae a sancto Ignatio praepositus, collegia erudiendae iuventuti ubique excitavit, omnemque dedit operam, ut perpetuo constitueretur in Urbe *Germanicum Collegium* excipiendis eius nationis iuvenibus, qui, sub auspiciis Romanorum Pontificum, bonis instituti moribus rectisque enutriti doctrinis, in patriam reversi, fortes, tamquam Christi milites, pervagantem haeresim debellarent.

Heic sistere oportet; ulterius quippe progredi praestituti apostolico huic Decreto non sinerent fines. Quocirca, ut, unde primum profectus est, eo revertatur sermo, neminem, qui in ecclesiastica et etiam civili vel paulisper versatus sit historia, effugere potest, qua Beatus Petrus Canisius sanctitate fulserit, qua excelluerit doctrina et quo amico arctissimoque altera cum altera in eodem Beato Petro Canisio coniuncta fuerit et sociata foe-

dere. Sed haec agnoscere et praedicare idem est atque agnoscere et praedicare merita, quibus valide copioseque instructa et parata ad supremum accedit Canonizationis fastigium prestantissima haec Beati Petri Canisii causa, quemadmodum facto ealculoque suo, prae primis, uti par erat, agnovit probavitque sacer hic Ordo in generalibus ipsius sacri Ordinis Comitiis, quae, die vigesima quarta huius mensis martii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI celebrata sunt. ISTam, ut recentiore aetate, peculiaribus incidentibus adiunctis, factum fuerat in causa Canonizationis Beatae tunc Bitae a Cassia, ita de duobus insimul in eadem generali Congregatione actum est Dubiis: *An, et de quibus miraculis, post indultam ab Apostolica Sede Beato Petro Canisio venerationem, constet in casu, et ad effectum, de quo agitur?* et: *An, supposita approbatione miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem ipsius Beati Canonizationem?* Quumque hoc alterum pariter Dubium per Beverendissimum Cardinalem Antonium Vico, causae Relatorem, fuisset propositum, omnes, qui interfuere, quum Reverendissimi Cardinales tum Patres Consultores, affirmativum tulerunt suffragium. Sanctissimus vero Dominus noster, omnium sententiis perceptis, pro rei gravitate, monitos voluit cunctos, ut preces impensius adhiberentur, quae Sibi caeleste Spiritus Sancti lumen impetrarent atque auxilium.

Hodierna autem die Dominica Passionis, sacris Mysteriis piissime celebratis, ad Vaticanas Aedes acciri mandavit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Eidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter edixit: *Tuto procedi posse ad solemnem Beati Petri Canisii Canonizationem.*

Hoc Decretum publici iuris fieri, in acta sacrae rituum Congregationis referri Litterasque Apostolicas sub Plumbo de Canonizationis sollemnibus, quandocumque Sanctissimo Domino nostro placuerit, in Basilica Vaticana celebrandis, expediri iussit, quarto kalendas apriles anno MDCCCCXXV.

£g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

BAIOCEK SEU LEXOVIEF.

CANONIZATIONIS BEATAE THERESIAE AB INFANTE IESU, VIRGINIS, MONIALIS PROFESSAE ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM IN MONASTERIO \ LEXOVIENSI.

^ **SUPER DUBIO**

An, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam ab Apostolica Sede eidem Beatae venerationem, tuto procedi possit ad solemnem ipsius Canonizationem?

Consulenti tabularium sacrae huius Congregationis eiusdemque fastos perlustranti alia non occurrit Causa, quae tam celeri tamque prospero actorum cursu supremam conscenderit Canonizationis metam, postquam praesertim adeo evolutus, progrediente tempore, evasit totque cautionibus circumseptus iudicioram ordo in hisce Beatificationis et Canonizationis causis recte riteque servandus. Vix enim unus ac decem abierunt anni, ex quo ad eamdem sacram Congregationem cognoscenda delata est Ancillae Dei Sororis Theresiae ab Infante Iesu Causa, et iam integrum, qua longe lateque patet, emensa ipsa fuit confecitque iter; quandoquidem, post adeptam, ante biennium, Beatificationem, tuto ac festino nunc procedit gradu, summum adquisitura sibi Canonizationis fastigium.

Hoc autem, uti alias, cum opportune monebat locus, animo advertere omissum non fuit, et longe superat huius Causae indolem humilem sane atque modestam, et valde praetergredi ur ipsam Theresiae ab Infante Iesu personam,- de puella enim agitur, quae absconditam in claustro vitam egit eamque perbrevem; nec a vitae Commentario repeti potest, quod. de seipsa, sua iubente Antistita, conscripsit Theresia. ISTam, qui tam mirabiles tamque universales e praefati vitae Commentarii studiosa non minus quam iucunda lectione magis magisque in dies copiose promanant, uberes salutis fructus adeo augustos humanosque inter limites nequeunt cohiberi: movere siquidem corda hominum, voluntates flectere, mores emendare, caritatem accendere aliaque generis eiusdem quamlibet humanam effugiunt industriam et in una dumtaxat divina gratia praesentique Dei auxilio adaequatam sui nanciscuntur explicationem. Omnibus igitur inspectis et pensatis, altius adsurgere quis cogitur, atque suspicere et revereri providentis Dei eonsilium, qui superbienti huic aetati in fideli ac dilecta Sui famula The-

resia praeclarum aptumque perhibere dignatus est exemplum, in eaque illud confirmare solemne et celebratum increatae Sapientiae praeceptum: *Nisi conversi fueritis, et efficiamini- sicut parvuli, non intrabitis in regnum caelorum* (Matth., XVIII, 3).

In hoc revera peculiare situm est sanctitatis genus, ad quod Deus appellavit Theresiam, quodque in seipsa cunctisque in suis actionibus operibusque fideliter illa retulit atque ad vivum expressit; eoque cognito perspectoque peculiari sanctitatis genere, fundamentum etiam apparet, quo mirus et extraordinarius innititur successus, quem lectissima naec sortita fuit Causa, simulque innotescit, quantum ipsa tempori incidat opportuna, et quantum christifidelium spirituali prospiciat bono.

Quocirca in generali Congregatione, quae, die vigesima $iarta huius currentis mensis martii, coram Sanctissimo Domino nostro B|p Papa XI coacta fuit, proposito per Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, causae Relatorem, Dubio: *An, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam ab Apostolica Sede Beatae Theresiae ab Infante Iesu venerationem, tuto procedi possit ad solemnem ipsius Canonizationem?* quotquot convenerant sacri huius Ordinis Suffragatores, omnes ad unum: *tuto procedi posse,* responderunt. Quamvis vero de unanimi hac suffragatione magnopere gratulatur fuisset Sanctissimus Dominus noster, nihilominus supremum iudicium Sibi censuit differendum eo quidem consilio, ut diuturnis interea precibus ad divinam opem effiagitandam suppeteret spatium. Quumque mentem Suam manifestam facere statuisset, hodiernam elegit diem Dominicam Passionis; ideoque, religiosissime perlitato Eucharistico sacrificio, ad Vaticanas Aedes advocari mandavit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, rite decrevit: *Tuto procedi posse ad solemnem Beatae Theresiae ab Infante Iesu Canonizationem.*

Hoc Decretum in vulgus edi, in acta sacrae rituum Congregationis referri Litterasque Apostolicas sub Plumbo de Canonizationis sollemnibus, quandocumque Sanctissimo Domino nostro placuerit, in Basilica Vaticana celebrandis, expediri iussit quarto kalendas apriles anno MDCCCCXXV.

£8 A. CARD. VICO, Èp. Portuen. et S. Rufinae,

S. B. C. Praefectus.

L. £8 S

Alexander Verde, *Secretarius.*

III

EOMANA SEU MACERATES, ET TOLENTIN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI VINCENTII MARIAE STRAMBI, E CONGREGATIONE CLERICORUM EXCALCEATORUM SSMAE CRUCIS ET PASSIONIS D. N. I. C, EPISCOPI OLIM MACERATENSIS ET TOLENTINATIS.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem praefati venerabilis Servi Dei Beatificationem f

Hodierni eventus f austitate, quo finis imponitur causae Beatificationis venerabilis Servi Dei Vincentii Mariae Strambi, non unus aut alter personarum coetus, non una aut altera civitas iure meritoque laetantur. Quamvis enim praefatus venerabilis Dei Famulus Centumcellas, haud ignobilem urbem, in ora Tyrreni maris sitam, habuerit patriam, ibique primam aetatem in sancto timore Domini traduxerit, mira modestia, pietate ac diligentia ornatam, Viterbium tamen, cuius Episcopo tunc Centumcellae suberant, est missus. Heic pariter, quam a puero fuerat ingressus, per eamdem deambulare perrexit eximiae virtutis semitam, sacrisque disciplinis sedulam navans operam, omnium in se convertit oculos. Mox Faliscodunum divertit, in cuius Seminarium, quod magna tunc temporis existimatione florebat, sese recepit, quumque inibi studiorum coniecisset curriculum suaeque vocationis praeclara exhibuisset specimina, ad subdiaconatus prius et ad diaconatus postmodum sacrum promotus est ordinem. Interim, adhuc diaconus, Balneoregiensis Seminarii renuntiatus est Rector, petente et instante illius dioecesis Praesule, a quo, Summi Pontificis impetrata venia, sacerdotio fuit initiatus, die natali Domini, anno millesimo septingentésimo sexagesimo septimo.

Aliquot post annos, suam in patriam reversus et maioris perfectionis studio flagrans, quod'constituerat sibi, in rem deduxit; nimirum Paulum a Cruce est sequutus, novaeque ab eo collectae spirituali militiae nomen dedit. Quum autem regularis observantiae custodia aliisque virtutibus non minus quam doctrina facile excelleret, complura magnique momenti in Congregatione sua munera promeruit, eisque naviter et religiose fuit perfunctus, maximeque sacri ministerii operibus intentus frequentissimos populos suis concionibus non excitabat modo, sed, admotis quodammodo facibus, ad christianam vitae rationem traducebat. Horum fama permo-

tus Summus Pontifex Pius Papa VII, decimonono exordiente saeculo, eum Maceratensis ac Tolentinatis ecclesiae Episcopum constituit. Hanc vero ecclesiam quum venerabilis Dei Famulus *forma gregis factus ex animo,* varias inter temporum vicissitudines, ad plures annos gubernasset, exsulare coactus, eo quod iniquum Gallis Praesidibus iusiurandum exhibere recusasset, sex annis Mediolani est commoratus.

Vix dicto est opus quantum venerabilis Servi Dei valetudo, quae deportationis incommodis atque aetatis nexu debilitata fuerat, mfirmior evaserit; eapropter in causa id fuit, cur episcopali sese abdicaverit munere, annuente Summo Pontifice Leone Papa XII, qui eum Romam arcessivit eique in Aedibus Apostolicis adsignavit domicilium, ubi tamen paullo post, ineunte nempe anno millesimo octingentesimo vigesimo quarto, dierum quidem, at magis meritorum, plenus, mortalem hanc posuit vitam. Ex ista, quae, cursim raptimque temporum, locorum et personarum facta est, recensione, satis superque patet, quam ingens et varius eorum sit numerus, qui ex vivendi agendique ratione, quam venerabilis Servus Dei Vincentius Maria Strambi per integrum suae vitae cursum tenuit perpetuoque servavit, quamque heroicam ascensionem esse adeptam apostolicum sanxit Decretum, fructuose sumere possent ad imitandum. Sed silentio haud est praetereundum peculiare adiunctum, quod venerabilis Servi Dei mirifice illustravit obitum, quodque proinde a felic. rec. Summo Pontifice Leone Papa XIII dignum est habitum, ut de illo disertam faceret mentionem, cum, universum dimissurus Coetum, qui pro heroicis Servi Dei discutiendis virtutibus fuerat coactus, augustissima haec protulit verba: *Causa de virtutibus heroicis venerabilis Servi Bei Vincentii Mariae Strambi, quae modo perpensa est, tam grata Nobis accidit quam quae gratissima. Praeter alia multa, dulce Nobis est recordari, quod et a nonnullis ex Consultoribus memoratum est, factum illud generosae virtutis ab eo, Nobis adolescentibus, patratum, cum periclitantem vitam Leonis XII Pontificis compensaturus, vitam ipse Deo devovit suam; et, ut probe nostis, deprecationem Deus excepit. Ex eo tempore tanta Nos cepit sanctitatis eius opinio, ut quotidie privata prece eius nomen atque opem implorare consueverimus.*

Haec sane omnia, quae Causam valide apteque iam suo penore instructam tantopere commendant et exornant, in hac postrema iudicii sede, prout eiusdem ferebat natura, plenam in lucem afferenda erant. Quamobrem in generali Congregatione, quae die vigesima quarta huius mensis martii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacta fuit, proposito per Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, causae Relatorem, Dubio: *An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem venerabilis Servi Dei Vincentii Mariae Strambi*

Beatificationem? quum Reverendissimi Cardinales tum Patres Consultores, uno velut ore, latis suffragiis, *affirmative* responderunt. Verumtamen Sanctissimus Dominus noster supremum Sibi reservavit iudicium, cunctosque adhortatus est Suffragai ores, ut férvidas interim f oeder at asque f underent Deo preces, praesidium et lumen a Patre luminum impetraturus. Quumque mentem Suam aperire decrevisset, hodiernam statuit diem Dominicam Passionis; idcirco, Sacris devotissime operatus, ad Vaticanas Aedes advocari voluit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Tuto procedi posse ad solemnem venerabilis Servi Bei Vincentii Mariae Strambi Beatificationem.*

Hoc Decretum in vulgus edi, in acta sacrae rituum Congregationis referri Litterasque Apostolicas in forma Brevis de Beatificationis sollemnibus, quum primum licuerit, in Basilica Vaticana celebrandis, expediri iussit quarto kalendas apriles anno MDCCCCXXV.

£6 A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretar ius.*

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

NOMINATIONES

SSmus Dominus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decreto huius Sacrae Congregationis d. d. 19 martii 1925, deputare dignatus est R. P. D. Angelum Iosephum Roncalli, Archiepiscopum titulo Arcopolitanum, *Visitatorem Apostolicum Bulgariae.*

Brevi Apostolico diei 24 martii 1925, R. P.Hannibal Cattaneo, in Ordine Fr. Minorum' Capuccinarum Caelestinus a Desio, Episcopus titularis Busiritensis, nominatus est *Vicarius Apostolicus Erythraeae.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RELIGIOSI

AVVISO DI CONCOESO

Dovendosi negli Unici della Sacra Congregazione dei Religiosi provvedere a due' posti di Aiutante di studio, viene all'uopo indetto un concorso per esame scritto su temi di Diritto canonico con particolare riguardo alle materie di competenza propria della detta Congregazione.

Quei sacerdoti che volessero prendervi parte, purché non abbiano oltrepassati i 40 anni d'età e siano muniti almeno di laurea in Teologia e in Diritto canonico, dovranno esibire alla Segreteria della S. Congregazione, entro un mese dalla data del presente avviso, la domanda corredata dal *nulla osta* del proprio Ordinario e dell'Emo Card. Vicario di Sua Santità, dai documenti degli studi ecclesiastici compiuti, dei gradi accademici conseguiti, nonché di altri titoli.

Si terrà speciale conto della conoscenza delle lingue straniere.

La condizione del limite massimo di età non si esige per coloro che, essendo già addetti negli Uffici della S. Congregazione dei Religiosi, volessero prendere parte al concorso.

L'esame scritto avrà luogo nella Segreteria della medesima S. Congregazione giovedì 28 maggio p. v. alle ore 8 antemeridiane.

Roma, dalla Segreteria della S. Congregazione dei Religiosi, .17 aprile 1925.

Vincenzo La Puma, *Segretario.*

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 21 aprile 1925, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre si è tenuta la *Congregazione Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori Teologi, hanno discusso e dato il loro voto dapprima sul dubbio detto del *tuto* per la solenne beatificazione delle Venerabili Serve di Dio Suor Ifigenia da S. Matteo della Congregazione delle suore dell'adorazione perpetua del Santissimo Sacramento, Suor Elisabetta Teresa del S. Cuore di Gesù dell'Ordine delle Orsoline, Suor Maria Rosa dell'Ordine di S. Benedetto, Suor Maria di S. Enrico dell'Ordine Cistercense e Compagne martiri, uccise, come si asserisce, nel mese di luglio dell'anno 1794 in Oranges; e quindi su due miracoli che si

asseriscono operati da Dio per intercessione delia Ven. Serva di Dio Maria Michelina del Ssmo Sacramento fondatrice della Congregazione delle Ancelle del Ssmo Sacramento e della Carità, i quali miracoli vengono proposti per la sua Beatificazione.

Martedì 28 aprile 1925, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la *Congregazione Generale* dei Sacri Eiti, nella quale gli Emi e Emi Signori Cardinali, i Emi Prelati ed i Consultori Teologi che la compongono, hanno discusso il dubbio e dato il loro voto su due miracoli, che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Ven. Suor Maria Bernarda Soubirous della Congregazione d#lle Suore della Carità e dell' Istituzione Cristiana « de Nevers » i quali miracoli vengono proposti per la Beatificazione della medesima Ven. Serva di Dio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato nominare:

4 aprile 1925. Gli Emi Signori Cardinali Francesco Eagonesi, Giovanni Bonzano e Luigi Sincero, *Membri del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

29 novembre 1924. L'Emo Sig. Cardinale Aidano Gasquet, *Protettore dell'Istituto Inglese delle Suore Mantellate del Terzo Ordine dd Servi di Maria.*

SO marzo » Monsig. Giuseppe Migone, *Ablegato Apostolico per la Berretta Cardinalizia a Monsig. Eustachio Ilundain y Esteban, Arcivescovo di Siviglia.*

30 » » Monsig. Luigi Centoz, *Ablegato Apostolico per la Berretta Cardinalizia a Monsig. Vincenzo Casanova y Marzol, Arcivescovo di Granata.*

7 aprile 1925. Monsig. Vincenzo La Puma, *Segretario della S. Congregazione dei Religiosi.*

Assistente al Soglio Pontificio:

4 aprile 1925. Monsig. Lorenzo Giuseppe A. Schrynen, Vescovo di Buremonda.

Protonotario Apostolico ad instar participantium:

18 marzo 1925. Monsig. Massimiliano Èottmann, della diocesi di Eottenburg.

Prelati domestici di S. S.:

21 marzo 1925. **Monsig. Michele E. Burns, della diocesi di Ogdensburg.**
21 aprile » **Monsig. Rocco Beltrami, Prelato per l'Emigrazione italiana.**

ONORIFICENZE.

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Piò XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

15 aprile 1925. **Al nôb. Sig. Cariò J. M. Rnjs de Beerénbronck, Presidente del Consigliò dei Ministri in Olanda.**

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

28 marzo 1925. **Al Sig. Cónte Giorgio Salirne!, Guardia Nobile di S. S.**
» » » **Al Sig. Conte Scipione Ambrosi, Guardia Nobile di S. S.**
1 aprile » **Al Sig. Giovanni Byrider, della diòcesi di Cleveland.**

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

21 marzo 1925. **Al Sig. David Dell Kieff, della diòcesi di Ogdensburg.**
» » » **Al Sig. Giovanni Guglielmo Hogan, della medesima diocesi.**
24 » » **Al Sig. Angelo Bertani, dell'archidiocesi di Milano.**
27 » » **Al Sig. Eugenio Alvarez Mellado (Messico).**

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

5 marzo 1925. **Al sig. Elia Bardonel, della diocesi di Nantes.**
» » » **Al sig. Arsenio Chaumier, della medesima diòcesi.**
» » » **Al sig. Francesco Bougòuin, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. Gilberto Lourdille, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. Giuseppe Pau weis d'Acosta, della medesima diòcesi.**
21 » » **Al sig. areh. Alberto Bosslet, della diocesi di Spira.**
27 » » **Al sig. Emilio van dem Boom, dell'archidiocesi di Colonia.**
31 » » **Al sig. avv. Paolo Carlo Simone Montrochet.**
» » » **Al sig. Bernardo L. A. M. van Ogtrop, della diocesi di Harlem.**
» » » **Al sig. Pietro Giovanni van Kessel, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. Giacomo D. Me Cormack, della diocesi di Vancouver.**
1 aprile » **Al sig. Patrizio Enrico Rahilly, della diocesi di Winona.**
3 » » **Al sig. Gastone Teissier, dell'archidiocesi di Parigi.**
4 » » **Al sig. Pietro Cantini, dell'archidiocesi di Firenze.**
15 » » **Al sig. Carlo Schwendt (Baviera).**
» » » **Al sig. Giuseppe Osterhuber (Baviera).**
16 » » **Al sig. Guglielmo Pilz, della diocesi di Münster.**
» » » **Al sig. Giovanni Parkanyj, dell'archidiocesi di Praga.**
18 » » **Al sig. Dionigi Lezaire, della diocesi di Lilla.**
» » » **Al sig. Giuseppe Deledalle, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. Luigi C. G. Meurillon, della medesima diocesi.**
23 » » **Al sig. Lodovico de Lagausie, della diocesi di Montauban.**
» » » **Al sig. Giovanni Gazin, della medesima diocesi.**

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

24 marzo 1925. Al sig. Giuseppe Ventura, dell'arehidiocesi di Milano.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

24 marzo 1925. Al sig. Giuseppe Schmücket, della diocesi di Rottenburg.
16 aprile » Al sig. prof. Costantino Loskyj, dell'arehidiocesi di Praga.

MAGGIORDÖMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con biglietti di S. E. Revma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri segreti Soprannumeri di "8. S.:

3 aprile 1925. Monsig. Guglielmo Oremers, della diocesi di Ratisbona.
4 » » Monsig. Giovanni Dieci (Roma).
» » » Monsig. Carlo Rusticoni (Roma).
8 » » Monsig. Fiorenzo Castagnotti, della diocesi.di Alba.
16 » » Monsig. Giovanni Noveril, dell'arehidiocesi di Olmütz.
» » » Monsig. Agostino Nozynula, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Adolfo Honig, della medesima diocesi.
» » » Torquato Dini (Roma).

Cameriere segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. 8.:

20 aprile 1925. Il sig. Eugenio Delcourt Haillot, dell'arehidiocesi di Parigi.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. 8. :

3 aprile 1925. Monsig. Enrico von der Helm, dell'arehidiocesi di Colonia.
16 » » Monsig. Eustachio Glabazña, dell'arehidiocesi di Olmütz.
» » » Monsig. Antonio Breitenbacher, della medesima archidiocesi.

NECROLOGIO

18 marzo 1925. Monsig. Emmanuele Lago y Gonzales, Arcivescovo di Compostella.
2 aprile » Ab. D. Mauro M. Serafini, O. S. B., Segretario della S. C. dei Religiosi.
12 » » Monsig. Alessandro Christie, Vescovo di Oregon-City.
13 » » Monsig. Zenone Bustos, Vescovo di Cordoba in Argentina.
» » » Monsig. Giacomo Stammler, Vescovo di Basilea.
27 » » Monsig. Roberto Achille Razzoli, Vescovo di Marsico Nuovo e Potenza.

Annus XVII - Vol. XVII 1 Iunii 1925 Num. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

I

IN SOLEMNI CANONIZATIONE

BEATAE TERESIAE AB INFANTE IESU, VIRGINIS, IN BASILICA VATICANA DIE XVII MAII MDCCCCXXV PERACTA.

Ad postulationem instanter *factam per Advocatum Sacri Consistorii Virginium lacoucci a Vinto Eminentissimo Antonio Vico, Cardinali Praefecto S. Rituum Congregationi, R.mus D. Nicolaus Sebastiani, Secretarius Litterarum ad Principes, nomine Sanctitatis Suae, ita respondit:*

I. Novum sane ac mirabile videri potest, Lexoviensem Carmelitidem Teresiam ab Infante Iesu in sanctorum caelitum numerum biennio dumtaxat post referri quam in beatorum a Sanctissimo Domino Nostro relata sit. At cui res admirationem moveat, quando est vulgo cognitum, magnam gratiarum prodigiorumque vim, adhibito innocentissimae sanctimonialis patrocinio, christianum populum a Deo, hoc ipso biennio, impetrasse? Vere dicas, Christum Dominum, sponsae suae quasi pueriliter blandienti fidenterque pro nobis deprecanti obsecutum, id praestare et efficere, quod ipsa, cum in grabatulo suo iaceret aegra animamque iam ageret, candide spoponderat, se, ubi caelestem sedem attigisset, mysticam rosarum pluviam in terras demissuram. Cernere interea licet, quae umbratilem occultamque vitam, mundo ignota, traduxit, eius nomen esse ubique gentium pervagatissimum. Quem autem Teresia, antistitae suae, eiusdemque germanae sororis, iussu, ad viam infantiae spiritualis, quam sequeretur, describendam, de vita sua librum nativo sermonis nitore composuit, is profecto Uber non tam omnium manibus teritur, quam praecipua quadam

suavitate perfundit animos hominum, vel a christiana perfectione alienissimorum; ut plurimi, ad bonam frugem per eas paginas conversi, in caritate Christi permaneant. In quo nimium quantum Bei elucet benignitas, qui, ut mortales gloria eo maiore afficit quo ii demissiore fuere animo, humillimam Lexoviensem Virginem adeo effert, ut divitias bonitatis potentiaeque suae eidem permisisse videatur. Itaque Beatissimus Pater sibi persuasum habet, cum Teresiam eius compotem beatitatis declaraverit, quam Christus Iesus parvulis, usque omnibus qui ad parvulorum solitudinem prope accessissent, sollemni est promissione pollicitus, fore tum, ut non modo paria communi exspectationi beneficia in Ecclesiam defluant, verum etiam, Teresia ad colendum imitandumque proposita, satis multi in facinore ea via, quam dixi, obeunda se eidem veluti discipulos tradant. Attamen, in hoc sacri ritus initio, ut ipsemet praesidium supernarum sedium implorat, sic cupit ab omnibus, quotquot adsunt, deprecatione interposita Deiparae Immaculatae, Castissimi eius Sponsi, Petri et Pauli Principum Apostolorum totiusque Curiae caelestis, lumina divinae sapientiae sibi implorari.

Post cantatas Sanctorum Litanias, ad iteratam instantias *postulationem, pariter idem R.mus Dominus respondit:*

II. Non est profecto dubitandum, quin hae supplicationes obsecrationesque, tam magno concentu, in hac templi maiestate habitae, apud Deum efficaces exstiterint; verum Beatissimus Pater vult, ut, aliqua adhuc mora interiecta, Spiritus Paraclitus usitato hymno invocetur.

Ad haec, praecinente Sanctissimo Domino nostro, hymnus Veni, creator Spiritus, *cum. congrua oratione successit: quo expleto, tertiam* instantissimam *postulationem haec excepit responsio:*

III. Iam iis omnibus rite absolutis, quae, veteri more institutoque Ecclesiae Romanae, gravissima hac in re servari consueverunt, Sanctissimus Dominus noster in eo est ut optatam ferat sententiam, qua beata Teresia ab Infante Iesu inter sanctos caelites numerabitur. Assurgite igitur omnes: Petrus per Pium loçuturus est.

Tum Beatissimus Pater, in Cathedra sedens, sic definivit:

Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exarationem Fidei catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum

Petri et Pauli ac Nostra; matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatam Teresiam ab Infante Iesu Sanctam esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab Ecclesia universali eius memoriam quolibet anno die eius natali, nempe xxx septembris, inter Sanctas Virgines non Martyres pia devotione recoli debere. In nomine Partais **et Fi ® Iii et Spiritus 83 Sancti.**

In solemni vero Missa Papali, post Evangelium, haec fuit

HOMILIA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII,

Benedictus Deus et Pater Domini Nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum et Deus totius consolationis,[1] **qui, tot inter sollicitudines apostolici muneris, hoc Nobis impertivit solacium, ut, quam post initum Pontificatum primam ad beatorum caelitum honores eveximus virginem, eandem primam inter sanctos cooptaremus: illam scilicet, quae se infantem spiritu fecit, eâ quidem infantia, quae cum a germana animi magnitudine disiungi non possit, tum digna omnino est, cuius gloria, ex ipsis Iesu Christi promissis, et in caelesti Hierusalem et apud militantem Ecclesiam consecretur. Grati item Deo sumus, quod Nobis hodie licet, Unigeniti sui vices gerentibus, ex hac veritatis Cathedra et per augusta sacrorum sollemnia, divini Magistri monitum quoddam iterare vobisque omnibus inculcare saluberrimum. Ex quo cum discipuli percontati essent, quem maiorem fore putaret in regno caelorum, ipse** *advocans... parvulum, statuit in medio eorum,* **et memorandum illud edixit:** *Amen dico vobis, nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli, non introbitis in regnum caelorum.*[2]

[1] *Ep. II ad Cor.,* I, 3.

[2] MAÏTH., XVIII, 2-3. v

Hanc profecto evangelicam doctrinam cum penitus imbuisset, in cotidianum vitae usum transtulit sancta novensilis Teresia; immo hanc spiritualis infantiae viam, ut coenobii sui tiruneulas verbo et exemplo, sic ceteros omnes per scripta sua docuit: quae quidem scripta, in totum terrarum orbem propagata, nullus profecto perlegit quin adamaret et iterum iterumque, cum maxima animi voluptate atque utilitate, perlegeret. Haec enim, quae in concluso Carmeli horto floruit, candidissima puella, cum nomini suo Iesu Infantis nomen adiunxisset, eiusdem in se ad vivum expressit imaginem: ut quicumque Teresiam veneratur, simul divinum exemplum, quod ipsa in se rettulit, venerari et laudare dicendus sit.

Itaque-in eam hodie spem erigimur, futurum, ut in Christi fidelium animis aviditas quaedam insideat spiritualis huius infantiae persequendae, quae quidem in eo posita est, ut quicquid natura puer habet et facit, id ipsum nos sentiamus agamusque ex disciplina virtutis. Nam, ut pueruli, nulla culpae umbra obcaecati nullisque deleniti cupiditatum illecebris, in possessione securi acquiescunt innocentiae suae, et, doli plane ac simulationis expertes, cum cogitata sincere promunt et recte agunt, tum tales se, quales reapse sunt, extrinsecus exhibent, sie Teresia visa est añgelicae potius quam humanae esse naturae, et puerilem in se simplicitatem, ad veritatis iustitiaeque leges, induxit. Cum autem in Lexoviensis virginis memoria invitationes illae promissionesque divini Sponsi haererent: *Si guis est parvulus veniat ad me:*[1] - *Ad ubera portabimini, et super genua blandientur vobis. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos;* "[2] suae ipsa sibi infirmitatis conscia, divinae Providentiae se fidenter addixit permisitque totam, ut. eius unice freta praesidio, per asperrima quaeque perfectam vitae sanctimoniam assequeretur, ad quam cum plena iucundaque voluntatis suae abdicatione contendere deliberasset.

[1] *Prov.*, ix, 4.

[2] Is., LXVI, 12-13.

Non est cur miremur in sanetimoniali muliere illud Christi evenisse: *Quicumque se humiliaverit sicut parvulus iste, hic est maior in regno caelorum.*[1] Placuit igitur divinae benignitati dono eam augere ac locupletare sapientiae paene singularis. Quae enim germanam fidei doctrinam ex Catechismi institutione, asceticam ex aureo *De imitatione Christi* libro et mysticam ex voluminibus Patris sui Ioannis a Cruce hausisset uberrime, praetereaque mentem et animum assidua Scripturarum sacrarum commentatione pasceret atque aleret, eidem Spiritus veritatis illa aperuit ac patefecit, quae solet *a sapientibus et prudentibus* abscondere et revelare *parvulis;* siquidem haec - teste proximo decessore Nostro - tanta valuit supernarum rerum scientia, ut certam salutis viam ceteris indicaret. Ex qua tam copiosa divini luminis divinaeque gratiae participatione, tam magnum in Teresia exarsit caritatis incendium, ut eam, quasi a corpore continenter abstractam, denique consumpserit: quo in genere licuit ipsi, paulo ante quam a vita discederet, candide fateri, « se nihil Deo aliud, nisi amorem, dedisse ». Constat pariter, ex hac ardentis caritatis vi in Lexoviensi puella exstitisse propositum illud atque studium « ob Iesu amorem Iaborandi, unice ut eidem placeret, Cor eius Sacratissimum consolaretur aeternamque proveheret salutem animarum, quae Christum perpetuo diligerent »: quod ipsum illam coepisse, ubi primum in caelestem patriam pervenit, patrare atque efficere, facile ex ea mystica rosarum pluvia intellegitur, quam, Deo dante, ut vivens ingenue spoponderat, in terras iam demisit pergitque demittere.

Itaque, Venerabiles Fratres, dilecti Filii, vehementer cupimus, ut christifideles universi dignos se praestent, qui largissimam eiusmodi gratiarum effusionem, parvulae Teresiae patrocinio interposito, participent; at multo cupimus vehementius, ut, imitationis causa, in eam studiose intueantur, se veluti parvulos efficiendo, quales nisi fuerint, ex Christi sententia, a regno caelorum arcebuntur. Quodsi haec spiritualis infantiae via vulgo inea-

[1] MATTH., XVIII, 4.

tur, nemo non videt, quam facile ea societatis humanae emendatio instaurabitur, quam ab ipsis Pontificatus Nostri primordiis ac potissimum Iubilaeo Maximo indicendo Nobismet proposuimus. Nostram igitur eam facimus precationem, qua sancta novensilis Teresia ab Infante Iesu pretiosum de vita sua librum conclusit: « Supplices tibi sumus, o bone Iesu, ut magnum parvarum animarum numerum respicias, itemque parvarum legionem victimarum in terris deligas, quae tua dignae sint caritate ». Amen.

II

IN SOLEMNI CANONIZATIONE

BEATI PETRI CANISII, SACERDOTIS E SOCIETATE IESU, IN FESTO ASCENSIONIS DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI, DIE XXI MAII MDCCCCXXV.

Responsiones ad triplicem postulationem factam per Advocatum S. Consistorii, Augustum Milani, hae redditae sunt:

I. Beati Petri Canisii, ut augeat hodie consecretque gloriam, eum incredibilia ab eo in Ecclesiam beneficia profecta, tum temporum, quibus nunc utimur, condiciones Beatissimo Patri magnopere suadent. Hic enim bonus Ohristi miles, inter praestantissimus Loyolaei Patris legiferi discipulos numerandus, *defunctus adhuc loquitur;* **siquidem ex ipsa eius vita catholici quidem habent, quantum sibi cavere debeant ne ab unitate atque integritate fidei desciscant, acatholici vero discant oportet, in tanta opinionum suarum inconstantia suaeque spei ruina, nullum sibi, nisi in Ecclesia Bomana, perfugium, nullum aeternae salutis patere praesidium. Nonne Canisii labores et sudores, studia et scripta huc demum pertinuere, ut, sarta tectaque, tot inter eius aetatis discrimina, nostrorum fide, quicumque in Germaniae finibus vel alibi a catholica unitate defecerant, ad unum Christi ovile, reconciliata cum Apostolica Sede concordia, reverterentur? Atque videtur provisum divinitus ut strenuus hic haeresis novatorum eversor per haec quidem tempora ad sanctorum caelitum honores eveheretur, cum, ubique terrarum et - quod est multo probrosius - in hac ipsa Urbe, ubi Christus Iesus infallibile veritatis magisterium constituit, omne genus insidiae imperitorum fidei ab acatholicis tenduntur; eo enim auspice ac patrono, sperandum, fore ut solida serpenti haeresi obiiciantur repagula. Verumtamen, Beatissimi Patris iussu ac nomine, ad postulationem ve-**

strani, aequam sane et honestam, respondeo, velle ipsum, ante quam Ecclesiae sanctae desideria atque optata perficiat, totam caelestem Curiam, ad lumen sibi impetrandum, invocari. -

II. Sanctissimo Domino Nostro placet decretoria paulisper supersedere sententia, dum a vobis universis, ad uberiora caelestis sapientiae dona sibi concilianda, Spiritus Paraclitus suppliciter imploretur.

III. Advenit tandem horae momentum, cum inerrans fidei Magister beato Petro Canisio sanctorum caelitum honores decernet, eundemque praeterea Ecclesiae Doctorem renuntiabit. Qua igitur decet veneratione et obsequio, oraculum Petri in Pio viventis audite omnes, quotquot adestis, universus audiat catholicus orbis.

Tum consueta suprarelata formula, congruis congrua referendo, Ss.mus Dominus Noster Beatum Petrum Canisium Sanctum esse decrevit et Doctorem Ecclesiae Universalis edixit; eiusque commemorationi diem XXVII aprilis attribuit, loco diei natalis quae fuit XXV decembris. In solemni vero Missa papali haec habita est

HOMILIA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII,

Ecclesiam sanctam Christus Dominns cum, suae promissionis memor, opportuno nunquam adiumento destituât, tum calamitosissima quaque tempestate summos sanctitatis laude viros excitare consuevit, qui, *potentes in opere et sermone,* regnum suum in terris fortiter tueantur lateque proferant. Ita, maxime necessario rei christianae tempore, clarissimus ille fidei et defensor et apostolus exstitit, Petrus Canisius; in quo quidem apparuit, quam vere dicatur, novum Ecclesiae militanti per Ignatium Loyolaeum a Deo datum subsidium. Hic enim nascentis societatis Ignatianae eximius alumnus non uno nomine Iesu Christi Sponsae laboranti profuit. Profuit quidem omnium exemplo virtutum, in quibus, a pueritia ad extremam usque senectutem, tam mirabili ascensione profecit, ut maximam aequalibus suis admirationem moveret. Profuit etiam litterarum scientia exquisitissimâque divinarum rerum doctrina, quam Scripturis sacris operibusque

Patrum assidue pervolutandis alebat ; quod autem cum plena theologiae positivae - quam vocant - cognitione, Scholae sententiarum lumina coniungeret, non est cur miremur, eundem, ad oppugnandos immanes haereticorum errores, armatissimum sane militem in aciem descendisse. Profuit denique susceptis toleratisque, quinquaginta fere annos, omni sibi quiete interdicta, laboribus; etenim, per eam temporis diuturnitatem, quemadmodum cleri disciplinam populique mores - eorum etiam animis, qui christianae societati praeessent, ad vigilantiae diligentiaeque studium exacuendis - restituere contendit, sic haeresi, et vitiis quae viam ad haeresim sternerent, adversari nunquam destitit.

Itaque sanctum hunc novensilem, qui - eo ipso anno in Geldria ortus, quo Ignatius in Hispania ad bonam se frugem perfectiusque institutum recepit et nonnullarum Germaniae provinciarum ab Ecclesia Eomana induci coepit discidium - vetustae Batavorum gentis candidum tenacissimumque referebat ingenium, non tam Ignatii Patris propiorumque moderatorum, quam Summi Pontificis iussa ad id munus destinavere, ad quod, prope sepulcrum Petrianum in hac ipsa templi maiestate orans, se, quasi alterum Bonifacium, divinitus vocari intellexerat. Cum autem probe nosset, nescire tarda molimina Spiritus Sancti gratiam, umbratilem carissimamque domus suae religiosae palaestram deserens, athletae instar in pulverem et solem prodeuntis, provinciam sibi delatam capessere, nulla interposita mora, propera vit. Luctatorem sane animo promptissimum non difficultates sexcentae, non vitae discrimina, non inimicorum insidiae, non indignitates contumeliaeque, non itinerum incommoda, cum ieiuniis vigiliisque coniuncta, ab incepto deterruerunt; secum enim ipse reputabàt, Apostolos Christi a conspectu concilii gaudentes abiisse quoniam digni habiti erant qui pro nomine Iesu contumeliam paterentur, et omnes, qui pie voluissent vivere in Christo Iesu, persecutionem esse passuros. Populares igitur catholicos in fide confirmavit et haereticorum ad Ecclesiam reditum perseveranter adiuvit, sive alumnos sibi créditos docuit, sive in aedibus sacris contionatus est, sive cum novatoribus aut in athenaeis aut in publicis

consessibus aut in foro, quotiescumque fidei morumque integritatis causa agebatur, disputavit invictus. Quod autem Canisium adversam eànem per ludibrium eognominabant, id profecto in eius laudem atque honorem cedit: etenim, quasi canis fidelis, eos omnes, qui dominicum gregem appeterent, non tam clamando quam repugnando disiecit. Ubi autem sibi adesse praesenti et alloquenti non licuit, illuc scripta sua pervenerunt, mirabilis ille praesertim *Catechismus,* qui, in omnes paene linguas conversus atque in totum terrarum orbem, inque eas regiones potissimum quibus extremum haeresis periculum immineret, invectus, germanae catholicae doctrinae peperit victoriae laetitiam. Nec minus ad eiusdem doctrinae tuitionem contulerunt Canisii vel epistulae, in plura nunc volumina collectae, vel scripta in Centuriatores edita, quae, etsi, ob urgentiores causas, moderatorum iussu, intermissa sunt, incitamento tamen immortalis memoriae Cardinali Baronio fuere, ut in huius ipsius locum, suorum *Annalmm* compositione, succederet. Alterius quidem post Bonifacium Germaniae apostoli prestantissima sane doctrinae copia ac gravitas, a decessore Nostro Leone XIII, per Encyclicas Litteras, ante annos septem et viginti, iis celebrata laudibus, quae vix eum decere viderentur cui Doctoris appellatio nondum decreta esset, Nobis omnino suasit, ut Canisium una eademque sententia et inter sanctos caelites et inter Ecclesiae Doctores adscriberemus, quemadmodum paulo ante fecimus et per Decretales Litteras mox conficiendas declaraturi item sumus: quod ut iniremus consilium, impulere praeterea postulatoriae, quas vocant, epistulae, a compluribus episcopis, facultatibus theologicis et studiorum Universitatibus ad Nos haud multo ante datae. Cum, ceteroqui, Sancti huius Doctoris novensilis actio et apostolatus ad gentes bene multas, ut ad Alsatiam et Helvetiam, ut ad Bohemiam et Poloniam, ut ad Austriam et Hungariam et Italiam, pertinuerit, ubi etiam iuventuti instituendae, Seminariis conlegiisque conditis, mirifice prospexit, nonne videtur Deus ipse universis eum gentibus colendum imitandumque, veluti in signum unitatis et pacis, singulari quadam opportunitate, proponere?

Utinam nobis omnibus, triumphalem Redemptoris nostri reditum ad Patrem hodierno die recolentibus, auspicato contingat, ut, sancti Petri Canisii vestigia persecuti, eiusdemque patrocinio subnixi, partem tandem aliquando in sempiterno aevo cum Christo habeamus, cui sit laus et honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

III

IN SOLEMNI CANONIZATIONE

BEATARUM VIRGINUM MARIAE MAGDALENAE POSTEL ET MAGDALENAE SOPHIAE BARAT, PERACTA DIE XXIV MAII MDCCCCXXV.

Triplicem de more postulationem, per Advocatum /Sacri Consistorii Vincentium Sacconi peractam, hae excepere Ss.mi Domini Nostri nomine datae responsiones:

I. Postulationi huic vestrae parat Sanctissimus Dominus Noster concedere, eoque libentius, quia beatae virgines Maria Magdalena Postel et Magdalena Sophia Barat sibi dignissimae videntur quas summis Ecclesiae honoribus afficiat. Quod autem per sententiam Apostolici, qiio fungitur, magisterii uno eodemque die ipsarum consecretur gloria, contingere id putat non incommode, immo rebus ab utraque gestis omnino congruenter. Gallorum enim nationi, apud quam tam crebro, qua late patet, emergit viretque nos sanctitatis^ ambae a Christo Iesu Redemptore hominum amantissimo datae sunt fere eodem tempore, earundemque vita idcirco videtur ad extremam usque senectutem producta, ut, testes eorum quae ex illa rerum eversione exeuntis saeculi duodevicesimi acciderant civibus suis detrimenta, in damnis eiusmodi sarciendis procurandaque aeterna hominum salute diu multumque versarentur. Nam sodalitatem religiosarum mulierum unaquaeque suam condidit, quibus esset propositum, cum ad vitae perfectionem omni ope niti, tum puellis ad pietatem et ad sacras profanasque disciplinas instituendis se totas devovere: quae quidem sodalitates, spiritu suae quaeque matris imbutae, quantum procedente tempore percrebuerint, quot compara verini religioso statui alumnas-, christianaeque societati dederint et daturae in posterum sint matresfamilias sancto hoc nomine dignas, dicere ac providere vix attinet. In utraque autem innocentissima virgine si admirari licet asperrimam per-

petuis cruçiatibus vitam, at multo magis perfectam sui despicientiam, cum magnitudine et fortitudine animi ceterisque virtutibus coniunctam. Verum, ante quam ambae in luce catholici orbis collocentur et cultui imitationique christifidelium proponantur, Beatissimi Patris voluntas est, ut superni sibi luminis claritatem omnes, quotquot adestis, precibus ad totam caelestem Curiam illico adhibendis, impetretis.

II. Vobis Beatissimo Patri iterum instantibus, ut duabus illis virginibus, quarum causam suscepistis, sanctorum caelitum gloriam decernat, respondere iubeor, cupere ipsum, ut uberior sibi Spiritus Sancti gratia ante imploretur.

III. Gaudeant iam nunc, optati sui tandem compotes, religiosae mulieres cum Scholarum Christianarum a Misericordia, tum Societatis a Sacro Corde Iesu, earundemque gaudium et laetitiam universus catholicus orbis, participet. Etenim hoc ipso horae momento beatas virgines Mariam Magdalenam Postel et Magdalenam Sophiam Barat Pius, Petri in supremo magisterio successor, tamquam splendidissima triumphantis Ecclesiae lumina colendas venerandasque esse oraculo suo declarabit.

Quod cum feliciter contigisset, die commemorationis assignata Sanctae' Mariae Magdalenae Postel, Virgini non Martiri, XVI iulii, Sanctae vero Magdalenae Sophiae Barat, Virgini non Martyri, XXV maii, Missam solemniter Beatissimus Pater cantavit, in qua haec fuit

HOMILIA SANCTISSIMI DOMINI NOSTBI

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII,

Quod Christus Dominus, ut ex evangelio didicimus, apostolis suis, ad eos in fide confirmandos, spopondit, se cum iis futurum *omnibus diebus usque ad consummationem saeculi,* id profecto usque adhuc evenisse novimus, ut quo trepidiores res esse atque in societatis humanae venis visceribusque plus mali periculique insidere videretur, eo praesentiòra laboranti Ecclesiae remedia, excitatis viris feminisque sanctissimis, divinus eius Auctor suppeditaverit. Quod, si unquam alias, luce clarius apparuit in illa omnium turbulentissima conversione Galliae, cum, praeter alios, sanctae novensilis Mariae Magdalenae Postel vis

ac virtus magnifice eluxit. Nam qui sacerdotes iusiurandum a Pontifice vetitum, ad quod minaciter adigebantur, recusa vissent, eos ad necem quaèsitos, ipsa, periclitata continenter vitam, occuLere; domi, ex potestate sibi facta, res sacras et Augustum Sacramentum, coram quo interdiu noctuque seraphicis liquescebat ardoribus, asservare ac tueri amantissime; pueros christiana eruditos doctrina ad divinum epulum suscipiendum instituere; omnia experiri ne quis, nisi Sacramentis refectus, de vita decederet; cum vero civiles Auctus aliquantum quievissent, ob valde imminutum sacerdotum numerum, facta quodammodo sacerdotalis particeps ofticii, aeternas populo veritates denuntiare.

Rebus tandem in patria compositis, cum gravissima religionis damna sarcienda essent, ambae, quas ad sanctorum caelitum numerum adscripsimus, virgines id muneris, divino quodam instinctu, pro sua quaeque parte, pro suis quaeque viribus, capessiverunt. Reparari quidem res funditus in Gallia oportebat, cum e popularibus bene multi officiorum suorum conscientiam amisissent, et optimates, post diuturni exsilii angustias et incommoda, si non in integrum, saltem in partem aeris sui restituti, soluto iam ab praeteritis molestiis animo, in iucunditates vitae effervescerent. Visae propterea sibi sunt cum Maria Magdalena Postel, tum Magdalena Sophia Barat, nihil quicquam se fructuum laturas, nisi rectae succrescentem aetati suae puellarum institutioni consuluisset. Altera igitur Societatem Scholarum Christianarum a Misericordia, per incredibilia omne genus impedimenta et inopiae sollicitudinumque acúleos, ea mente condidit, ut, quod pueris Ioannes Baptista de La Salle educationis sanctae praesidium ministraverat, id ipsum alumnae suae puellis humili loco natis praestarent: in quo nemo non miretur, sanctam novensilem, licet alterum et sexagesimum ageret annum, minime tamen dubitasse - tanto iuventutis tuendae'studio flagrabat - periculum scientiae suae facere, ut sibi docendi venia legitime impertietur. Altera yero, quae tum, cum nondum ex pueris excesserat, de ortu suo rogata, solebat candide venusteque respondere, se ex igne produsse - constat enim, qua ipsa nocte

in lucem edita est, natale oppidum flammis fere totum absum?ptum esse - reapse igne, quem e Sacro Corde Iesu cepisset, incensa, societatem Sororum eo titulo constituit, et, quamquam voluit unicuique conlegio vel domui ludum tenuioribus puellis erudiendis accedere, praecipuam tamen curam de nobilibus divitibusque adhiberi iussit. Neque enim feminam prudentissimam fugiebat, contingere saepius, ut, qui claritate generis commendantur omnibusque copiis circumfluunt, longe ii miserabiliorem, quam qui bonis fortunisque egent, animi et spiritus egestatem urbanitatibus munditiisque contegant; nobilibus vero matribusfamilias ad sanctimoniam a pueritia conformatisi facile futurum, ut ipsae, praeter viros liberosque suos, proximos quoque e populo non tam verbis quam exemplo ad serviendum fideliter Deo permoverent.

Itaque nemo non videt, unum idemque demum consilium novensiles sanctas persécutas esse, ita animo comparatas, ut privatum publicamque bonum proveherent, se operamque suam silentio, quoad fieri poterat, occultantes: unde, Deo auctore, qui exaltare consuevit humiles, factum est, ut non modo insignes in iis virtutes, sed etiam singularia dona praecipuo quodam splendore niterent. Quamobrem summas ex harum sanctarum virginum vitae documentis ac patrocinio utilitates Nobis spondemus ac pollicemur, nec profecto minores portendimus ex illo, quem religiosa utriusque sobóles exercet, fere per totum terrarum orbem, sanctae puellarum educationis apostolatum. Quem quidem apostolatum geri nunc eo actuosius necesse est, quo pluris interest, excitari vulgo christianos spiritus, et femineum sexum non ad perdendos sed ad emendandos servandosque homines, quibus valet naturae gratiaeque donis, adiuvare.

O utinam castissimam atque ad omne opus bonum instructam iuventutem sanctae hae virgines aetati nostrae posteritatique deprecatione sua a Christo Iesu impetrent : utinam omnes, quotquot peregrinamur a Domino, earum vestigiis sic ingrediamur, ut plena caelestis* patriae beatitate cum iisdem denique fruamur in-saecula saeculorum. Amen.

IV • •

IN SOLEMNI CANONIZATIONE

BEATORUM CONFESSORUM IOANNIS BAPTISTAE M. VIANNEY ET IOANNIS-EUDES, HABITA IN BASILICA VATICANA, DIE XXXI MAII MDCCCCXXV, IN FESTO PENTECOSTES.

Ad triplicem postulationem instanter, instantius, instantissime *-factam per Advocatum'Consistorialem Augustum Milani, ab E.mo P. D. Antonio Card. Vico, Canonizationis Postulatore, R.mus D. Nicolaus Sebastiani, Secretarius Litterarum ad Principes, Sanctitatis Suae nomine, haec respondit:*

I. Qui de beatis confessoribus Ioanne Baptista Vianney et Ioanne Eudes inter sanctos caelites rêcensendis postulavistis, non vos profecto ignoratis; quantam animi voluptatem Beatissimus Pater, tribus diebus festis proxime superioribus, ex latis in simili re decretoriis sententiis perceperit. Iidem facile intellegitis, quae hodie agitur causa, fieri non posse, quin ea summo fidei Magistro catholico que nomini universo et maximam pariat laetitiam et optimam afferat spem salutarium fructuum ; siquidem sollemnia haec eo spectant, ut splendidissima illa duo sacerdotalis officii et apostolatus lumina ad venerandum imitandumque, praesertim utrique clero, proponantur. Alter enim eorum, minus a paterno cognomine quam ab humili vico, ubi curionem ageret, notus atque appellatus, gregem suum, a christianae vitae instituto fere alienum, non quidem arte expolitis verbis sed caritate flagrantibus, maxime autem precibus lacrimis - que apud Deum instando, sic emendavit, ut ad interiorem cum Deo coniunctionem adduxerit. Atque is praeterea, quadraginta annorum spatio, in tribunali admissis expiandis, consiliarius, afflictorum consolator, animarum culpis obrutarum medicus perfectionisque omnis impulsor talis exstitit, ut ad ipsum," vel sedecim diei horas eo in ministerio perseverantem, perpetua quadam peregrinatione, hominum quotannis plus septuaginta millia undique confluerent. Alterum vero beatum virum, quo Conditore ac Patre legifero cum Sodalitas religiosorum hominum a Iesu et Maria, tum Sorores Dominae Nostrae a Caritate vehementer gloriantur, oratorem disertissimum ac mirabilem aeternarum veritatum praeconem Gallia omnis audivit; et, quemadmodum ipse contionari ad populum nullo tempore destitit atque interdum praefractos animos per rerum prodigia ad paenitentiam inflexit, sic multitudines hominum, nec caeli asperitate nec itinerum longitudine vel difficultatibus deterritae, ubicumque is de divinis rebus perorabat, illuc concurrere consueverant, ad eiusque pedes eiurare crimina et se ad bonam frugem recipere. Ambos igitur beatos ^viros in

sanctis cáélitibus numerare non dubitat Pontifex; verumtamen edicit, velle se, ut, ad divinae sapientiae munera sibi impetranda, quotquot adsunt, deprecationem totius Curiae caelestis interponant.

II. Antequam iteratae postulationi vestrae concedat Beatissimus Pater, cupit ampliora Spiritus Sancti hic communiter sibi implorari lumina.

III. Cum Beatissimus Pater pro certo iam habeat, quod sibi placet, idem placere Deo, in cuius gloriam vertit quicquid hominibus sanctitatis laude conspicuis defertur honoris, decretoriam sententiam, quae diuturnam communis desiderii exspectationem compleat, confestim laturus est. Petrum igitur in Pio loquentem, intentis auribus animisque, venerabundi auditote.

Lata itaque sententia, in qua commemoratio^ utriusque sancti Confessoris non Pontificis diem natalem addixit, nimirum Sancto Ioanni Baptistae Mariae Vianney diem IV augusti, Sancto Ioanni Budes diem XIX augusti, Missa Papalis de Festo Pentecostes celebrata est, et in ea fuit

HOMILIA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII,

Praeclaram Nobis et communitati fidelium laetandi causam refert illius diei veneranda sollemnitas, cum mirabiliter nascens Ecclesia, omnibus Spiritus Sancti exornata charismatis, e tacito Caenaculi recessu in lucem hominum celebritatemque primum prodiit. A quo quidem horae momento cum perennis vita atque virtus in venas immaculatae Christi Sponsae permanare coepisset - nam, teste Augustino,[1] *quod est in corpore nostro anima, id est Spiritus Sanctus in corpore Christi, quod est Ecclesia* - praesentissima ipsa Spiritus veritatis auxilio non modo cuiusvis exstitit erroris expers, verum etiam sacrae doctrinae et caritatis germina ubique gentium, cum ad communem populorum salutem nata esset, sevit et aluit studiosissime. Divina profecto haec Spiritus Paracliti virtus, errorum contagionem ab Ecclesia amoventis, tum apertissime oculis omnium apparuit, cum Concilium Nicaeae ante sedecim saecula habitum est: cuius utinam commemoratio, mentibus animisque superna inlustratis permotisque gratia, eam, quam

[1] *Serm. CLXXXVII de temp..*

dissidentium ecclesiarum cum Apostolica Sede praecipue in votis habemus - coniunctionem, accelerando redintegret. Operam, ceteroqui, qu&m Apostoli, ab ipso Pentecostes die, dederunt et sanguine suo veluti obsignarunt, ut orbem terrarum ab ethnica pravitate ad novam religionem traducerent, ii omnes, continuatione ac perpetuitate quadam, persequuntur, quicumque aut, abdicatis domus vitaeque commoditatibus, evangelicam lucem, simulque humanum civilemque cultum, ingenti cum labore atque etiam capitis discrimine, ad barbaros perferunt, aut in christifidelibus e vitiorum caeno extrahendis ad virtutumque exercitationem informandis, nulla aut vix ulla animi remissione, desudant. Quibus quidem sacrorum administris - cum gratia naturam non deleat sed perficiat, et alia in aliis operetur *unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult*[1] - nec similia omnibus dona, nec simili demensa modo, suppetunt ac constant; in quorundam vero animis tanta munerum caelestium insidet ubertas tantaeque efficacitatis, ut iidem cum maxima vitae sanctimonia mirabiles prorsus apostolatus fructus coniungant.

Hoc ipsum, ut nostis, in duobus iis evenit sacerdotibus, quos in sanctorum caelitum numerum modo rettulimus: unde diei huius festi gaudia Nobis et catholico nomini geminantur.

Hoc quidem loco non attinet, eo magis quod in re versamur exploratis sima, utriusque exempla virtutum vitaeque curriculum fusiore sermone exsequi. Sed Nobis videmur paene oculis videre exilem Ioannis Baptistae Vianney corporis figuram, cervicem niveâ promissi capilli quasi corona nitentem, et gracilem vultum ieiuniisque confectum, ex quo humillimi suavissimique animi innocentia adeo et sanctitas perlucebat, ut, primo adspectu, multitudines hominum ad salutares cogitationes revocarentur. Ecquis, quantumvis obfirmato in peccatis animo, eius verbis ac lacrimis restitit"? Ecquem vespertinae eius contiunculae, etsi remissa plerumque voce habitae, cum ad poenitendum, tum ad redamandum Iesum non commoverunt? Ex quo, profecto, Spiritus " Sancti actio mirifice eminet, qui potest unus de indocto incultoque ho-

[1] I *Cor.*, xii, 11.

mine peritissimum facere piscatorem hominum. — Latior sane studiosae Ioannis Budes voluntati obtigit patuitque campus. Per omnem enim Galliam vox eius intonuit, cum, aeternarum praeco disertissimus veritatum, innumerabiles ab antiquo humani generis hoste praedas eriperet divinoque Bedemptori restitueret. Atque, ut cetera praetereamus, cum hic sui heredem apostolatus sodalitatem religiosorum virorum a Iesu et Maria reliquere, tum sancti studii sui ardore Sorores Nostrae Dominae a Caritate imbuit, quas, praeter tria illa usitata, quarto voto obstrinxit et hospitio excipiendi et ad honestum vitae institutum revocandi perditas feminas, eius haud immemor misericordiae, quam Christus Iesus et Samaritanae et adulterae et peccatrici mulieri exhibuisset.

Itaque cupimus vehementer, in utrumque Sanctum novensilem sacerdotes, imitationis causa, intueantur. Ab altero quidem, praesertim curiones, vel humilium vicorum, discant quo divinae gloriae studio, qua orationis instantia, quibus virtutum praesidiis animarum gerant procurationem; ab altero autem divini verbi praecones ac missionales cognoscant, eâ se uti eloquentia oportere, quae audientium non aures titillet, sed animos Christo lucrifaciat. Meminerint vero omnes, ad utriusque exemplum, non sibi ante ab apostolatus labore quiescendum, quam in suavissimo Iesu Christi, Pastorum Principis, osculo decesserint.

Atque ut eo redeamus, unde exorsi sumus. Spiritum veritatis eundemque omnis sanctitatis auctorem, cum Nostris vestras, Venerabiles Fratres, dilecti Filii, consociando preces, rei catholicae propitiare ne cessetis. ***Qui invisibiliter Ecclesiam vivificat et uniy*[1] **et in Nicaena Synodo prima ceterisque, decursu aetatum, oecumenicis Conciliis Patrum consulta gubernavit, o pergat ipse Ecclesiae, maiore in dies copia donorum, adesse, idemque, postulando** ***pro nobis gemitibus inenarrabilibus,*[2] **renovet faciem terrae et christianorum omnium maturet unitatem : qui cum Patre et Filio vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.**

[1] S. Th., *Summ. Theol.,* III, q. in, a. 8.

[2] *Ad Boni.,* VIII, 26. ,

LITTERAE APOSTOLICAE

I

ERECTIO PRAEFECTURAE APOSTOLICAE DE TSINGTAO IN SINIS, DISMEMBRATO . TERRITORIO E VICARIATU APOSTOLICO DE TENCHOWFU.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Quae catholico uomini aeternaeque fidelium saluti bene, prospere ac feliciter eveniant, ea ut mature praestemus Nos admonet supremi apostolatus officium, quo in terris, nullis quidem meritis Nostris, divinitus fungimur. Iamvero, cum venerabilis frater Augustinus Henninghaus, Episcopus titularis Hypaepensis et Vicarius Apostolicus de Yenchowfu, olim Scianton meridionali, in Sinis, Nos instanter flagitaverit, ut ob nimiam vastitatem in duas partes divideretur suae iurisdictionis territorium, novaque proinde Missio erigeretur; Nos, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, audito Delegato Apostolico in Sinis, venerabili fratre Celso Costantini, Archiepiscopo titulo Theodosiensi, omnibusque rei momentis attento et sedulo studio perpensis, optatis his concedendum ultro libenterque existimavimus. Quare, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, a vicariatu apostolico de Yenchowfu seiungimus territorium, quod limitatur ad septentrionem a vicariatu apostolico de Chefoo et de Tsinanfu, ad occidentem a vicariatu apostolico de Yenchowfu, ad meridiem a vicariatu apostolico de Nankin, ad orientem mari Sinensi, quodque complectitur subpraefecturas civiles de *Mengyin Feihsien, Tancheng, Ichowfu, Ghiicow, Jshni, Jihchao, Chueheng, Kaomi, Kiaochow, Tsimo et Tsingtao,* atque idem territorium, sic seiunctum et separatum, eadem apostolica auctoritate Nostra in apostolicam praefecturam erigimus cum nomine praefecturae apostolicae de *Tsingtao,* eamque novam praefecturam, sic per Nos erectam, alumnorum Societatis Verbi Divini de Steyl curis committimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum, perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super

his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus CODtrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis februarii anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Seeretis Status.*

II

AMPLIFICATUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE GIBUTI IN AFRICA ORIENTALI, ADDITA REGIONE DE SOMALIA ABYSSINA, E VICARIATU APOSTOLICO DE GALLAS SEPARATA.

PIUS PP. XI

Adfuturam rei memoriam. -— Ex hac divi Petri cathedra, quam divinitus obtinemus, tamquam e sublimi.specula, in omnes catholici orbi regiones, vel longo terrarum marisque spatio seiunctas, oculos mentis Nostrae convertimus et quae rei sacrae procurationi melius gerendae conducant, interposita Nostra auctoritate, decernere maturamus. Iamvero, cum in praefectura apostolica de Gibuti in Africa orientali, undecim abhinc annis erecta, ob varias locorum incolarumque difficultates, res catholica haud multum profecerit, opportunum visum est consilium eius territorium, nunc plus aequo angustum, ad maiorem amplitudinem extendere, ut inde operariis evangelicis uberior et largior apostolicorum laborum campus pateat. Quam ob rem, omnibus rei momentis attento ac sedulo studio perpensis cum V V. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, totam regionem vulgo de Somalia Abyssina a vicariatu apostolico de Gallas, ad quam nunc pertinet, separamus, eamdemque sic separatam sive dismembratam praedictae praefecturae apostolicae de Gibuti adnectimus.

Haec praecipimus, decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque .obtinere; illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xm mensis februarii anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Seeretis Status.*

III

EX DISMEMBRATIONE VICARIATUS APOSTOLICI DE CHACO EFFORMATUR NOVA PRAEFECTURA APOSTOLICA DE PILCOMAYO, IN BOLIVIANA REPUBLICA.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Expedit, et Romanorum Pontificum decessorum Nostrorum usu institutoque receptum est, ut in illis partibus in quibus christiana res conspicua, favente Deo, incrementa nanciscitur, novae assurgant Missiones, ut, aucto Pastorum numero, christiani gregis custodiae satis consultum sit. Iamvero, cum vicariatus apostolicus de Chaco, intra fines Reipublicae Bolivianae exsistens, tam late pateat ut missionarii opus evangelicum satis facile ibidem nequeant exercere, opportunum visum est consilium vicariatum ipsum in duas partes dividere ac dismembrare, ita ut nova ibidem Missio constituatur. Collatis itaque consiliis cum TV. FE. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attento ac sedulo studio perpensis, Nos, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, vicariatum apostolicum de Chaco in Republica Boliviana ita dismembramus in duas partes, ut regio illa, quae est ad meridiem paralleli vicesimi secundi, in Missionem independentem atque sui iuris canonice erigatur et praefecturae apostolicae gradu, *de Pilcomayo* nuncupandae, decoretur. Eidem vero novae praefecturae de Pilcomayo ita per Nos erectae limitem, auctoritate pariter Nostra, adsignamus ad septentrionem idem parallelum vicesimum secundum, servatis quoad ceteras partes, iisdem finibus quibus vicariatus apostolicus de Chaco continebatur.

Haec statuimus, decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum, perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvi mensis februarii anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri. quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

IV

TITULUS BASILICAE MINORIS PRO ECCLESIA METROPOLITANA PLATENSI IN BOLIVIA, ATQUE INSIGNIA PRO CAPITULO CANONICORUM.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — In finibus Eeipublieae Bolivianae exstat dioecesis Platensis, quae, anno MDLI erecta, iam ab anno MDCIX etiam ad archiepiscopalem dignitatem evecta est. Eiusdem cathedralis ecclesia tum antiquitate tum eximiae artis operibus renidet; et, cum in honorem Immaculatae Virginis Mariae Deo dicata sit, sanctuarium continet « de Guadalupe » nuncupatum, in quo summis fidelium veneratione et cultu Immaculata Dei Genitrix Virgo religiosissime celebratur. Ml mirum itaque si in eadem cathedrali ecclesia Canonicorum Capitulum clerusque, ad augendam christifidelium pietatem, assidue diligenterque animorum ministerio fungantur, sacras functiones et caeremonias sollemniter peragant; idque eo magis, quod in eadem ecclesia insignes etiam Sanctorum Eelliquiae coluntur, indulgentias ac privilegia Apostolica Series eidem contulit, eandemque populares ad divini cultus decorem et splendorem provehendum divitibus copiosisque supellectilibus donarunt et donaht. Quapropter cum venerabilis frater Franciscus Pierini, ex Ordine Fratrum Minorum, hodiernus Archiepiscopus Platensis, et Capitulus ecclesiae ipsius cathedralis, totius cleri et populi vota exprimentes, humiliter Nobis preces adhibuerint, ut eandem cathedralem ecclesiam ad Basilicae Minoris gradum evehere dignaremur, Nos optatis hisce adnuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, conlatis consiliis cum VV. FF. NN. Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrorum Eituum Congregationi praepositis, ad maiorem Dei gloriam atque ad cultus et pietatis erga Deiparam Virginem Immaculatam incrementum, apostolica Nostra auctoritate, perpetuumque in modum, praesentium Litterarum vi, ecclesiam cathedralem Platensem in EepubHca Boliviana in honorem Beatae Mariae Immaculatae Deo dicatam titulo et dignitate Basilicae minoris cohonestamus, eique tribuimus honorificentias et privilegia omnia, quae minoribus Almae huius Urbis Nostrae Basilicis de iure competunt. Praeterea ut publicam etiam édamus erga praefatae ecclesiae cathedralis et Basilicae Capitulum et Canonicos benevolentiae Nostrae testificationem, hisce pariter Litteris Nostris, perpetuumque in modum, canonicis iam in Capitulum eiusdem ecclesiae cathedralis Platensis adlectis vel in posterum

adlegendis, durante tamen -eorum munere, et non extra dioecesis fines, concedimus ac largimur ut zonam violaceam supra vestem talarem, et numisma, vel e Cordula serica vel e catena aurea pendens, imaginem Beatae Mariae Virginis de Guadalupe, quae in ipsa Cathedrali colitur, referens, supra habitum choralem gestare Ubere liciteque possint ac valeant.

Haec statuimus decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque, ad quos spectant, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quaquam, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII aprilis, anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

V

VEN. DEI SERVUS IOSEPH CAFASSO, PRESBYTER SAECULARIS ET CONLEGII ECCLESIASTICI TAURINENSIS MODERATOR, BEATUS RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quintus supra sexagesimum proximo mense iunio annus recurrit, ex quo discessit ex hae mortali vita unus ex illis mirabilibus viris, qui Ecclesiam Taurinensem, saeculo de-, cimo nono, cum maximo christifidelium emolumento, decorarunt, Venerabilis scilicet Dei Famulus, cui, nato ex honestis piisque coniugibus Cafasso in Castronovo Astensi, die xv mensis ianuarii anni MDCCCXI, ad Sacrum Fontem impositum est insequenti die nomen Ioseph. Ab incunabulis, fere cum laete matris, christianas virtutes suxit, quibus postea puerulus, adulescens, grandis factus, atque animorum ductor, Venerabilis Dei Servus mirabiliter enituit. In pueritia, a iuvenilibus ludis alienus, orationi praesertim et catechesi christianae ad aequalium exemplum incumbebat; non modo nummos sed panem quoque et pulmentum, eidem a parentibus ad sustentationem datum, pauperibus, misericordia plenus, largiebatur; adulescentulus vero tum in patrio loco tum Cherii, quo primum in conlegio eiusdem civitatis, ut humaniores litteras disceret, missus est, sicut filium in horto concluso, innocentia vitae, puritatis moribus florebat. Postea, sexdecim annos natus, in paroeciali ecclesia, Castrinovi, in quam iam baptismatis aquis lustratus erat, Dominum No-

strum Iesum Christum sub eucharisticis velis delitescentem pronum piissime sumpserat, itemque sacerdotali, serius, charactere ornatus, divinum Sacrificium primitus litaverat, clericorum habitum induit; quem ex ipso tempore Venerabilis Dei Servus gessit, illi plene congruentem interius exteriusque ducens vitam, quam luculenter Fundator etiam Piae Societatis Sancti Francisci Salesii scriptis suis testatus est. Prima autem tonsura et minoribus Ordinibus susceptis, anno MDCCCXXX in Seminarium Taurinense civitatis Cherii, ut ibidem theologos audiret, receptus est; et cum, maxima ingenii et profectus laude, theologicas ceterasque disciplinas ecclesiasticas - ad eas enim accurate ac dilucide animum suum libens continenterque intendit - didicisset, attamen inter condiscipulos moderatione atque humilitate iugiter fulsit. Presbyter consecratus mense septembri anno MDCCCxxxm, paulo post, humillimus ut erat, ac ministerii: sacerdotalis gravitate atque altitudine perterritus, praesertim in ea temporum malignitate, ob quam (post miserandam rerum publicarum eversionem, quae, primitus in Gallia excitata, multa quoque genuit in Italia contra religionem) non mediocritas sed doctrinae ac virtutum excellentia in sacerdotibus requirebatur, ut ipsi verbo et exemplo a morum corruptela atque ab erroribus temporis christifideles defendere possent, Venerabilis Dei Servus, paterna domo relicta, in Taurinensium civitatem revertit, ut in eiusdem scholis theologica studia perficeret; at, divino consüjo, post aliquot dies in alumnorum numerum adscitus est Conlegii, quod iam, opera Aloisii Guala, Eegiis Litteris obtentis, ab anno MDCCCXVH, Augustae Taurinorum, in vetere prope Sancti Francisci Assisiensis ecclesiam monasterio ad recte sacerdotes e subalpinis regionibus in sacris disciplinis instituendos pro vide erectum erat; et nunc quoque, prope Sanctuarium B. M. Virginis a Consolatione, magna florens existimatione, exstat. Post triennium, feliciter facto periculo circa theologiam moralem universam, proindeque rite adprobatus pro audiendis confessionibus sacrisque concionibus faciendis, toto animo ad spiritualem animorum procurationem se dedit; eodemque anno MDCCOXXXVI magisterium theologiae moralis, quod ad obitum usque retinuit, in ipso Conlegio ecclesiastico Taurinensi incepit, antea qua coadiutor, dein, post septem annos, uti publicus lector; idque munus ita cum alumnorum fructu gessit, ut iure meritoque Venerabilis Dei Famuli laboribus atque institutione apud Pedemontanae regionis sacerdotes plene Sanctorum Francisci Salesii et Alfonsi de Ligorio doctrinae revirescerent atque in debitum honorem restituerentur, quas illuc usque novatores ac rigoristae, erroribus Iansenistarum imbuti, cum magna rerum religiosarum iactura et christifídelium detrimento a scholis excluserant Perspicuus, accuratus, facilis, perlucidus in docendo, nil mirum si Vene-

rabilis Dei Famulus, solidae sanaeque theologiae .principiis enutritus, Sancti Francisci Salesii suavitate excultus, Sancti Alfonsi de Ligorio discretione munitus, sancti Ignatii de Loyola animorum studio succensus, quidquid ei temporis supererai in poenitentiae tribunal sollerter, fructuose, naviterque impenderéis tum in ecclesia S. Francisci, Conlegio adiuncta, atque in variis piisque civitatis domibus, tum in carceribus, in quibus praesertim eius industriae pro salute animorum obtinenda mirifice eluxerunt. Fundatori in Conlegii Ecclesiastici regimine successit anni MDCOCXLVIII, atque in officio moderatoris gerendo tam firmiter simulque tam suaviter se gessit, ut omnium admirationem excitaret. At etiam ecclesiae S. Francisci Assisiensis, Conlegio adnexae, moderator decorem domus Dei vere dilexit, cuius splendorem in supellectilibus augendis, in sacris ritibus bene, diligenter, continenterque in dies explendis, in parietum altariumque nitore servando curavit. Vitam egens pauperem^ humilem, incommodisque plenam, pauperum aegrorumque sollicitus, ut ipsorum necessitatibus subveniret innumerabiles ingentesque largitiones in sacrario S. Francisci, in Conlegio, in viis civitatis, in carceribus, in domibus privatis fecit indigentibus; et saepe nova pro popularibus instituta stipe adiuvit, inter quae memoratu digna Pia Societas S. Francisci Salesii, cuius fundator carissimis Venerabili Dei Servo alumnus fuit. Suum praeterea erga christifideles caritatis ardorem et vigilantiam sacerdotalem ostendit eos sacra praedicatione erudiendo; erat enim in concionandi munere valde pro spirituali uniuscuiusque condicionis utilitate accommodatus, atque assiduus tum Augustae Taurinorum in templo S. Francisci memorato, vel in carceribus, vel in piis domibus, tum etiam in finitimis civitatibus ac dioecesibus; spiritualia praesertim exercitia sive clero sive populo cum mirabili exitu egit frequenter ac pluribus in locis, et usque ad mortem in pia exercitiorum domo prope sanctuarium Sancti Ignatii, quam Archiepiscopi Taurinensis iussu etiam moderatus est. Non solum autem verbis, sed exemplo quoque vitae suae alios docuit. Animo quidem libenti Dei Famulus vitam poenitentem duxit; constat sane eum ciucio corpus suum secreto tractasse, parcissimum in edendo, ceteris rebus stricte necessariis ad vivendum contentum fuisse. Pietate in Deum conspicua fulsit, et praecipua in Iesum Christum Dominum Nostrum sub eucharisticis velis delitescentem adorando; Deiparam Virginem semper a pueritia cultu filiali honestavit, praesertim sub titulo a Consolatione, quo Ipsa in sanctuario Taurinensi colitur; ac propterea in die sabbati Beatae Mariae Virgini dicata promeruit ex hac mortali vita discedere. Obdormivit in Domino die xxni mensis iunii anno MDCCCLX, aetatis suae nono et quadragesimo. Nunc vero Venerabilis Dei Famuli corpus, iam in publico coemeterio sepultum, piissime adservatur

in cryptis sanctuarii Beatae Mariae Virginis a Consolatione prope illud Conlegium Ecclesiasticum, quod Dei Servus rectissime rexit. Christifidelium e tota Pedemontana regione pietas erga Venerabilis Dei Servi exuvias ex ipso tempore mortis exarsit, nec unquam postea deferbuit, ob eius sanctitatis famam, quae latius in dies percrebuit; ita ut anno MDCCCXCV processus etiam Ordinarius in archiepiscopali Curia Taurinensi inchoatus sit; quo peracto atque ad Sacrorum Rituum Congregationem adlato de more, rite apud eamdem Romanam Congregationem ipsius Dei Famuli Beatificationis et Canonizationis causa, cum haud parva christifidelium e Taurinensi archidioecesi finitimisque regionibus laetitia, iam ab anno MDCCCCVI est instituta. Absolutis igitur iis omnibus, quae in huiusmodi iudicio pertractanda erant, disceptare coeptum est super Venerabilis Dei Servi virtutibus; quas vero heroicum gradum attigisse fel. rec. Decessor Noster Benedictus Pp. XV tertio kalendas martias anni MDCCCCXXI sollemni decreto sanxit. De duobus dein miraculis, quae, Dei Famulo deprecante, divinitus patrata ferebantur, primum in Congregatione antepraeparatoria,, deinceps in praeparatoria, denique in generali conventu coram Nobis habito, quaestione agitata, rebus omnibus acerrimo iudicio investigatio, die xxx iulii anni MDCCCCXXIV proposita miracula constare, ulteriusque propterea in casu procedi posse declaravimus. Cum proinde nihil, secundum sacri fori instituta, iam superesset, nisi ut Patres Cardinales Sacris tuendis Ritibus praepositi, ceterique de more consulendi rogarentur, num tuto procedi posse censerent ad sollemnem Venerabilis Dei Famuli beatificationem, in generalibus Congregationis comitiis, quae die quinta mensis augusti praeteriti anni, coram Nobis habita sunt¿ tum iidem S. R. E. Cardinales, tum qui aderant Praelati et Consultores, sententiam affirmativam, consensu unanimi, dixerunt. Nos vero in re tanti momenti aperire Nostram mentem cunctati sumus, donec enixis precibus supernum antea lumen posceremus. Quod quidem cum fecissemus, die prima novembris eiusdem anni MDCCCCXXIV, religiosissime litato Eucharistico Sacrificio, adstantibus venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, nec non dilecto filio Nostro Caietano S. R. E. Diacono Cardinali Bisleti, causae relatore, et Reverendis Dominis Alexandro Verde, eiusdem Sacrorum Rituum Congregationis a secretis, et Angelo Mariani, Fidei promotore generan, sollemniter ediximus tuto procedi posse ad sollemnem Venerabilis Servi Dei Iosephi Cafasso beatificationem. Quae cum ita sint, precibus permoti Archiepiscopi Taurinensis et ceterorum in subalpinis regionibus Episcoporum, auctoritate Nostra apostolica, concedimus tit idem Venerabilis Ioseph Cafasso, presbyter saecularis et Conlegii Ecclesiastici Taurinensis moderator, Beati

nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus et lypsana, seu relliquiae, publicae venerationi proponantur, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferenda; itemque permittimus ut imagines eiusdem Dei Famuli radiis decorentur. Praeterea, eadem auctoritate Nostra, concedimus ut de eo quotannis Officium recitetur de Communi Confessorum non Pontificum, cum Lectionibus propriis per Nos adprobatis, et Missa propria, per Nos pariter adprobata, servatis rubricis, celebretur, sed tamen in Taurinensi dumtaxat archidioecesi. Denique largimur ut sollemnia beatificationis Venerabilis Dei Famuli Iosephi Cafasso, servatis servandis, in memorata archidioecesi, die ab Ordinario designanda, celebrentur intra annum ab iisdem sollemmbus in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana rite peractis. Non obstantibus constitutionibus atque ordinationibus Apostolicis, nec non decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuslibet. Volumus autem ut praesentium Litterarum exemplis, etiam impressis dummodo manu Secretarii Sacrae Bituum Congregationis subscripta sint, et sigillo Cardinalis Praefecti obsignata, eadem prorsus fides in disceptationibus, iudicialibus quoque, habeatur, quae voluntatis Nostrae significationi, hisce Litteris ostensis, haberetur.

Datum Bomae apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die III mensis maii, anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

• VI ,

VEN. SERVAE DEI IPHIGENIA A SANCTO MATTHAEO, E CONGREGATIONE SORORUM AB ADORATIONE PERPETUA SANCTISSIMI SACRAMENTI, ELISABETH TERESIA A SACRO CORDE IESU, ORDINIS URSULINARUM, MARIA ROSA, ORDINIS SANCTI BENEDICTI, MARIA A SANCTO HENRICO, ORDINIS CISTÈRCIENSIS, ET SOCIAE, BEATAE REÑUNTIANTUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Adolevit Martyrum purpurata sanguine Ecclesia, sed fortissimorum heroum seriem, qui, effuso sanguine, testimonium Christo reddiderunt, nulla unquam conclusit aetas, et fastorum ipsorum tabulae novis semper enitent titulis. Id quidem evenit luctuosis ilfis temporibus quibus in Gallia, saeculo xviii exeunte, grassante teterrima rerum publicarum seditione, impia quoque saevit a christiani nominis osoribus excitata persecutio, qua plures sacerdotes,

religiosi viri et deturbatae a claustris atque in odium fidei interemptae moniales gloriosum martyrium f ecere. Has inter Deo sacras virgines, quae, veterum fidei adsertorem facinora aemulataé, atrocissima quaeque pro Christo pati, ipsamque cruentam vitae iacturam facere non dubitarunt, duae supra triginta accensentur sanctimoniales, quarum haec sunt nomina religiosa: Soror Iphigenia a Sancto Matthaeo, Elisabeth Teresia a Sacro Corde Iesu, Maria Rosa, Maria a Sancto Henrico, et harum Sociae soror a Sancta Pelagia, soror Theoctista Maria, soror a Sancto Martino, soror Rosa a Sancto Xaverio, soror Martha ab Angelo bono, soror Magdalena a Matre Dei, soror ab Ahnunciatioue, soror a Sancto Alexio, soror Amata a Iesu, soror Maria a Iesu, soror a Sancto Ioachim, soror a Sancto Augustino, soror Maria ab Angelis, soror Magdalena a Sanctissimo Sacramento, soror Catharina a Iesu, soror a Sancta Francisca, soror a Sancta Sophia, soror Agnes a Sancto Ludovico, soror a Sancto Bernardo, soror a Sancto Basilio, soror a Sancta Melania, soror a Sancta Sophia, soror a Sancto Gervasio, soror a Sancto Francisco, soror a Sancto Michaele, soror a Sancto Andrea, soror a Sancta Rosalía et soror a Sacro Corde Mariae. Ex hoc glorioso manipulo soror Maria Rosa ad Ordinem pertinet Sancti Benedicti; soror Iphigenia a Sancto Matthaeo, cum duodecim in passione sociis sororibus, pertinet ad Congregationem, quae ab adoratione perpetua nomen sumit; soror Elisabeth Teresia a Sacro Corde Iesu et quindecim illius sociae Ursulinae sanctimoniales sunt, eisque binae adiicendae germanae sorores, Maria a Sancto Henrico et soror a Sacro Corde Mariae, quae, cum ab asceterio Avenionensi Sanctae Catharinae Ordinis Cisterciensis depulsae fuerint, in coenobium Ursulinarum se receperunt, unaque eum illis commune perpessae sunt extremum supphcium. Cum de Martyribus agitur *sola mors est in qua residet heroicitas,* ideoque vitam anteactam inquirere non expedit; iuvat tamen addere has omnes ancillas Dei, posthabitis florentis aetatis illecebris, mundi voluptatibus ac divitiis reiectis, ipsisque parentibus relictis, sibi Christum in Sponsum eligere maluisse et caelestem sequi Agnum, qui inter lilia pascitur. Inter civiles tumultus et pericula imminentia, nihil prudentes virgines de religiosa Regularum observantia remiserunt, nihil de officiis ipsarum instituti propriis; atque in constanti bonorum operum exercitatione perseverarunt, donec in vincula coniectae fuerunt. In publicum carcerem Arausione detrusae, custodiam in asceterium mutarunt, et, licet captivae, nunquam ab oratione et rerum divinarum commentatione cessarunt, neque a consuetis pietatis officiis abstinuerunt, ut se impendenti morti, divina impetrata ope, compararent. Tunc vere apparuit quid possit Christi fides; tunc debiles ac mites feminae heroicae fortitudinis exempla pefhibuerunt miranda. Ad tribunal raptae, interritae impiis

iudicibus responsa dederunt priscis martyribus digna; nimirum usae sunt illa lingua, qua veteres fidei adsertores utebantur, secundum divinam illam promissionem: «Dabitur vobis in illa hora quid loquarnini» (Matth., X, 19). Omnes, uno ore, propositum sibi iuramentum libertatis et aequalitatis, uti ab Ecclesia vetitum, delectarunt; ut fidem servarent, mortem oppetere non expaverunt; etenim singulae, iureiurando recusato, quasi phanatismi sontes, a nefario iudice capite damnabantur. Antistita et natu maiores moniales Socias in fide, verbo atque exemplo, firmabant; ductas ad tribunal precibus comitabantur et votis; accepto damnationis nuntio, mbrituras in supremo agone Deo commendabant. Die quarta mensis iulii anno MDCCLXXXXIV prima vice nonnullae ex invicto agmine damnatae et continuo securi percussae fuerunt, no vies eodem vertente mense de illis supplicium sumptum est, omnesque, alia post aliam lethale pégma adscenderunt. Iudicibus et ipsis carnificibus gratias agentes quod eorum ope tam cito ad Agni nuptias properarent, hilari vultu et suavibus cantibus Domino benedicentes processerunt ad mortem, ac patibulum deosculatae, ipsis caedis ministris obstupescentibus ac trepidantibus, strenuissime ac caelesti perfusae laetitia, innocens caput securi obtruncandum obtulerunt. Caeli terraeque admiratione dignum spectaculum! Soror Iphigenia, ut Sociis exemplo esset in morte, celeri pede, *dissòlvi* cupiens ei *esse cum Christo,* gradus pegmatis conscendit. Soror Maria Theöctista propéravit ad supplicii locum psalmum *Magnificat* elata voce continens. Soror a Sancta Pelagia, in patibuli conspectu complexa Socias, illis bellaria diribet, aiens: *Accipite nuptiarum mearum munuscula.* Soror Martha ab Angelo bono, tentata ab immundo carnifice: *Absolve cito opus tuum* - respondit - *caelestis enim Sponsi amore langueo.* Sic omnes fortissimae Heroides gloriosum in conspectu Domini martyrium consummarunt, caelestibus etiam signis illustratum; haud enim silentio praetereundae sunt insperatae trium ex persecutoribus et accusatoribus conversiones, itemque beneficia plura quae assequutae sunt religiosae ipsarum virginum familiae, nonnullaeque a morbis sanationes quae naturae vires excedere omnino videntur, illarum intercessione divinitus impetratae. Quare, cum invaluisset in populo fama martyrii, et etiam a gravibus rerum gestarum scriptoribus harum Dei Ancillarum caedes verum ac formale martyrium appellata sit, ipsaeque tamquam Christi martyres in odium fidei peremptae haberi coeptae fuerint ac recoli, de Beatorum Martyrum honoribus ipsis tribuendis, penes Sacrorum Rituum Congregationem Causa inchoata est, et in Curia dioecesis Avënionensis, cuius intra fines gloriosum agmen obtinuerat coronam, processus Ordinarii adornati sunt, omnibusque rei momentis sedulo studio perpensis, cia. me. Decessor Noster Benedictus Pp. XV, die xiv mensis iunii anni MDGCCCXVI huius

causae introductionis decretum sua manu obsignavit. Continuo proposita quaestio est de martyrio martyriique causa, et cum post accuratissimam disceptationem constiterit harum triginta duarum virginum internecionem apprime evenisse in christiani nominis odium, et solam fidem fuisse illius causam, Nos sollemni decreto, edito xiv kalendas apriles vertentis Anni Sancti, de earundem Ancillarum Dei martyrio martyriique causa constare declaravimus. Super signis sive miraculis dispensatum est. Cum igitur de martyrio materiah ac formali constaret, illud supererai, ut Sacrorum Rituum Cardinales et Consultores rogarentur, an, stante approbatione martyrii martyriique causae, nec non dispensatione a signis sive miraculis, tuto procedi posse censerent ad sollemnem earundem Servarum Dei Beatificationem. Hoc praestitit venerabilis frater Noster Vincentius S. B. E. Cardinalis Vannutelli, Episcopus Ostiensis et Praenestinus, Sacri Conlegii Decanus, Causae relator, in generalibus comitiis coram Nobis in Vaticanis aedibus habitis, die XXI mensis aprilis huius anni, omnesque, tum S. R. E. Cardinales tum qui aderant Patres Consultores unanimi consensu affirmative responderunt. Nos tamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus, donec a Patre luminum caelestis sapientiae auxilium impetraremus. Quod cum impensis precibus fecissemus, tandem kalendis maiis currentis anni, Eucharistico Sacro rite litato, accitis adstantibusque VV. FF. NN. Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, et Vincentio S. R. E. Cardinali Vannutelli, Episcopo Ostiensi et Praenestino, Sacri Conlegii Decano et Causae Relatore, una cum dilectis filiis Angelo Mariani, Fidei promotore generali, nec non Alexandro Verde, eiusdem Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, sollemniter ediximus tuto procedi posse ad super enunciatarum Famularum Dei beatificationem. Quae cum ita sint, Nos, precibus etiam permoti tam Congregationis Sororum ab adoratione perpetua Sanctissimi Sacramenti, quam Ordinum XJrsulinarum, Sancti Benedicti ac Cisterciensis, apostolica Nostra auctoritate, praesentium tenore, facultatem facimus ut venerabiles Ancillae Dei Iphigenia a Sancto Matthaeo, e Congregatione Sororum ab adoratione perpetua Sanctissimi Sacramenti, Elisabeth Teresia a Sacro Corde Iesu, Ordinis Ursulinarum, Maria Bosa, Ordinis Sancti Benedicti, Maria a Sancto Henrico, Ordinis Cisterciensis, nec non earum in passione Sociae soror a Sancta Pelagia, soror Theoctista Maria, soror a Sancto Martino, soror Rosa a Sancto Xaverio, soror Martha ab Angelo bono, soror Magdalena a Matre Dei, soror ab Annuntiatione, soror a Sancto Alexio, soror Amata a Iesu, soror Maria a Iesu, soror a Sancto Ioachim, soror a Sancto Augustino, soror Maria ab Angelis, soror Magdalena a Sanctissimo Sacramento, soror Catharina a Iesu, soror a Sancta Francisca,

soror a Sancta Sophia, soror Agnes a Sancto Lodovico, soror a Sancto Bernardo, soror a Sancto Basilio, soror a Sancta Melania, soror a Sancta Sophia, soror á Sancto Gervasio, soror a Sancto Francisco, soror a Sancto Michaele, soror a Sancto Andrea, soror a Sancta Rosalia et soror a Sacro Corde Mariae, Beatae in posterum appellentur, earumque corpora et relliquiae, non tamen in. sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae fidelium venerationi proponantur, atque imagines radiis decorantur. Insuper eadem Nostra auctoritate concedimus, ut de illis recitetur Officium, et Missa celebretur de Communi Virginum et Martyrum iuxta rubricas Missalis et Breviarii Romani. Eiusmodi vero Officii recitationem et Missae celebrationem fieri dumtaxat concedimus in dioecesi Avenionensi, in qua passae sunt, nec non in omnibus templis ac piis domibus, ubique terrarum sitis, quae pertineant ad Congregationem ab adoratione perpetua Sanctissimi Sacramenti, nec non ad Ordines Ursulinarum, Sancti Benedicti ac Cistereiensem, ab omnibus fidelibus, tam saecularibus quam regularibus, qui Horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, ab omnibus sacerdotibus continentibus ad tempia in quibus Beatarum ipsarum festum celebretur. Denique largimur ut sollemnia Beatificationis earundem Ancillarum Dei peragantur cum Officio et Missa duplicis maioris ritus, idque fieri concedimus in praefata dioecesi et in templis sive oratoriis,- quae nominavimus, die per Ordinarium designando intra annum, postquam eadem sollemnia in Patriarchali Basilica Vaticana fuerint celebrata.

Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis nec non decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrorum Rituum Congregationis subscripta et Cardinalis Praefecti sigillo munita sint, in disceptationibus, etiam iudicialibus, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi his ostensis Litteris haberetur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis maii anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPÀRRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLA

AD EMUM P. D. EUGENIUM, TIT. SS. SILVESTRI ET MARTINI, S. R. E. PRESB. CARD. TOSI ARCHIEPISCOPUM MEDIOLANENSEM, QUEM DELIGIT LEGATUM SUUM AD CORONAS IMPONENDAS INFANTI IESU ET BEATAE VIRGINI DE FONTANELLATO, IN DIOECESI PARMENSI.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Quod Sanctuarii de Fontanellato laus ac fama non modo in dioecesis Parmensis totiusque Aemiliae finibus percrebrescit, sed etiam apud exteras gentes - quacumque missionales e Sodalitate Parmensi a Francisco Xaverio in ethnicos Christo lucrandos incumbunt - mirari cui liceat * quando, trium decursu saeculorum, a Beatissima Virgine, cuius simulacrum publicae ibi est venerationi propositum, tot tamque mirabilia christianus populus beneficia impetravit? Namque, ut maiores memoriae prodiderunt, et monumentis recentiorum aetatum commendatum est, Virgine de Fontanellato deprecatrice saepenumero contigit, ut ad fidem bonam ve frugem homines atque ad sanitatem ex improviso reverterentur, praetereaque damna et pericula effugerent, quae sibi suisque rebus impenderent. Comperimus item, praecipuo quodam amantissimae Matris patrocinio pueros eius regionis ad hunc diem fruitos esse: feruntur enim ahi, in puteos fossasque delapsi, incolumes inde emersisse, impaciti alii rotis gravissimorum curruum, integri exsiluisse atque intacti; alii aut caeci a nativitate aut muti et surdi aut membris capti debilesque visum, vocem, auditum motumque recuperasse. Quorum profecto miraculorum luculento sunt testimonio cum tabulae votivae, quibus sacrae Aedis parietes vestiuntur toti, tum ingens peregrinorum multitudo, qui quotannis, praesertim mensibus augusto et septembri, pedibus interdum, vel nudis, iter ingressi, undique illuc, implorationis grative animi ergo, conveniunt. Nec, dilecte fili Noster, ignoras, quem uterque habuimus in archidioecesi regunda decessorem, s. m. Patrem Cardinalem Andream Ferrari, non tam ob veterem clericorum Parmensium consuetudinem, quam quia aegrotans puerulus, matre sua ante Simulacrum in preces lacrimasque effusa, ad sanitatem restitutus erat, novensilem sacerdotem ibi primum litasse et saltem semel in anno litare postea eonsuevisse: a quo piae'membrisque voluntatis officio ipsum nec operosa gregis cura nec is, quo demum abreptus est, morbus unquam detinuerunt. Quodsi taha Dei Genetrix beneficia eo loco fidelibus abunde continenterque largitur, misericordiae Virginis congruunt sane ac respondent popularis pietatis argumenta ac

significationes. Cuius quidem rei testem appellari adhiberique liceat Parmensem Antistitem, cui, ex collata communiter stipe, copiae facultatesque suppetiere tum ad sanctuarium - abhinc duos et viginti annos Basilicae titulo auctum - nova et magnifica fronte ornandum, tum ad coronas affabre conficiendas ac caelandas, quibus Deiparae et Infantis Iesu capita decretum est longe sollemniore ritu redimiri quam annis MDCLX et MDCCLXXI factum est. Cum autem ut eiusmodi eventum, Nostra interposita auctoritate, participaremus, a venerabili fratre Archiepiscopo Episcopo Parmensi, a Moderatoribus Dominicianae familiae, quae divinum cultum animarumque salutem in Basilica provehit, itemque a primoribus cleri populique rogati simus, placuit eorundem optatis benigne concedere. Itaque te, dilecte fili Noster, quemadmodum praemoneri iussimus, Legatum Nostrum deligimus ac renuntiamus, qui sacris sollemnibus mense maio Parmae habendis Nostro nomine praesideas, et coronas, quas prius Nosmet ipsi prece sancta lustrabimus> Virgini de Fontanellato et Infanti Iesu, quem Ipsa in ulnis sustinet, veluti manibus Nostris imponas. Quam quidem ad Legationem amplissimam ut te vocaremus, suaserunt et Nostra in te benevolentiae caritas et pietas in Virginem tua; at potissimum ea Nos impulit cogitatio, decere omnino, quod in memoriam decessoris Cardinalis Perrari aeneum erectum est in area Basilicae monumentum, illud a te detegi ac dedicari. Quod igitur in dioecesi Parmensi Nostram per agenda sollemnia sustinebis personam, idcirco tuum quoque erit, eos omnes qui convenerint Nostris verbis alioqui, iisdemque admovere stimulos, ut, flagranti in Virginem de Fontanellato pietate christianarumque virtutum studio, se eius patrocinio cotidie digniores exhibeant ac praestent. Caelestium interea donorum auspicem paternaeque caritatis Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, et Antistiti, clero populoque dioecesis Parmensis apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, die VII mensis martii, anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I
PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

30 ayrHis 1925. — Cathedrali Ecclesiae Maioricensi et Ibusensi praefecit R. P. D. Gabrielem Llompart y Jaume Santandreu, hactenus Episcopum Gerundensem.

1 maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Thoronensi, R. D, Petrum Patau, Vicarium generalem dioecesis Elnensis, quem deputavit Auxiliarem R. P; D. Iulii Mariae Ludovici Carsalade du Pont, Episcopi Elnensis.

5 maii. — Metropolitanae Ecclesiae Barensi, R. P. D. Augustum Curi, hactenus Episcopum Calliensem et Pergulanum.

— Cathedrali Ecclesiae Castri Maris, R. P. D. Paschalem Bagosta, hactenus Episcopum Isclanum.

9 maii. — Archiepiscopali titulari Ecclesiae Nacoleensi, R. P. D. Paschalem Berardi, hactenus Archiepiscopum Caietanum.

12 maii. —- Cathedrali Ecclesiae Wayne-Castrensi, B. D. Ioannem Noli, antistitem Urbanum, parochum ad S. Mariae oppidi *Huntington,* eiusdem dioecesis Wayne-Castrensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Alabandensi, B. P. Franciscum Chaize, Societatis Parisiensis pro Missionibus ad exteros, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Petri Mariae Gendreau, Vicarii Apostolici de Hanoi.

15 maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Erythrarum, R. D. Franciscum Mariam Picaud, Vicarium generalem dioecesis Venetensis, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Alcimi Armandi Gouraud, Episcopi Venetensis.

20 maii. — Cathedrali Ecclesiae Palentinaé, R. D. Augustinum Parrado y Garcia, antistitem Urbanum, Archidiaconum ecclesiae cathedralis Salmanticensis.

II

ANTEQUBBENSiS-VEBAEOEUCElSrSIS

DE MUTATIONE FINIUM

DECRETUM

Propter quasdam dubitationes iam ortas circa limites suarum Ecclesiarum, R- P. D. Ioseph O. Nuñez et Zarate, Archiepiscopus Antequerensis, et R. P. D. Raphael Guizar Valencia, Episcopus Veraecrucis, inter sese convenerunt ut paroecia de *Acatlàn,* de qua quaestio erat, perpetuo dioecesi Veraecrucensi adscriberetur. Cum vero haec ipsa paroecia de *Acatlàn* in suo territorio comprehendat vicos quosdam qui indubitanter ad archidioecesim Antequerensem pertinent, de communi consensu iidem Revmi Ordinarii a Sancta Sede expostularunt facultatem adiungendi perpetuo eidem dioecesi Veraecrucis seu Jalapae paroeciam memoratam de *Acatlàn,* cum limitibus qui in praesenti eam circumscribunt et attingunt ad flumen *Tonto* usque, et sub se comprehendunt vicum de *Amapa* dictum: idque vero attenta praesertim difficultate quam Archiepiscopus Antequerensis habet vicos illos bene gubernandi. Itaque Ssmus Dominus Noster Pius PP. XI, petitionis opportunitatem ac necessitatem recognoscens, ac preces benigne excipiens, hoc praesenti consistoriali decreto statuit, ut memorata paroecia de *Acatlàn* a territorio archidioecesis Antequerensis, cum finibus de quibus supra/avulsa, dioecesi Veraecrucis, tam in spiritualibus quam in temporalibus, uniatur.

Ad haec autem exsecutioni mandanda idem Ssmus Dominus Noster deputare dignatus est R. P. D. Seraphim Cimino, Archiepiscopum Cyrrhensem ac in Mexicana republica Delegatum Apostolicum, eique facultates omnes tribuit ad id necessarias, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum, in ecclesiastica dignitate constitutum, cum obligatione transmittendi ad hanc Sacram Congregationem, intra sex menses, authenticum exemplar exsecutionis peractae. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis die 24 aprilis 1925.

£g C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. *rB* S.

f Fr. Raphael O., Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

III

SORQCABANA, BÖTUCATUENSIS ET^CAMPINENSIS
COMMUTATIONIS FINIUM

DECBETUM

Rmi Episcopi Sorocabanus, Botucatuensis et Campinensis postularunt ab Apostolica Sede, ut actuales limites suarum dioecesium, pro maiore episcopalis administrationis commodo, ita immutarentur, ut paroeciae vulgo appellatae *Piraju, Fartura, Anhembi, Itahy,* erronee iam alias dicta *Itobi,* a dioecesi Sorocabana, cui attributae iam fuerant, dismembrentur et dioecesi Botucatuensi cum territoriis, clero, fidelibus, oratoriis aliisque piis locis uniantur; item, cum territorium civile municipiorum vulgo *Tieté* et *Porto Felix,* partim ad Sorocabanam, partim ad Campinensem dioecesim spectet, illud, avulsa portione ad dioecesim Campinensem pertinente, integre dioecesi Sorocabanae coniungatur una cum clero, fidelibus, ecclesiis aliisque piis locis ibidem exsistentibus. Porro Ssmus Dnus Noster, constito de favorabili sententia tum Metropolitani Archiepiscopi tum Apostolici in Brasilia Nuntii, et probe noscens id in bonum illorum fidelium cessurum, oblatis precibus annuendum esse censuit. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel sua interesse praesumant, consensu, praesenti consistoriali decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae desuper expeditae fuissent, memoratas paroecias, cum omnibus et singulis clero, fidelibus et ecclesiis ibidem exstantibus a dioecesi Sorocabana separai et Botucatuensi in perpetuum coniungit: similiter memoratum territorium municipiorum *Tieté* et *Porto Felix,* avulsa portione ad dioecesim Campinensem spectante, una cum clero, fidelibus, oratoriis dioecesi Sorocabanae unit. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ad haec autem exsecutioni mandanda idem Ssmus Dominus deputat B. P. D. Henricum Gasparri, Archiep. tit. Sebastensem et in republica Brasiliana Apostolicum fNuntium, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet ecclesiasticum virum in ecclesiastica dignitate constitutum, cum onere mittendi ad hanc Sacram Congregationem, intra sex menses a data praesentium computandos, authenticum exemplar exsecutionis peractae.

Datum Bomae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 24 aprilis 1925.

£g C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. *m* S.

f Fr. Baphaël C, Archiep. Thessàlonicen., *Adsessor.*

IV

AITGUSTANA-MONACENSIS ET .FRISINGENSIS

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

DECRETUM

Incolae pagi *Burgstall,* dioecesis Augustanae, SSmo Dno Nostro Pio PP. XI supplicarunt, ut memoratus pagus a sua paroecia *Mering,* a qua longe abest, separetur proximum paroeciae *Egenburg,* in archidioecesi Monacensi et Frisingensi, aggregandus. Quibus votis ac precibus Sanctitas Sua, attento consensu utriusque dioecesis Ordinariorum et favorabili voto R. P. D. Eugenii Pacelli, Archiep. tit. Sardian. et Nuntii Apostolici in Bavaria, obsecundare decrevit; ac propterea forma ac tenore praesentis consistorialis decreti statuit, ut pagus *Burgstall* a paroecia *Mering* et a dioecesi Augustana dismembretur atque archidioecesi Monacensi et Frisingensi ac paroeciae *Egenburg* pleno iure adiungatur.

Ad praemissa exsecutioni mandanda Ssmus Dominus Noster deputavit eundem R. P. D. Eugenium Pacelli, cui tribuit omnes facultates ad rem necessarias, etiam subdelegandi quemlibet virum, in ecclesiastica dignitate constitutum, ad effectum de quo agitur: facto, onere transmittendi intra sex menses ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar exsecutionis peractae. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 25 aprilis .1925.

£8 C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. & S.

Hamletus I. Ci#ognani, *Substitutus.*

V

NOTIFICATIO

Attento gravissimo scandalo dato a Sacerdote Caietano Balestrieri, dioecesis Laquedoniensis, declaratur eundem Sacerdotem decreto Sacrae Congregationis Consistorialis suspensum esse *a divinis.*

SACRA CONGREGATIO CONCILII

MONOPOLITANA

ADSISTENTIAE EPISCOPO PRAESTANDAE

Die 9 februarii 1924

QUAESTIO. - Ad praecavendas difficultates quae exoriri potuissent in usu et praxi can. 412 Codicis iuris canonici, Episcopus Monopolitanus reverenter exposuit huic Sacrae Congregationi, accidere saepenumero ut Ordinarius advocetur in ecclesias paroeciales, etiam extra civitatem episcopalem et suburbia eiusdem, ad solemniores efficiendas sacrae Communionis generales vel primas distributiones quodam, adhibito pontificalis ritus apparatu (vulgo *basso pontificale)-,* tum in his, tum nonnumquam ad solemniorem collationem baptismi aut Confirmationis, vel etiam ad pontificalem matrimoniis adsistentiam, opportunam videri aliquot saltem e Canonicis ecclesiae cathedralis adsistentiam. Dubitatum vero a nonnullis num Canonici invitanti seu praecipienti Episcopo, in hac re impune non parere possint: quamobrem idem Monopolitanus Episcopus Emis Patribus sequens dubium solvendum subiecit:

« An Canonici teneantur Episcopo adsistere sacra peragenti in casu ».

ANIMADVERSIONES. - Can. 412 § 1 Codicis ex integro ius vetus refert; quamobrem aestimandus est ex veteris iuris auctoritate atque adeo ex receptis apud probatos auctores interpretationibus. Ceterum canonis praescriptum perspicuum est: praefinit nimirum adsistentiam a Canonicis Episcopolpraestandam « solemniter Missam celebranti aut alia pontificali exercenti ». Quavis difficultate vacat quod dicitur solemniter Missam celebrari: de pontificalibus autem explicitus est can. 337 § 2: « exercere pontificalia in iure est sacras functiones peragere, quae ex legibus liturgicis requirunt insignia pontificalia, idest baculum aut mitram »: quod contingit, iuxta *Caeremoniale Episcoporum et Pontificale Romanum,* praeterquam in Missae solemni celebratione, in Vesperis pontificalibus, in adsistentia pontificali Missae et Officio chorali, in Ordinum collatione, in consecratione Episcopi, in benedictione Abbatis, in velandis sacris Virginibus, in coronatione Regum, in consecratione companarum, ecclesiarum, vasorum; in benedictione primi

lapidis, coemeterii; in reconciliatione ecclesiae yel coemeterii, et in solemni Confirmationis collatione. In hisce itaque omnibus

a) Si fiant in ecclesia cathedrali aut collegiata, Canonici eiusdem, nulla praevia invitatione, adsistere et inservire debent omnes *in corpore,* ut antiqui iuris praescriptio erat, quam implicite retinet can. 412 § 1 ibi: « adsistere et inservire debent *etiam* in aliis ecclesiis civitatis » idest praeter ecclesiam cathedralem, cuius mentio fit primis eiusdem canonis verbis.

b) Si fiant in aliis ecclesiis civitatis episcopalis, aut suburbii, Canonici ecclesiae cathedralis similiter assistere et inservire debent, at praevia invitatione Episcopi, et quidem non omnes, sed aliquot tantum, ut. sufficiens numerus Canonicorum *iudicio Episcopi* in ecclesia maneat: quamobrem si sufficiens numerus omnino desit, Episcopus a tali invitatione abstinere debebit. Id plane consonat antiquo iuri: cfr. S. R. C. in Aquilana, 19 decembris 1665 « teneri assistere Episcopo pontificaliter celebranti etiam extra cathedralem, *dummodo* numerus sufficiens canonicorum remaneat in cathedrali pro servitio dictae ecclesiae » (apud Gardellini, 2202; cfr. Coli. auth., decr. 14 ad 2; 138; 226).

c) Si demum fiant extra civitatem episcopalem, Canonici ecclesiae cathedralis Episcopo solemniter celebranti aut alia pontificalia exercenti assistere et inservire non tenentur, neque ad hoc cogendi sunt. Haec iuris veteris auctoritas, in novo quoque intercedit, non solum ad mentem can. 6, n. 2, sed etiam quia implicite in can. 412 § 1 satis repraesentatur consideranti effatum illud: « legislator quod voluit expressit, *quod noluit tacuit* ». Ceterum siqua in re necessitas exsurgit, satis huic consuluisse videtur legislator praescripto can. 412 § 2.

Hac scilicet altera can. 412 paragrapho generatim edicitur: «Episcopus potest duos e Capitulo sive cathedrali sive collegiali assumere *ut sibi in ecclesiastico ministerio ac dioecesis servitio* assistant » absque ulla sive locorum sive peragendorum distinctione, sed restricto numero ad *duos* tantummodo, sub repetita, ut par est, naturali condicione « dummodo sufficiens numerus canonicorum in ecclesia maneat ». In hac re inter vetus novumque ius nonnisi maioris perspicuitatis ratio interest: nam, ubi antea dici solebat « Episcopo licet assumere ac retinere duos e Capitulo cathedrali, *pro suo et suae Ecclesiae* servitio » nunc magis definite dicitur «ut sibi in,ecclesiastico ministerio ac dioecesis servitio assistant »: et ita quaevis ambiguitas sublata est in interpretando *servitio^* quod Episcopo hi duo Capitulares reddant. Fagnanus nimirum cum aliis, servitium interpretabatur ecclesiasticum tantum, prout verbum *et* sensu *copulativo* intellectum innuit *(De Episcopo,* lib. III, c. VII n. 13); Barbosa e contrario, idem verbum *disiunctive* accipiendo, servitium intelligebat etiam personale Episcopo praestan-

dum v. g. domui praefecti, privati secretarii etc. *(de offic, et pot. JEp:,* III, all."53, n. 142 sq.; cfr. Scarfanton., *Ad Ceccop.,* 1. III, n. 18). Codex evidenter primam sequitur acceptionem, cum nonnisi ministerium ecclesiasticum et dioecesis servitium recenseat. Porro haec duplex mentio *ministerii* et *servitii* revocat quodammodo in mentem distinctionem ministerii et imperii prout a doctoribus traditur: « Imperium ordinatur ad Ecclesiam gubernandam, *ministerium ad res sacras administrandas* »; dictio autem *ecclesiasticum* ad *ministerium* accedens, et cum praecisione ab *Ecclesia* quatenus est cum *dioecesi* univoca, heic nonnisi indicat « .aliquid pertinens ad ecclesiam seu ad locum divino cultui destinatum, ubi *iunctiones* sacrae, seu *Ii* turgicae* peraguntur ». Quamobrem ministerium ecclesiasticum Episcopi, directe complectitur, in casu, sacras functiones quas peragit Episcopus, ut talis, nempe ut *pastor dioecesis,* etsi non stricte pontificales, dummodo eas non peragat privatim, qua simplex sacerdos: ut iam cautum fuerat veteri iure « canonicos non teneri praestare adsistentiam Episcopo *privatim* Missam celebranti » (S. E. C. 11 iun. 1629; 13 sept. 1646; 18 iul. 1750, etc). Perspicue Andreucci *(de pace tuenda,* n. 39: cfr. de Herdt, *Prax. capit.,* p. II, c. 14, § 1, n. V): << Si Episcopus velit, hi canonici ei assistere et ihservire possunt et debent in omnibus quae respiciunt ipsius ministerium et dioecesis utilitatem. Possunt ab Episcopo secum duci et apud se detineri, sive ad functiones celebrandas, sive ad negotia tractanda, sive ad dioecesim lustrandam, quando et quomodo ipse expedire iudicaverit ».

Quibus praemissis sponte fluit solutio dubii propositi: nam sive agitur de pontificalibus *extra* civitatem episcopalem et suburbium, sive agitur de functionibus non pontificalibus, pertinentibus tamen ad Episcopi ministerium ecclesiasticum, Episcopo praesto est dumtaxat ius ex can. 412 § 2 derivans.

Quare, etc.

RESOLUTIO. - In plenariis comitiis habitis ad Vaticanum die 9 februarii 1924, Emi Patres S. C. Concilii proposito dubio respondendum censue« runt: *Affirmative* ad normam aut § 1 aut § 2 can. 412 iuxta qualitatem « functionum sacrarum.

Facta autem relatione de omnibus Ssmo Domino Nostro Pio PP. XI in audientia diei 11 subsequentis, Sanctitas Sua datam resolutionem approbavit et confirmavit.

f Iulius, Episc. Lampsacen., *Secretarius.*

SACKA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

NOMINATIONES

Decretis Sacri Consilii Christiano Nomini propagando, renunciati sunt:

31 martii 1925. — Praefectus Apostolicus de Langson et Caobang (Indosinarum), R. P. Dominicus M. Maillet, O. P.

6 maii. — Praefectus Apostolicus de Pilcomayo (Boliviae), R. P. Ioseph Rose ex Oblatis B. M. V. Immaculatae.

Item decreto eiusdem Sacrae Congregationis de Propaganda Eide, dato die 13 martii 1925, R. P. Ioseph Bastien, presbyter Sancti Sulpitii, rector Collegii Canadensis in Urbe, adlectus est in Consilium Pontificii Operis a Fidei Propagatione pro ditione Canadensi.

II

DESIGNATIO

Archiepiscopus Portus Hispaniae designavit pro appellationibus, ad normam can. 1594, § 2, Ordinarium Rosensem. Quam designationem Ssmus Dominus Noster, decreto huius Sacrae Congregationis, dato die 10 iulii 1924, probavit.

HI

APPROBATIONES

Successivis decretis huius Sacrae Congregationis Ssmus Dominus Noster Pius PP. XI *definitive* approbare dignatus est:

17 martii 1925. — Rationem servandam seu statuta pro Missionibus concreditis Missionariis Sacri Cordis Iesu.

21 martii. — Constitutiones Sodalitii Piarum Matrum Nigritiae ad normam Codicis revisas.

— Constitutiones pariter revisas Sororum a Spiritu Sancto.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

AVENIONEK

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIUM SERVARUM DEI SORORUM IPHIGENIAE A S. MATTHAEO, E CONGREGATIONE SORORUM AB ADORATIONE PERPETUA SANCTISSIMI SACRAMENTI, ELISABETH TERESIAE, A SACRO CORDE IESU, ORDINIS URSULINARUM, MARIAE ROSAE, ORDINIS SANCTI BENEDICTI, MARIAE A S. HENRICO, ORDINIS CISTERCIENSIS, ET SOCIARUM.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione martyrii et causae martyrii, nec non dispensatione a signis seu miraculis, ad tramitem Canonis* 2116, § 2, *Cod. Iur. Can., tuto procedi possit ad solemnem praedictarum venerabilium, Servarum Dei Beatificationem?

Christiani martyrii vix audito nomine, necessaria quadam idearum connexione, hi duo, veluti praestituti termini, sponte ac statim menti succurrunt: ex una enim parte tyrannus seu persecutor, ex altera vero parte victima, seu insectationem patiens. Huc profecto sanctus Augustinus spectavit, cum, de triumpho Martyris agens, graviter accommodateque scripsit: *In cuius glorioso agone duo nobis praecipue consideranda sunt: indurata videlicet tortoris saevitia, et Martyris invicta patientia. Saevitia tortoris, ut eam detestemur ; patientia Martyris, ut eam imitemur (Serm. 44 de Sanctis).* Eidem sancto Doctori vetusta tribuitur et celebrata sententia per tot saecula iugiter fideliterque transmissa; nimirum: *Märtyrern non fieri poena, sed causa ;* eoque ex capite ille Donati sectatores sic merito castigabat: *Recte ista dicerentur a vobis, quàerentibus martyrum gloriam, si haberetis martyrum causam. Non enim felices, ait Dominus, qui mala ista patiuntur, sed qui propter Filium hominis patiuntur, qui est Christus eius... Nemo ergo dicat: persecutionem potior; non ventilet poenam, sed probet causam* (Apud Benedict. XIV, *de Serv. Dei Beatif. et Beat. Canonizat.,* lib. III, cap. 19, n. 2). Cum sancto Augustino conveniebat apprime sanctus Ioannes Chrysostomus, quippe cuius, in sermone contra Iudaeos, huc pertinentia, haec sunt verba: *Nam latronibus lacerantur latera et monumentorum perfossoribus et praestigiatoribus. Verum idem patiuntur et martyres. Facta*

quidem sunt eadem, ceterum animus et causa, quum haec fiant, non est eadem; eoque plurimum est discriminis inter hos et illos, Sicut igitur in illis non tormentum tantum expendimus, sed prius animum et causam, ob quam cruciatus inferuntur, consideramus, et, ob id, martyres amamus, non quod crucientur, sed quod ob Christum cruciatus ferant; contra latrones detestamur, non quia puniuntur, sed quod ob malefacta puniuntur (Ibid.).

Hisce praeiactis, quibus magis magisque illustratur quid sit, in quo sita esse debeat vera et germana christiani martyrii natura atque indoles, quaeque proinde, post apostolicum praesertim nuper evulgatum Decretum, quo venerabilium Ancillarum Dei sororum Iphigeniae et Sociarum agnita et sancita fuit martyrii veritas, ad praeclaram hanc optimo sane iure transferuntur Causam, clariora quoque et validiora suppetunt et in promptu habentur elementa et argumenta, quorum ope, mirum in modum eluceant Causae ipsius praestantia atque dignitas.

Equidem, qui parumper respiciens retro, ad unamquamque e duabus et triginta Dei Ancillis, prout eaedem in superiore Decreto, singularum allatis nominibus, recensitae ex ordine fuerunt, sese convertat eamque cominus nosse studeat, id praestare ille nequit, quin suspicere cogatur atque adrhirari, qua illae erga Deum et proximum incenderentur caritate, et quanta generosa animi abnegatione, fideli constantia et alacritate persequi et custodire satagerent quae varia et multiplicia erant suae professionis munera atque officia. Nil propterea mirum, si cum primum immanis illa et infanda, octavodecimo saeculo iam iam occiduo, furere coepit procella, venerabiles Dei Eamulae, suo perstiterint proposito, quin aliquid de pristino remitterent fervore, aut a sancta sua vocatione vel minime desciscerent, multoque minus sibimet vitaeque suae, cum facultas dabatur, prospicerent. Quin immo atrocissima quaeque infracto hilarique animo perferre maluerunt, donec ipsis impositum quum esset, quod, incolumi conscientia, salvisque Religionis iustitiaeque iuribus, exsequi nequirent, oblata insuper optione inter vitam servandam aut extremum subeundum supplicium, postremum hoc, quin ulla opus esset deliberatione, promptae iam et paratae praetulerunt, tantoque perfusae gaudio sanctaque gestientes laetitia praetulerunt, ut ad supplicii locum, tamquam si ad nuptias irent, festino non minus quam dignitate et maiestate pleno, laeto atque iucundo properarent gradu. Quumque in eo essent, ut tabulatum conscenderent, Sancti Spiritus igne exardescentes et lumine illustratae, semetipsis superiores effectae, veterum Martyrum aemulari visae sunt exempla. Pulchrum quippe fuit eas audire sacros canere hymnos, sese invicem ad assequendam gloriae coronam excitare, sancti Andreae Apostoli instar, patibulum deosculari, carnificibus suis nedum parcere, sed gratias illis etiam agere, et pro

ipsis exorare, ut benignissimus Deus eisdem ignosceret, nescientibus quid facerent, aliaque caelestis consilii plena effari, quae se probant digna profecto priscorum Martyrum lingua, confìrmantque illud divinum promissum: *Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini* (Matth., X, 19).

Itaque, suasoribus ac ducibus tantae auctoritatis Ecclesiae Doctoribus, quibus nomen est Augustinus et Chrysostomus, penitius pervestiganda erat praecipuus iste Causae locus plenamque in lucem educendus; idque conspicuo factum fuit cum eiusdem Causae foenore cumque uberi et per-, mansuro christifidelium fructu, sicut res per se ipsa docet; reique illud quoque insigni documento est, quod, scilicet, in generalibus sacri huius Ordinis comitiis, quae, die vigesima prima praeteriti mensis aprilis, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI celebrata sunt, proposito per Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, sacrae Rituum Congregationi Praefectum, loco et vice Reverendissimi Cardinalis causae Relatoris, Dubio: *An, stante approbatione martyrii et causae martyrii, nec non dispensatione a signis seu miraculis, ad tramitem canonis 2116, § 2, Cod. iur. can., tuto procedi possit ad solemnem praedictarum venerabilium Servarum Dei Beatificationem?* omnes, qui convenerant, tum Reverendissimi Cardinales, tum Patres Consultores: *tuto procedi posse,* responderunt. Verumtamen Sanctissimus Dominus noster supremam Suam sententiam Sibi de more prorogandam duxit,, enixius interea postulaturus a Domino, ut Sibi in gravissimo decernendo negotio propitius adesset.

Hodierna vero die, qua sanctorum Apostolorum Phüippi et Iacobi solemne percolitur festum, pacis Hostia ferventer oblata, ad Vaticanas Aedes acciri iussit Reverendissimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, et Vincentium Vannutelli, Episcopum Ostiensem et Praenestinum, Sacri Collegii Decanum causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, rite decrevit: *Tuto procedi posse ad solemnem venerabilium Servarum Dei sororum Iphigeniae et Sociorum Beatificationem.*

Hoc Decretum publici iuris fieri, in acta sacrae rituum Congregationis referri, Litterasque Apostolicas in forma Brevis de Beatificationis solemnibus, ubi primum licuerit, in Basifica Vaticana celebrandis, expediri mandavit kalendis maii anno MDCCCCXXV.

£g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

VALENTINA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI MARIAE MICHAELAE A SANCTISSIMO SACRAMENTO, FUNDATRICIS CONGREGATIONIS ANCILLARUM SANCTISSIMI SACRAMENTI ET CARITATIS.

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?

Nondum plenum abiit triennium, ex quo apostolica Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae XI auctoritate Decretum prodiit, quo exercitae a venerabili Ancilla Dei Maria Michaela a Sanctissimo Sacramento, tamquam heroica qualitate praeditae, probatae declarataeque fuerunt virtutes, cum hoc alterum hodierna die apostolicum evulgatur Decretum, quod, quum de duobus agat miraculis, a Deo, praefatae venerabilis Mariae Michaelae a Sanctissimo Sacramento intercessione, patratis, tantam priori Decreto, quod de heroicis fuit virtutibus, tribuit et elargitur certitudinem atque firmitatem, quantam pollicentur valideque adstruunt clarissima haec Angelici Doctoris verba: « Vera miracula non possunt fieri nisi virtute divina: « operatur enim ea Deus ad hominum utilitatem et hoc *dupliciter : uno* **« quidem** *modo* **ad veritatis praedicatae confirmationem;** *alio modo ad demon- « strationem sanctitatis alicuius,. quem Deus hominibus vult proponere in « exemplum virtutis...* **» (II-II, quaest. 178, art. 2 in corp.).**

Revera, quod hae sanationes binae, quas, optatum exitum praenobilis huius Causae assequuturi, ad cognoscendum sollertes proposuerant actores, veri prodigii prae se ferrent notas, id ex allatis constitit probationibus, quae oneri suo ferendo idoneae repertae sunt atque pares. Utroque siquidem super eventu, plus quam rei necessitas ferret, numero satis conspicuo excussi auditique fuerunt testes; eosque inter praecipuum sibi vindicant locum ambae sanatae religiosae mulieres: soror nempe Virginia a Iesu et soror Angela a Sacra Familia ; plures insuper percensentur utriusque sanatae sororis Sodales, aeque et ipsae directa optimaque scientia instructae; quodque plurimi est faciendum, non pauci occurrunt quoque salutaris artis Doctores, qui utrique aegrotanti Sorori ministerii sui praestiterunt operam. Quapropter tam amplus non minus quam firmus praesto quum esset iuridicarum probationum instructus, uti facile praevidendum erat, illud huic praestantissimae Causae obtigit auspicato : quod scilicet non unus et alter, sed omnes pariter ad unum, qui, sacrae huius

Congregationis iussu, acciti ex officio fuerant periti viri, postquam, sicut crediti muneris et officii conscientia iubebat, traditas sibi Summarii tabulas sedulo attenteque pervolutarunt lustratique fuerunt, facere nequivere, quin eo adducerentur, ut agnoscerent aperteque renuntiarent, hasce duas, de quibus est sermo, sanationes, prout earum narratio ac descriptio iudicialibus prostant in actis, in viribus naturae, artis etiam subsidio adiutae, nullam sui nancisci posse explicationem.

Officiales autem peritos ita sentientes suamque de preternaturali utriusque facti disceptationi subiecti charactere manifesto expromentes sententiam, cuncti iam praecesserant a curatione medici, qui, postmodum rite in ius vocati, eamdem, quae sibi in animo insederai, opinionem testati sunt in iudicio. Unde quantum sit pondus atque momentum, quod huic inest tam mirae omnium virorum in arte peritorum concordiae manifestaeque in id unum conspirationi, ignorare nemo potest. Quumque et nuper laudati a curatione medici, iique in processu inducti ac perpensi testes, et qui advocati ex officio fuerunt periti satis non habuerint sibi, quam adepti furant animi persuasionem veluti gratuito adserere, sed eam immo, ut ipsorum erat, aptis validisque communire sategerint argumentis, factum exinde fuit, ut, accedente quoque accurata et experrecta egregii Patroni opera, sacri huius Ordinis disceptatores, qui ad consultivum suum ferendum suffragium vocati erant, necessario opportunoque praesidio adiuti, atque causa cognita et perspecta, certam ac tutam valuerint capere iudicii deliberationem.

Quamobrem, praehabitis Congregationibus, antepraeparatoriae et praeparatoriae, generalis successit Congregatio, quae die vigesima prima superioris mensis aprilis, coram Sanctissimo Domino nostro coacta fuit. In qua a Reverendissimo Cardinali Antonio Vico, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est Dubium: *An, et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?* Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores sua quisque ex ordine protulerunt suffragia, quibus tamen intento studiosoque animo exceptis et perpensis, Sanctissimus Dominus noster supremam Suam sententiam Sibi censuit differendam, ut in gravissimo iudicio tempus intercederet, quo divina exoraretur Sapientia ad impetrandum lumen et auxilium. Quumque mentem Suam manifestam postmodum facere statuisset, hodiernam elegit diem, quae solemnibus in honorem sanctorum Apostolorum Philippi et Iacobi est consecrata; ideoque, devotissime perlitato Eucharistico sacrificio, ad Vaticanas Aedes arcessiri mandavit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore *

generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Constare de utroque proposito miraculo; (te* primo nempe *instantaneae perfectaeque sanationis sororis Virginiae a Iesu ^.a lethali tuberculosi pulmonari, bilaterali, ulcerosa;* deque altero *instantaneae perfectaeque sanationis sororis Angelae a Sacra Familia a lethali ulcere gastrico.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta sacrae rituum Congregationis inseri iussit kalendis maii anno MDCCCCXXV.

£8 A.-CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. E. C. Praefectus.

L. © S,

Alexander Verde, *Secretarius**

III

OTVERNEN. SEU TARBIEN. ET LOURDES.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI SORORIS MARIAE BERNARDAE SOTJBIROUS, E CONGREGATIONE SORORUM CARITATIS ET INSTITUTIONIS CHRISTIANAE « DE NEVERS ».

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur?

E sanationibus duabus, quas, pro exoptatissima ista expedienda venerabilis Servae Dei sororis Mariae Bernardae Soubirous Beatificationis causa, disceptationi subiiciendas curaverunt actores, ea de qua sermo primo loco fuit, quaeque iuvenem respicit Henricum Boisselet, in quasdam, inde ab initio, incidere visa est difficultates, quae duplici promanant ex capite; scilicet sive e non bene compertis et exploratis nonnullis sanationis eiusdem adiunctis, sive e non satis explanata *instantaneitatis* notione, cuius quidem *instantaneitatis* non una eademque pro diversa miraculorum classe habenda est ratio.

Revera, Henricus Boisselet, die decima tertia mensis septembris anni millesimi nongentesimi decimi tertii, primum aegrotare coepit, eumque, mane proxime insequentis diei, medicus invisit, doctor Henricus Martin, quem, domo absentibus Henrici parentibus, eius matertera Infitta Mmal iverat arcessitum; isque Henrici curationem suscepit. Interea, sicut usu

saepe venire experientia docet, modo remittere, modo ingravescere apparuit morbus, donec ventum est ad diem undecimam mensis octobris, cum aliquid novi animadvertens a curatione medicus, petiit obtinuit que cum colléga suo, doctore Iulio Gasztowtt, habere consultationem. Ambo itaque aegrotantem Henricum accuratae supposuerunt inspectioni, cuius adhibitae inspectionis exitus hic fuit, ut invenirent et agnoscerent infectionem ex intestinis exortam ad totum commigrasse Henrici corpus illudque malefica sua vi pervasisse. Quo igitur morbo tam alacriter itinere suo progredienti, si per ipsos liceret, obsistere possent, quae aptiora ipsis visa fuerant, suppeditarunt remedia, quae tamen nullum sortita fuerunt effectum; quandoquidem, eodem perdurante octobri mense, res tantam assequuta est gravitatem, quantam idem doctor Gasztowtt, iterum in consilium adscitus, et ipsemet a curatione medicus, doctor Martin, suis ipsi inspexerant fermeque dimetiti fuerant oculis, riteque postmodum in ius vocati et sacramenti religione obstricti apostolicis retulerunt iudicibus. Post utrumque auditum a curatione medicum, suo pondere non carent atque momento, ceu facile consideranti patet, attestationes sive ipsius Henrici, aegri -prius et ad pristinam postea sanitatem restituii, sive Henrici parentum, eiusque materterae et aliorum, qui, dum detentus ille infirmitate fuit, eiusdem adstiterant lateri.

B cunctis igitur, quae iudicialibus consignata sunt tabulis, planum factum est atque perspicuum, quo Henricus Boisselet cruciabatur, morbum eo progressum fuisse gravitatis, ut, *in seipso* et maxime *in subiecto* cuiusvis naturalis sanationis nescius omnino evaserit planeque incapax. Quocirca huc adducta quum sit quaestio, vim, quam sibi inesse prae se ferebat, amisisse dicenda est difficultas, de qua, initio dicendi, facta fuit mentio, quaeque ex incerto satisque non bene definito desumpta fuerat tempore, quo facta fuit sanatio. Etenim, sive repentina, sive rapida magis aut minus eadem contigit, non idcirco tamen nutare potest miraculi substantia eiusque veritas, quemadmodum duo a curatione medici concordi iudicarunt sententia, eisque plene suffragati sunt aeque tres ab hac sacra Congregatione adlecti iudiciales periti. Huc namque faciunt hi bini Benedicti XIV loci, quorum unus hisce concluditur verbis: *Nos autem credimus moralem instantaneitatem in sanationibus, quae miraculo tribuuntur, sufficere; indicis arbitrio rem esse relinquendam, dummodo tamen arbitrium a ratione regatur. Iudex ergo tunc tantum pronuntiare poterit pro subita sanatione, cum, adhibito peritorum consilio, viderit, tanto temporis spatio sanationem contigisse, quanto, iuxta naturae vires, contingere numquam potuisset;* alter vero locus hanc profert normam: *instantaneitatem non requiri necessario in miraculis primi et secundi generis, sed omnino esse necessariam in miracu-*

lis tertii generis (De Sero. Dei Beatif. et Canonizata lib. IV, p. I, cap. 8, n. 15 et 17). Neque praetereundum Benedicto XIV ita scribenti auctoritatem accedere atque pondus ex Angelici Doctoris doctrina circa triplicem miraculorum classem *(Summ. Theol.,* p. I, quaest. 105, art. 8), quae quidem est communis Scholarum doctrina.

Quod si non paucis fuit opus, ut quae huic primae sanationi intus inerant, egrederentur foras suamque in lucem adducerentur elementa, quibus de veri nominis constaret prodigio, non eodem sane indiguit labore altera sororis Mariae Melaniae Meyer sanatio. Haec siquidem, uti e specificis enotuit symptomatibus, quorum iudicialibus in actis prostat descriptio, ab organica stomachi laesione, seu a stomachi ulcere fuit obtenta; eamque insuper subitam atque perfectam adepta est aegrota, dum super venerabilis Ancillae Dei sororis Mariae Bernardae Soubirous sepulcrum pro voluta, enixa sollicitaque prece praesens eiusdem venerabilis sororis Mariae Bernardae exorabat patrocinium; ideoque, hisce positis, liquet manifesto, istiusmodi sanationem nonnisi miraculo esse adsignandam.

Quae itaque utrique facto indita erat, eadem manifesta facta est, iuxta acta et probata, divina virtus; idque ut fieret ac patesceret, sedulam suam navarunt operam tum periti ex officio acciti, tum egregius causae Patronus. Quaestioni propterea, quae in duabus praehabitis, antepraeparatoria et praeparatoria, Congregationibus inchoata et iterata fuerat, impositus est finis in generali Congregatione, quae, die vigesima octava nuper elapsi mensis aprilis, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacta fuit. In qua a Reverendissimo Cardinali Antonio Vico, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est Dubium: *An, et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?* Qui interfuerunt Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores proprias exposuere sententias, quas intento laetoque animo Sanctissimus Dominus noster est prosequutus; sed maiorem caelestis consilii et auxilii copiam impetraturus a Deo, mentem Suam aperire distulit, quam quidem quum patefacere postea decrevisset, hodiernam designavit diem, qua sanctorum Apostolorum Philippi et Iacobi annua peragitur memoria; eapropter, post oblatum divinae' Maiestati Eucharisticum sacrificium, ad Vaticanas Aedes advocari iussit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter edixit: *Constare de utroque proposito miraculo;* de primo nimirum *instantaneae perfectaeque sanationis Henrici Boisselet a tuberculosi formae acutae, cum canernae occlusione;* deque altero *instantaneae perfectaeque sanationie sororis*

Mariae Melaniae Meyer, e Congregatione Divinae Providentiae, ab ulcere in stomacho.

Hoc Decretum evulgari et in acta sacrae rituum Congregationis referri mandavit kalendis maii anno MDCCCCXXV.

$g A. CARD. VICO, **Ep. Portuen. et S. Rufinae,**
S. B. C. Praefectus.

- L. © S. • "

Alexander Verde, *Secretarius.*

IV

VALENTINA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI MARIAE MICHAELAE A SANCTISSIMO SACRAMENTO, FUNDATRICIS CONGREGATIONIS ANCILLARUM SANCTISSIMI SACRAMENTI ET CARITATIS.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem praefatae venerabilis Servae Dei Beatificationem?

Celeri potius secundoque actorum cursu optatam quum contigerit metam praeclara haec venerabilis Servae Dei Mariae Michaelae a Sanctissimo Sacramento Beatificationis causa, gratum quidem accidit atque periucundnm in eamdem venerabilem Dei Famulam paulisper intueri, quaeque ipsa, dum inter homines est diversata, egit et operata fuit, paucis complecti et in memoriam revocare.

Celsissimo loco nata in conspectu est matrona, quae, principem inter cives obtinens locum, gloria maiorum, opibus, auctoritate, honoribus quibuscumque late pollens, hanc omnium altissimam conditionem a se abiicit, atque quidquid inter homines humile magis excogitan potest, ut propriam partem eligit, ad Ínfimos ordines mulierum, quas mundus deperdit et deperditas aspernâtur, materna caritate descendit, atque iis, condito Sodalitio, perfugium praebet, quo vel periclitantes tuto sese recipiant, vel deperditae e coeno surgant ac, per poenitentiam expurgatae, civili religioseque consortio restituantur. Mirabile profecto redemptionis opus, quod, quum multorum virorum requireret vires, una haec matrona, inter opprcn bria et contemptus hominum, divinae caritatis instinctu, ad exitum imperturbata perduxit.

En, brevibus delineata verbis, venerabilis Dei Famula Maria Michaela a Sanctissimo Sacramento ante oculos se sistit; quaeque ipsius venerabilis Mariae Michaelae corporis fuerit et animae potissimum, eadem nativa et sincera, cursim quantumvis raptimque adumbrata, prostat imago. Quam merito suspiciunt, magnaque admiratione capti reverentur spectatum admissi, quum praesertim rem paullo altius repetentes, recogitent consideratoque perpendant, quae et quanta eidem venerabili Ancillae Dei perferenda fuerit pugna, ut ea, quae in ipsa perfecta est, tanti ponderis tantique momenti perficeretur mutatio. Quemadmodum enim in superiore heroicis super virtutibus iudicio facile videre fuit, ex illa, quam venerabilis Dei Famula tam internam quam externam, adeo diuturnam atque strenuam sustinuit superavitque, pugna duplex ei parta est victoria. Una scilicet, cum quas nascendo contraxerat naturales propensiones, acri perpetuoque quod sibi indixit bello, sic ad bonum pertrahere et adducere obtinuit evicitque, ut eaedem naturales propensiones, vigilanti studio et indefesso labore correctae et emendatae, mirabiliter conversae postea fuerint in praecipuas sui operis seu apostolatus dotes atque idonea instrumenta. Victoria vero altera, cum, omne genus devictis difficultatibus profligatis que impedimentis, benemerentissimam erexit Ancillarum Sanctissimi Sacramenti et Caritatis Sodalitatem, Ancillarum nimirum, quae amantissimae Matris suaeque Conditricis spiritu imbutae, et eiusdem apostolici zeli heredes, sancte naviterque observare et custodire perrexerunt et pergunt quae suae vocationis suaeque professionis propria sunt munera atque officia. Utramque vero tertia mirifice adauxit cumulavitque victoria, quam in nobilissimae mortis genere, qua sublata est, nacta fuit venerabilis Dei Ancilla: martyr quippe occubuit caritatis.

Praeeuntibus itaque venerabilis Dei Famulae Michaelae a Sanctissimo Sacramento meritis, et subsequentibus de caelo signis seu portentis, prout insigni praeclaroque documento exstant bina apostolica edita riteque promulgata Decreta, quorum unum heroicis super virtutibus ipsius venerabilis Dei Ancillae, alterum vero duobus super miraculis, a Deo, praefatae venerabilis Mariae Michaelae intercessione, patratis, quae idcirco iussu praescriptoque legis requirebantur, eadem iam habentur in promptu pro formali, quam vocant, obtinenda Beatificatione. Quamobrem in generalibus sacri huius Ordinis comitiis, quae, die quinta huius mensis maii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI celebrata sunt, proposito per Eeverendissimum Cardinalem Antonium Vico, causae Relatorem, Dubio: *An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem venerabilis Servae Dei Mariae Michaelae a Sanctissimo Sacramento Beatificationem?* qui convenerant Reverendissimi Cardinales et

Patres Consultores, latis suffragiis, *affirmative* responderunt. Verumtamen Sanctissimus Dominus noster, Secum reputans, laetam quidem et iucundum, sed gravissimam rem in deliberatione versari, supremum distulit Suum proferre iudicium, cunctosque adhortatus est adstantes ad preces adhibendas, ut Divinus Spiritus Sibi benignus afflaret.

Hodierna vero die, qua sancti Gregorii Nazianzeni, Episcopi Confessoris Ecclesiaeque Doctoris percolitur festum, Sacris devotissime operatus, ad Vaticanas Aedes acciri mandavit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, rite decrevit: *Tuto procedi posse ad solemnem venerabilis Servae Dei Mariae Michaelae a Sanctissimo Sacramento Beatificationem.*

Hoc Decretum publici iuris fieri, in acta sacrae rituum Congregationis referri, Litterasque Apostolicas in forma Brevis de Beatificationis solemnibus, ubi primum licuerit, in Basilica Vaticana celebrandis, expediri iussit septimo idus maias anno MDCCCCXXV.

£8 A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

V

GRATIANOPOLITANA SEU PARISIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI PETRI IULIANI EYMARD, SACERDOTIS, FUNDATORIS CONGREGATIONIS PRESBYTERORUM A SANCTISSIMO SACRAMENTO NEC NON INSTITUTI ANCILLARUM SANCTISSIMI SACRAMENTI.

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?

Qui fuerit morbus, quo laboraverat Lucinda Cifuentes, de qua primo loco agitur, nedum passim dicunt ac repetunt testes, qui in apostolico processu ista super sanatione fuerunt excussi, verum et late persequuntur diserteque confirmant medici seu chirurgi tres, qui eidem aegrae. Lucindae curandae sedulam suam navarunt operam, iique eadem in apostolica inquisitione auditi et perpensi. Quod autem maius est atque praestantius, idi-

psum e proposito docent planeque demonstrant eximii probatique medicae aut chirurgicae rei Doctores pariter tres, quorum unicuique, sacramenti religione prius obstricto, grave non minus quam nobile ab hac sacra Congregatione concreditum est munus suum pro veritate scripto exarandi suffragium. Inde profecto fit et percommode accidit, ut unanimis iste consensus testium non solum, sed, quod totius est negotii caput, medicorum etiam, qui aegrotanti Lucindae cunctas ministerii sui adhibuerunt curas, et peritorum, sacrae huius Congregationis iussu et mandato, ex officio advocatorum, viro prudenti, aequo iustoque rerum aestimatori sat firmo argumento sit et esse debeat, consensum eumdem, sicut scite opportuneque egregius advertit causae Patronus, suum nancisci fundamentum in ipsa *obiectiva,* prout inquiunt, rei veritate.

Equidem, quod morbus, quo Lucinda eruciabatur acerbe, cancer in stomacho fuerit reapse, id ex indubio certoque innotuit patuitque signo; ex tumore nimirum, qui in eiusdem stomachi regione suam fixerat sedem, quique manu contrectari potuit contrectatusque a medicis fuit ita nempe, ut praefati medici, aliis insuper peractis experimentis, quod diligenter studioseque quaesiverant, illud compertum sibi fecerint atque omnino exploratum. Quapropter artis salutaris cultores, quibus numero tribus ab hoc sacro Ordine ista, de qua est sermo, expendenda commissa fuit sanatio, si eamdem atque medicorum a curatione amplexati sunt sententiam, huc iidem adducti fuerunt officiales periti, causa plane cognita atque perspecta; quandoquidem, iudicialibus pervestigatis et excussis actis, cognoverunt illud, quod de Lucindae infirmitate medici a curatione efformaverant sibi tulerantque, iudicium, intrinseco, seu phaenomenologico innixum esse criterio, ex eoque naturali veluti descendisse itinere.

Quod si morbus, quo tam saeve affiictata est Lucinda, carcinoma in stomacho fuit et esse debuit; et si ex eodem in stomacho carcinomate, post exoratum venerabilis Servi Dei Petri Iuliani Eymard patrocinium, illa con valuit planeque facta est immunis, in hisce duobus, quae ex omnibus, quae posita supra sunt et iudicialibus praesto habentur in tabulis, apte valideque comprobata manent, necessariis praedita elementis, miraculi continetur demonstratio; quum enim de insanabili agatur morbo, in eiusdem insanabilis morbi depulsione situm est clareque dignoscitur prodigium.

E cessatione vero phaenomenorum, quae, tamquam necessarii effectus, ex organica manabant laesione, qua sinistro in genu affecta erat Renata Foucherau, de qua secundo loco disceptatur, modoque, quo eadem mor-'' bosa cessarunt phaenomena, praenaturalis adstruitur et vindicatur alterius huius sanationis character; eique nocere nequeunt incommoda illa, quae in deambulando aliquot per dies experta fuerat sanata; eiusmodi

namque incommoda e cruris non usu sunt repetenda, qui tres per integros duraverat annos. Neque de verae non penitus amoto recidivae periculo loqui fas est ex non restincta omnino remota causa morbi; haec enim causa remota morbi cum nativa confunditur corporis constitutione, .quam quis nascendo fuit sortitus; ideoque nativa ista corporis constitutio, ut erat prius, eadem perseverare potest, quin tamen perfectio minuatur atque integritas peculiaris alicuius prodigiosae obtentae sanationis.

Quam itaque alacri fidentique animo contentionem iniverant actores, ex eadem, perite strenueque suo dimicante Patrono, beneque adiuvante Deo, superiores discedere ipsis fauste feliciterque obtigit actoribus; binas quippe antepraeparatoriam et praeparatoriam praehabitas Congregationes generalis subsequuta est Congregatio, quae, die quinta huius mensis maii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacta fuit. In qua a Reverendissimo Cardinali Antonio Vico, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est Dubium: *An, et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?* Qui interfuerunt Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores proprias exposuere sententias, quas intento laetoque animo Sanctissimus Dominus noster est prosequutus; cunctis tamen indixit preces, quibus caelestis luminis maiora Sibi auxilia compararet. Quumque mentem Suam patefacere postea statuisset, hodiernam designavit diem, qua sancti Gregorii Nazianzeni, Episcopi Confessoris et Ecclesiae Doctoris annua peragitur memoria; eapropter, religiosissime perlitato Eucharistico sacrificio, ad Vaticanas Aedes arcessiri iussit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Constare de utroque proposito miraculo;* de primo nempe *instantaneae perfectaeque sanationis Lucindae Cifuentes a cancro in stomacho;* deque altero *instantaneae perfectaeque sanationis puellae Benatae Poucher au a gonarthrite seu arthrosinovite, in laevo genu, naturae tubercularis.*

Hoc Decretum evulgari, et in acta sacrae rituum Congregationis referri praecepit septimo idus maias anno MDCCCCXXV.

£g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C: Praefectus.

Alexander Verde, *Secretarius.*

VI

COREANA

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIUM SERVORUM DEI LAURENTII IMBERT. EPISCOPI €APSENSIS, ET SOCIORUM, IN ODIUM FIDEI AB IDOLOLATRIS INTEREMPTORUM.

SUPER DUBIO

An constet de martyrio et causa martyrii, signis seu miraculis in casu et ad effectum, de quo agitur?

Quae pro christiano cognoscendo vindicandoque martyrio singulorum venerabilium Dei Servorum, de quibus in praesentiarum agitur, in medium proferuntur probationes, etsi vim et efficaciam, quae unis competunt de visu testibus, sibi adserere non valeant - quandoquidem, iustis incidentibus causis, ad subsidiariae seu indirectae probationis beneficium confugere necesse fuit - haec tamen subsidiaria, seu indirecta, quae ab actoribus adhibetur, probatio non parvi sane est facienda. Dum enim, pro orali adstruenda traditione, satis foret de auditu ex auditu suppetere testes, nedum qui praesto habentur, sunt, uti plurimum, de auditu a videntibus, verum et aliquot etiam non desunt, qui, si non in omnibus, in aliquibus saltem, nomine et re oculatis accensendi sunt testibus. Quumque hisce, ceu recensiti nuper fuerunt, testibus non unum aut alterum, sed non pauca numero accedant documenta, eaque aequalia, ceterisque dotibus instructa, quae viro prudenti deque re gravi iudicaturo fidem faciant atque auctoritatem, ex omnibus simul sumptis et sociatis legitimus et iuridicus exsurgit subsidiariae seu indirectae probationis instructus, qui, pro Causae conditione, cunctis et singulis, si tres solummodo excipiantur, aptatur et prodest venerabilibus Dei Famulis, quorum nomina haec sunt:

I. Laurentius Imbert, *Episcopus Capsensis.* - II. Petrus Maubant, *sacer' dos.* - III. Iacobus Chastan, *sacerdos.* - IV. Augustinus Ni, *catechista.* - V. Barbara Koúen. - VI. Agatha Ni. - VII. Damianus Nam, *catechista.* - VIII. Maria Ni. - IX. Petrus Kouen. - X. Agatha Ni. - XI. Magdalena Kim. - XII. Barbara Han. - XIII. Anna Pak. - XIV. Agatha Kim. - XV. Lucia Pak. - XVI. Ioannes Baptista Ni. - XVII. Magdalenae Ni. XVIII. Magdalena He. - XIX. Theresia Ni. - XX. Barbara Ni, soror Magdalenae Ni. - XXI. Barbara Ni, neptis eiusdem Magdalenae Ni. - XXII. Martha Kim. - XXIII. Lucia Kim. - XXIV. Anna Kim. - XXV. Rosa

Kim. - XXYI. Maria Ouen. - XXVII. Ioannes Pak. -XXVIII. Maria Pak. - XXIX. Paulus Tyeng. - XXX. Augustinus Nyou. - XXXI. Carolus Tjyo. - XXXII. Sebastianus Nam. - XXXIII. Ignatius Kim. - XXXIV. Iulitta Kim. - XXXV. Agatha Tiyen. - XXXVI. Magdalena Pak. - XXXVIL Perpetua Hong. XXXVIII. Columba Kim. - XXXIX. Agnes Kim. - XL. Petrus Tchoi. - XLI. Barbara Tjyo. - XLII. Magdalena Han. - XLIII. Agatha Kouen.^- XLTV. Agatha Ni. -XLV. Benedicta Hyen. -XLVI. Elisabeth Tyeng. - XLVII. CaeciHa Byou. - XLVIII. Barbara Ko. - XLIX Magdalena Ni. - L. Maria Ni. - LI. Augustinus Pak. - LH. Petrus Hong. - LUI. Paulus Hong - LIV. Magdalena Sou. - LV. Ioannes Ni. - LVI. Barbara Tchoi. - LVII. Paulus He. - LVIII. Petrus Ni. - LIX. Iosephus Tjyang. - LX. Protasius Tjyeng. - LXI. Petrus Nyou. - LXII. Agatha Tyeng. - LXIII. Barbara Kim. - LXIV. Lucia gibbosa. - LXV. Anna Han. - LXVI. Barbara Kim. - LXVII. Catharina Ni. - LXVIII. Magdalena Tjyo. - LXIX. Franciscus Tchoi, *catechista.* - LXX. Andreas Tjyeng. - LXXI. Theresia Kim. - LXXII. Stephanus Min, *catechismo:*?- LXXIII, Antonius Kim. - LXXIV. Andreas Kim, *sacerdos.* - LXXV. Carolus Hyen, *catechista.* - LXXVI. Petrus Nam, *catechista.* - LXXVII. Laurentius Han, *catechista.* - LXXIII. Iosephus Bim. - LXXIX. Theresia Kim. - LXXX Agatha Ni. - LXXXI. Susanna Ou. - LXXXII. Catharina Tjyeng.

Utroque siquidem ex fonte tam testium quam documentorum, mutuo se adiuvantium, perfieientium atque in unum idemque, inito quodam foedere, amice conspirantium, illud efficitur et in tuto ponitur, in quo totius instituti iudicii sita est summa. De immani namque, quod Famuli Dei perpessi fuerunt, extremo supplicio, deque morte, quam eorum nonnullis maturaverant et pepererant aerumnae, crudeles inflicti cruciatus, diuturna atque intolerabilis vinculorum custodia, constat plane nullusque penitus relinquitur ambigendi locus; simulque tum ex parte eorumdem Dei Servorum, tum ex parte persecutoris seu tyranni comperta fit causa atque manifesta, cuius virtute singulorum venerabilium Dei Famulorum, quae iudicialibus in actis descripta est passio cunctis patescit requisitis praedita conditionibus, quibus bono plenoque iure christiani martyrii nomen sibi promeretur, dignitatem atque praestantiam.

Quamvis vero praenobilis huius Causae actores eas, quae ipsorum erant partes praestare, egregio praeeunte Patrono, pro viribus sategerint, nihi* lominus ut, magis quo fieri posset, plana et expedita fieret iudicii deliberatio, iussu Sanctissimi Domini nostri Pii Papae XI, nova peracta sunt studia, providaeque adhibitae sunt curae etiam post generalem habitam Congregationem, quae duabus, antepraeparatoriae et praeparatoriae, quae praecesserant, successit, et quae, die decima octava mensis martii superio-

ris anni, coram Sanctissimo Domino nostro coacta fuit. In qua a Reverendissimo Cardinali Ianuario Granito Pignatelli di Belmonte, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est Dubium: *An eonstet de martyrio et eausa martyrii, signis seu miraculis in casu et ad effectum, de quo agitur?* Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores sua quisque ex ordine protulerunt suffragia, quibus tamen intento studiosoque animo exceptis et perpensis, Sanctissimus Dominus noster supremam Suam sententiam Sibi de more prorogandam duxit, maiorem caelestis luminis copiam Sibi a Patre luminum impetraturus. Quumque mentem Suam manifestam postmodum facere statuisset, hodiernam elegit diem, quae solemnibus in honorem sancti Gregorii Nazianzeni, Episcopi Confessoris, Ecclesiaeque Doctoris, est consecrata; ideoque Pacis Hostia ferventer oblata, ad Vaticanas Aedes advocari voluit Reverendissimus Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, et Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, causae Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter edixit: *Ita constare de martyrio et de causa martyrii novem et septuaginta venerabilium Dei servorum, supra recensitorum, ut procedi possit ad ulteriora in casu et ad effectum, de quo agitur; quoad vero reliquas tres venerabiles Dei Fámulas, numeris LXII, LXV et LXVI designatas, scilicet Agatham Tyeng, Annam Han et Barbaram Kim, dilata, et coadiuventur probationes.*

Hoc Decretum in vulgus edi et in acta sacrae Rituum Congregationis inseri mandavit septimo idus maias anno MDCCCCXXV.

£8 A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

• L. £8 S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

DUBIUM

DE ÖSCULANDA EPISCOPI MANU SEU ANNULO ANTE COMMUNIONEM

Sacrae Bituum Congregationi sequens dubium, pro opportuna solutione propositum fuit; nimirum:

«An, iuxta *Caeremoniale Episcoporum* (lib. II, c. XXIX, n. 5), Epice scopus manum sive annulum ad osculum praebere debeat, dum Corree munionem administrat?».

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, praepositae quaestioni ita respondendum esse censuit:

« Osculum manus sive annuii, in casu, remittendum esse prudenti «iudicio Episcopi».

Atque ita rescripsit ac declaravit, die 8 maii 1925.

£g A. CARD. VICO, Episc. Bortuen. et S. Bufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. & S.'

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

DE IUBILAEO PRO DEFUNCTIS LUCRANDO

Sacrae Poenitentiariae Apostolicae exhibitae fuerunt preces quibus postulabatur ut fidelibus omnibus, tum Romae incolis tum peregrinis, qui semel in Urbe Iubilaei veniam quovis legitimo modo lucrati sint, facultas fieret toties praeterea Iubilaei in defunctorum suffragium acquirendi, quoties unam tantummodo quattuor Basilicarum visitationem peregerint; eademque gratia concederetur peregrinis ad proprium habitualis commorationis locum reversis, quotiescunque quattuor in die paroecialis ecclesiae visitationes expleverint: servatis ceteris servandis.

Facta relatione de praemissis SSmo Dno Nostro Pio divina Providentia Papae XI ab infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiore in audientia diei 20 martii 1925, Sanctitas Sua benigne gratiam concedere iuxta preces pro hoc anno tantum dignata est. Contrariis quibuscunque non obstantibus.

Datum Romae, in Sacra Poenitentiaria Apostolica, die 21 martii 1925.

Fr. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH, *Poenitentiarius Maior.*

L. *rB* S.

S. Fagiolo, *S. P. Secretarius,*

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

BITURICEN.

NULLITATIS MATRIMONII (ABERRANT-BONNET)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Raphaelis Bonnet in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. B. Rotae (Boma, via delia Dataria, 94) die 15 iunii 1925, hora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus rotalis pro causae definitione:

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Domini Raphaelis Bonnet curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

I. Florczak, *Ponens.*

L. © S.

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 17 maii 1925.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Monsieur Baphael Bonnet, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège-du Tribunal de la S. Bote Bomaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le 15 iuin 1925, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.**

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas présent?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Monsieur Raphael Bonnet devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 5 maggio 1925, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati ed i Consultori teologi che la compongono, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio detto del *tuto* per la solenne beatificazione della Ven. Serva di Pio Maria Michela del Ssmo Sacramento, Fondatrice delle Suore Adoratrici Ancelle del Ssmo Sacramento e della Carità, e quindi su due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione del Venerabile Servo di Dio Pietro Giuliano Eymard, Sacerdote, Fondatore della Congregazione dei Sacerdoti nonché delle Ancelle del Ssmo Sacramento, i quali miracoli vengono proposti per la beatificazione del medesimo Venerabile Servo di Dio.

Martedì, 12 maggio 1925, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori Teologi, hanno discusso e dato il loro voto dapprima sopra il dubbio del martirio e della cagione del martirio, dei segni o miracoli, dei Servi di Dio Giovanni de Brébeuf, Gabriele Lalemant, Antonio Daniel, Carlo Garnier, Natale Chabanel, Isacco Jogues, Renato Goupil e Giovanni de la Lande, della Compagnia di Gesù, uccisi, come si asserisce, in odio alla Fede, e poi sopra il dubbio detto del *tuto.* per la solenne beatificazione dei medesimi Martiri.

Quindi sopra il dubbio detto del *tuto* per la solenne beatificazione della Ven. Serva di Dio Suor Maria Bernarda Soubirous, della Congregazione delle Suore della Carità e del! Istituzione cristiana « de Nevers ».

Sopra il dubbio detto del *tuto* per la solenne beatificazione dei Ven. Servi di Dio Lorenzo Imbert, Vescovo di Capsa, e Compagni martiri uccisi dagli idolatri in odio alla fede, e finalmente sopra il dubbio detto del *tuto* per la solenne beatificazione del Ven. Servo di Dio Pietro Giuliano Eymard, Sacerdòte, Fondatore della Congregazione dei Sacerdoti nonché delle Ancelle del Ssmo Sacramento.

Martedì, 19 maggio 1925, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi

e Emi Signori Cardinali componenti la medesima, sonò state sottoposte le seguenti materie:

1. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria Domenica Mazzarello, prima Superiora dell'Istituto delle Figlie di Maria Ausiliatrice.

2. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria Emilia de Vialar, Fondatrice dell'Istituto delle Suore di S. Giuseppe dell'Apparizione.

3. Intorno al titolo di Dottore per la Chiesa universale da attribuirsi al Beato Pietro Canisio, Sacerdote professo della Compagnia di Gesù, ascritto che sarà nel catalogo dei Santi.

4. Conferma del culto prestato da tempo immemorabile al Servo di Dio Bogumilo, già Vescovo di Gnesna, detto Beato o Santo.

5. Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Paolina Maria Jaricot, Fondatrice delle Opere della Propagazione della Fede e del Bosario vivente.

6. Intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio proprio con la Messa e dell'elogio da inserire nel martirologio in onore del Beato Giuseppe Cafasso, Sacerdote secolare.

7. Finalmente intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Abba Ghebre Michele, Sacerdote aggregato alla Congregazione dei Missionari di S. Vincenzo de' Paoli, ucciso, come si asserisce, in odio alla Fede.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare: ;

13 gennaio 1925. L'Emo Sig. Cardinale Luigi Sincero, *Protettore dell'Istituto delle Figlie della Carità della Ven. Maddalena di Canossa.*

23 marzo » L'Emo Sig. Cardinale Francesco Bagonesi, *Protettore delle Suore della Purità di Maria Santissima (Palma di Majorca).*

24 » » L'Emo Sig. Cardinale Camillo Laurenti, *Protettore dell'Istituto dei Figli della Carità (Parigi).*

30 » » L'Emo Sig. Cardinale Giovanni Bonzano, *Protettore delle Religiose Francescane Terziarie dell'Immacolata Concezione (Barcellona).*

Assistenti al Soglio Pontificio:

5 marzo 1925. **Monsig. Guglielmo Agostino Hickey, Vescovo di Providence.**
15 aprile » **Monsig. Tito Cucchi, Vescovo di Senigallia.**
23 » » **Monsig. Tommaso Paolo Enrico Lemonnier, Vescovo di Baveux e Lisieux.**
4 maggio » **Monsig. Tommaso Francesco Hickey, Vescovo di Rochester (S. U. A.).**

Protonotari Apostolici **ad instar participantium:**

28 ottobre 1924. **Monsig. Giovanni Francesco Prim, dell'arehidiocesi di Nuova Orléans.**
20 aprile 1925. **Monsig. Camillo Panizzardi, Ordinario Castrense per l'Italia.**
29 » » **Monsig. Augusto Desiderato Quirie, della diocesi di Bayeux.**

Prelati Domestici di S. S.: '

16 aprile 1925. **Monsig. Massimiliano Rodríguez, della diocesi di La Paz.**
'18 » » **Monsig. Giuseppe Mangan, della diocesi di Winona.**
» » » **Monsig. Giovanni H. Peschges, della medesima diocesi.**
24 » » **Monsig. Giovanni Heicl, dell'arehidiocesi di Olmütz.**
29 » » **Monsig. Enrico Ludovico Brière, della diocesi di Bayeux.**
» » » **Monsig. Ludovico Francesco Le Boucher, della medesima diocesi.**

ONOBIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

6 dicembre 1924. **Al sig. visconte Giuseppe du Parc, dell'archid. di Malines.**

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

18 aprile 1925. **Al sig. conte Guglielmo von Spee, dell'archid. di Colonia.**

La Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

16 aprile 1925. **Al sig. comm. barone Edoardo Kervyn (Belgio).**

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

23 aprile 1925. **Al sig. barone Enrico de Biderau Beraud, della diocesi di Montauban.**
25 » » **Al sig. Giovanni del Bo, dell'arehidiocesi di Milano.**
28 » » **Al sig. prof. dott. Francesco Gomes Teixeira, della diocesi di Oporto.**

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

14 ottobre 1924. **Al sig. Hernand Behn (Avana).**
22 » » **Al sig. Stefano Giacomo Caire, dell'archidiocesi di Nuova Orléans.**
28 » . **Al sig. Carlo Isidoro Denechaud, della medesima archidiocesi.**
» » » **Al sig. Francesco Leone Barker, della medesima archidiocesi.**
» » » **Al sig. Giovanni Saverio Wegmann, della medesima archid.**
» » » **Al sig. Tommaso G. Bapier, della medesima archidiocesi.**
30 gennaio 1925. **Al sig. Alfredo Tillette de Buigny, della diocesi di Amiens.**
» » » **Al sig. Maurizio Cosserat, della medesima diocesi.**
26 marzo » **Al sig. avv. Ansgario Winket, della diocesi di Rottenburg.**
31 » » **Al sig. Giulio Ortutay de Ortuta, della diocesi di Szatmar.**
25 aprile » **Al sig. Francesco Boubant, della diocesi di Gap.**
» » » **Al sig. dott. Antonio Pfeifer (Baviera).**
29 » » **Al sig. Francesco Dillies, della diocesi di Lilla.**
» » » **Al sig. Edmondo Duhamel, della medesima diocesi.**
4 maggio » **Al sig. Pietro van Vugt, della diocesi di Harlem.**
» » » **Al sig. Vittorio Schramme, della diocesi di Gand.**

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

24 aprile 1925. **Al sig. Atanasio Idalgi, dell'archidiocesi di Torino.**
1 maggio » **Al sig. ing. Lorenzo Basso, della medesima archidiocesi.**

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

25 aprile 1925. **Al sig. Filino Turchetti, dell'archidiocesi di Perugia.**
» » » **Al sig. Luigi Guglielmino, dell'archidiocesi di Torino.**
» » » **Al sig. Anacleto Barbieri, della medesima archidiocesi.**
1 maggio » **Al sig. Domenico Caluso, della medesima archidiocesi.**
4 » » **Al sig- dott. Ermanno Roppenecker, della diocesi di Spira.**

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con biglietti di S. E. Revma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri segreti Soprannumerari di S. S.:

5 marzo 1925. **Monsig. Giovanni G. Code, dell'archidiocesi di Chicago.**
» » » **Monsig. Francesco O ' Brien, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Vincenzo Blahunka, della medesima archidiocesi.**
23 aprile » **Monsig. J. M. J. Van Rooy, della diocesi di Haarlem.**

1 maggio 1925. **Monsig. Luigi De Piero, della diocesi di Concordia.**
5 » » **Monsig. Pietro Contini, dell'arehidiocesi di Perugia.**
7 . » » **Monsig. Sigismondo Kaczynski, deirarchidiocesi di Varsavia.**
» » » **Monsig. Giovanni Albrecht, della medesima archidiocesi.**
9 » » **Monsig. Giovanni Krisztik, della diocesi del Gran Varaçlino.**
"» » » **Monsig. Stefano Mellau, della medesima diocesi.**
" » » » **Monsig. Ladislao Bánáss, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Federico Colombo, dell'arehidiocesi di Milano.**
14 » » **Monsig. Giovanni Butkovic, della diocesi di Veglia.**
19 » » **Monsig. Leopoldo Bianco, della diocesi di Ibagué (Colombia).**
» » » **Monsig. Antonio Missuth, della diocesi di Neosolio.**

Camerieri segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. 8.:

4 aprile 1925. **Il sig. conte Filippo Cavallini, dell'arehidiocesi di Bologna.**
30 » » **Il sig. Erdvino Riedemann (Amburgo).**
1 maggio » **Il sig. Augusto Legrand, della diocesi di Arras.**
7 » » **Il sig. conte Elion de la Celle, dell'arehidiocesi di Bourges.**
22 » » **Il sig. Carlo del Campo, dell'arehidiocesi di Santiago del Cile.**

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

24 aprile 1925. **Monsig. Enrico Hilehen, dell'arehidiocesi di Varsavia.**
» » » **Monsig. Felice de Ville, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Adamo Pyzowski, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Casimiro Kobrsynski, dell'arehidiocesi di Varsavia.**
1 maggio » **Monsig. Ludovico Fájth, della diocesi delle Cinque Chiese.**
» » » **Monsig. Antonio Beisz, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Ottone Szönyi, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Antonio Biberi (Boma).**
22 » » **Monsig. Giuseppe Tonello, dell'arehidiocesi di Torino.**

Cappellani segreti d'onore di S. S.:

24 aprile 1925. **Monsig. Ludovico Kiss, della diocesi di Sabaria.**
» » » **Monsig. Giuseppe Pintef, della medesima archidiocesi.**

NECROLOGIO

23 marzo 1925. **Monsig. Luigi Giovanni Martrou, Vescovo tit. di Corico.**
29 » » **Monsig. Casimiro Ruszkiewicz, Arcivescovo tit. di !Nacolea|**
19 maggio » **Monsig. Agostino Fischer-Colbrie, Vescovo di Cassovia.**
22 » » **Monsig. Placido Ferniani, Vescovo di Ruvo e Bitonto.**

Annus XVII - Vol. XVII 2 Iunii 1925 Num. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

INTER SANCTAM SEDEM ET POLONIAE REMPUBLICAM

SOLLEMNIS CONVENTIO

Au nom de la Très-Sainte et Indivisible Trinité.

Sa Sainteté le Pape Pie XI et le Président de la République de Pologne M. Stanislas Wojciechowski,

Animés du désir de déterminer la situation de l'Eglise Catholique en Pologne et d'établir les règles qui régiront d'une manière digne et stable les affaires ecclésiastiques sur le territoire de la République,

Ont décidé à ces fins de conclure un Concordat.

En conséquence Sa Sainteté le Pape Pie XI et le Président de la République de Pologne M. Stanislas Wojciechowski ont nommé leurs Plénipotentiaires respectifs,

Sa Sainteté :

, Son Eminence Reverendissime le Cardinal Pierre Gasparri, Son Secrétaire d'Etat;

Le Président de la République :

Son Excellence M. Ladislas Skrzynski, Ambassadeur de la République de Pologne près le Saint-Siège;

M. le Professeur Stanislas Grabski, Député à la Diète de Pologne, ancien Ministre des Cultes et de l'Instruction Publique.

Les Plénipotentiaires surnommés, après l'échange de leurs pleins pouvoirs, ont arrêté les dispositions suivantes, auxquelles désormais les hautes Parties contractantes s'engagent à se conformer.

ARTICLE I

L'Eglise Catholique, sans distinction de Eites, jouira dans la République de Pologne d'une pleine liberté. L'Etat garantit à l'Eglise le libre exercice de Son pouvoir spirituel et de' Sa juridiction ecclésiastique, de même que la libre administration et gestion de Ses affaires et de Ses biens, conformément aux Lois divines et au Droit Canon.

ARTICLE II

Les Evêques, le Clergé et les fidèles communiqueront librement et directement avec le Saint-Siège. Dans l'exercice de leurs fonctions,; les Evêques communiqueront librement et directement avec leur Clergé et leurs fidèles et publieront de même leurs instructions, leurs ordonnances et leurs lettres pastorales.

ARTICLE III

Afin de maintenir les relations amicales entre le Saint-Siège et la République de Pologne, un Nonce Apostolique résidera en Pologne et un Ambassadeur de la République résidera auprès du Saint-Siège. Les pouvoirs du Nonce Apostolique en Pologne s'étendront sur le territoire de la Ville Libre de Dantzig.

ARTICLE IV

Les autorités civiles prêteront leur appui à l'exécution des décisions et des décrets ecclésiastiques: *a)* au cas de destitution d'un ecclésiastique, de sa privation d'un bénéfice de l'Eglise, après promulgation d'un décret canonique relatif à la destitution ou privation susmentionnées, ou an cas de défense du port de l'habit ecclésiastique; *b)* au cas de perceptions de taxes ou prestations destinées à des buts ecclésiastiques et prévues par les lois de l'Etat; *c)* dans tous les autres cas prévus par les lois en vigueur.

ARTICLE V

Les ecclésiastiques jouiront dans l'exercice de leur ministère d'une protection juridique spéciale. A l'égal des fonctionnaires de l'Etat, ils bénéficieront du droit d'exemption de la saisie judiciaire pour une partie de leurs traitements. Les ecclésiastiques ayant reçu les ordres, les religieux ayant prononcé leurs vœux, les élèves des Séminaires et les no-

vices, qui se seraient présentés aux Séminaires et aux Noviciats avant une déclaration de guerre, seront exemptés du service militaire, excepté les cas de levée en masse. Dans ces derniers cas les prêtres ordonnés exerceront dans l'armée leur ministère, sans qu'il soit porté préjudice, cependant, aux intérêts des paroisses, tandis que les autres membres du Clergé seront affectés au service sanitaire. Les ecclésiastiques seront libérés des fonctions civiques, incompatibles avec la vocation sacerdotale, telles que celles de jurés, de membres des Tribunaux, etc.

ARTICLE VI

L'immunité des églises, des chapelles et des cimetières est assurée, sans que cependant la sécurité publique ait à en souffrir.

ARTICLE VII

Les armées de la République de Pologne jouiront de toutes les exemptions qui sont accordées aux armées par le Saint-Siège, selon les prescriptions du Droit Canon. En particulier, les aumôniers auront, par rapport aux militaires et à leurs familles, les droits de curé et exerceront les fonctions de leur ministère sous la juridiction d'un Evêque d'Armée, qui aura le droit de les choisir. Le Saint-Siège permet que ce Clergé, en ce qui concerne son service militaire, soit soumis aux autorités de l'Armée.

ARTICLE VIII

Les dimanches et le jour de la fête nationale du Trois Mai, les prêtres officiants réciteront une prière liturgique pour la prospérité de la République de Pologne et de son Président.

ARTICLE IX

Aucune partie de la République .de Pologne ne dépendra d'un Evéque dont le siège se trouverait en dehors des frontières de l'Etat polonais. La Hiérarchie catholique dans la République de Pologne sera constituée comme suit :

A) -> *Rite latin*

I. Province ecclésiastique de Gniezno et Poznan :

Archidiocèse de Gniezno et Poznan.
Diocèse de Chelmno.
de Wloclawek.

II. Province ecclésiastique de Varsovie :

Archidiocèse de Varsovie.
Diocèse de Plock.
» de Sandomierz.
» de Dublin.
» de Podlachie.
» de Lodz.

III. Province ecclésiastique de Wilno :

Archidiocèse de Wilno.
Diocèse de Lomza.
» de Pinsk.

IV. Province ecclésiastique de Lwów :

Archidiocèse de Lwów.
Diocèse de Przemysl.
» de Luck.

V. Province ecclésiastique de Cracovie :

Archidiocèse de Cracovie.
Diocèse de Tarnów.
» de Kielce.
» de Czestochowa.
» de Silésie.

B) - *Rite greco-ruthène*

Province ecclésiastique de Lwów :

Archidiocèse de Lwów.
Diocèse de Przemysl.
» de Stanislawów.

C) - *Rite arménien*

Archidiocèse de Lwów.

Le Saint-Siège ne procédera à aucune modification de la hiérarchie ci-dessus ou de la circonscription des provinces et diocèses, sinon en accord avec le Gouvernement polonais, sauf les petites rectifications de limites exigées par le bien des âmes.

ARTICLE X

La création et la modification des bénéfices ecclésiastiques, des Congrégations et Ordres religieux, ainsi que de leurs Maisons et établissements, dépendra de l'autorité ecclésiastique compétente, laquelle, toutes les fois que les dites mesures entraîneraient des dépenses pour le Trésor de l'Etat, y procédera après entente avec le Gouvernement. Les étrangers ne recevront pas la charge de supérieurs des Provinces des Ordres religieux, à moins d'avoir obtenu du Gouvernement une autorisation à cet effet.

ARTICLE XI

Le choix des Archevêques et des Evêques appartient au Saint-Siège. Sa Sainteté consent à s'adresser au Président de la République, avant de nommer les Archevêques et les Evêques diocésains, les coadjuteurs *cum iure successionis,* de même que l'Evêque d'Armée, pour s'assurer que le Président n'a pas de raisons de caractère politique à soulever contre ces choix.

ARTICLE XII

Les Ordinaires ci-dessus, avant d'assumer leur fonctions, prêteront, entre les mains du Président de la République, un serment de fidélité d'après la formule suivante :

«Devant Dieu et sur les Saints Evangiles, je jure et je promets, comme il convient à un Evêque, fidélité à la République de Pologne. Je jure et je promets de respecter en toute loyauté et de faire respecter par mon Clergé le Gouvernement établi par la Constitution. Je jure et je promets en outre que je ne participerai à aucun accord ni n'assisterai à aucun conseil pouvant porter atteinte à l'Etat polonais ou à l'ordre public. Je ne permettrai pas à mon Clergé de participer à de telles actions. Soucieux du bien et de l'intérêt de l'Etat, je tâcherai d'en écarter tout danger dont je le saurais menacé ».

ARTICLE XIII

1.° Dans toutes les écoles publiques, à l'exception des écoles supérieures, [1] l'enseignement religieux est obligatoire. Cet enseignement sera

[1] Nomine *écoles supérieures* significantur in Polonia scholae *universitariae:* ideo per praesentem articulum providetur ut non solum scholae *primariae,* sed etiam *secundariam,* habeant instructionem religiosam *(Nota Directionis).*

donné à la jeunesse catholique par des-maîtres nommés par les autorités scolaires, qui les choisiront exclusivement parmi les personnes autorisées par les Ordinaires à enseigner la Religion. Les autorités ecclésiastiques compétentes surveilleront l'enseignement religieux en ce qui concerne son contenu et la morale des enseignants.

Au cas où l'Ordinaire retirerait à un enseignant l'autorisation qu'il lui aurait donnée, ce dernier sera par là même privé du droit d'enseigner la Religion.

Les mêmes principes, concernant le choix et la révocation des enseignants, seront appliqués aux professeurs, aux agrégés et aux adjoints universitaires des facultés de Théologie catholique (Sciences ecclésiastiques) des Universités de l'Etat.

2.° Dans tous les diocèses l'Eglise catholique possédera des Séminaires ecclésiastiques en conformité avec le Droit Canon, qu'Elle dirigera et dont Elle nommera les enseignants.

Les brevets d'études délivrés par les grands Séminaires seront suffisants pour enseigner la Religion dans toutes les écoles publiques, exce-^ ptées les écoles supérieures.

AimcLE XIV

Les biens appartenant à l'Eglise ne seront soumis à aucun acte juridique, modifiant leur destination, sans le consentement des autorités ecclésiastiques, sauf les cas prévus par les lois sur l'expropriation pour cause de systématisation des voies de transport et des rivières, de défense nationale et causes similaires. En tout cas la destination des immeubles et meubles, consacrés exclusivement au service divin, tels que les églises, les objets de culte, etc., ne pourra être modifiée sans que l'autorité ecclésiastique compétente les ait privés an préalable de leur caractère sacré.

Aucune construction, modification ou restauration des églises et chapelles n'aura lieu qu'en accord avec les prescriptions techniques et artistiques des lois concernant la construction des bâtiments et la conservation des monuments.

Dans chaque diocèse sera formée une commission nommée par l'Evêque, d'accord avec le Ministre compétent, pour la conservation dans les églises et les locaux ecclésiastiques d'antiquités, d'œuvres d'art, de documents d'archives et de manuscrits possédant une valeur historique ou artistique.

ARTICLE XV

Les ecclésiastiques, leurs biens et les biens des personnes juridiques ecclésiastiques et religieuses, sont imposables à l'égal des personnes et des biens des citoyens de la République et des personnes juridiques laïques, à l'exception toutefois des édifices consacrés au service divin, des Séminaires ecclésiastiques, des maisons de formation des religieux et religieuses, de même que des maisons d'habitation des religieux et religieuses qui ont fait vœu de pauvreté, et des biens et titres dont les revenus sont destinés aux besoins du culte religieux et ne contribuent pas aux revenus personnels des bénéficiaires. Les habitations des Evêques et du Clergé paroissial, de même que leurs locaux officiels, seront traités par le Fisc à l'égal des habitations officielles des fonctionnaires et des locaux des Institutions de l'Etat.

ARTICLE XVI

Toutes les personnes juridiques ecclésiastiques et religieuses polonaises ont, selon les règles du droit commun, le droit d'acquérir, de céder, de posséder et d'administrer, conformément au Droit Canon, leurs biens meubles ou immeubles, de même que le droit d'ester devant toute instance ou autorité de l'Etat pour la défense de leurs droits civils. Les personnes juridiques ecclésiastiques et religieuses sont reconnues comme polonaises en tant que les fins pour lesquelles elles ont été établies concernent les affaires ecclésiastiques ou religieuses de la Pologne et que les personnes, autorisées à les représenter et à administrer leurs biens, résident dans les territoires dé la République de Pologne. Les personnes juridiques ecclésiastiques et religieuses, qui ne repondraient pas aux conditions ci-dessus, jouiront des droits civils accordés par la République aux étrangers.

ARTICLE XVII

Les personnes juridiques ecclésiastiques et religieuses ont le droit d'établir, de posséder et d'administrer, selon le Droit Canon et d'accord avec le droit commun de l'Etat, des cimetières destinés à la sépulture des catholiques.

ARTIGLE XVIII

Les ecclésiastiques et les fidèles de tous les Rites, se trouvant hors de leur diocèses, seront soumis à l'Ordinaire local selon les règles du Droit Canon.

ARTICLE XIX

La République garantit le droit des autorités compétentes d'attribuer les fonctions, les charges et les bénéfices ecclésiastiques d'après les prescriptions du Droit Canon. A l'attribution des bénéfices paroissiaux seront appliquées les règles suivantes :

Dans les territoires de la République de Pologne ne peuvent pas obtenir des bénéfices paroissiaux, à moins d'avoir reçu le consentement du Gouvernement polonais : 1.° les étrangers non-naturalisés, ainsi que les personnes dont l'éducation théologique n'a pas été faite dans les Instituts théologiques de Pologne ou dans des Instituts pontificaux; 2.° les personnes dont l'activité est contraire à la sécurité de l'Etat.

Avant de procéder aux nominations à ces bénéfices, l'autorité ecclésiastique s'informera auprès du Ministre compétent de la République pour s'assurer qu'aucune des raisons, prévues ci-dessus aux points *V* et 2°, ne s'y opposerait. Au cas où le Ministre susmentionné ne présenterait pas, dans le délai de 30 jours, de telles objections contre la personne dont la nomination est envisagée, l'autorité ecclésiastique procédera à la nomination.

ARTICLE XX

Au cas où les autorités de la République auraient à soulever contre un ecclésiastique des objections au sujet de son activité comme contraire à la sécurité de l'Etat, le Ministre compétent présentera les dites objections à l'Ordinaire qui, d'accord avec ce Ministre, prendra dans les trois mois les mesures appropriées. Au cas d'une divergence entre l'Ordinaire et le Ministre, le Saint-Siège confiera la solution de la question à deux ecclésiastiques de Son choix, lesquels, en accord avec deux délégués du Président de la République, prendront une décision définitive.

ARTICLE XXI

Le droit de patronage, soit de l'Etat soit des particuliers, reste en vigueur jusqu'à nouvel accord. La présentation d'un digne ecclésiastique au poste vacant sera effectuée par le patron dans le délai de 30 jours sur une liste de trois noms proposée par l'Ordinaire. Si dans les 30 jours la présentation n'a pas été faite, la provision du bénéfice deviendra libre. Dans le cas où il s'agirait d'un bénéfice paroissial, l'Ordinaire, avant de procéder à la nomination, consultera le Ministre compétent conformément à l'article XIX.

ARTICLE XXII

Si des ecclésiastiques ou religieux sont accusés près des Tribunaux laïques de crimes prévus par les lois pénales de la République, ces Tribunaux informeront immédiatement l'Ordinaire compétent de chaque affaire de ce genre et lui transmettront, le cas échéant, l'acte d'accusation et l'arrêt judiciaire avec ses considérants. L'Ordinaire, ou son délégué, auront le droit, après conclusion de la procédure judiciaire, de prendre connaissance des dossiers relatifs. Dans le cas d'arrestation ou d'emprisonnement des personnes susmentionnées, les autorités civiles procéderont avec les égards dus à leur état et à leur rang hiérarchique.

Les ecclésiastiques et religieux seront détenus et subiront les peines dé réclusion dans des locaux séparés des locaux destinés aux laïques, à moins d'avoir été privé par l'Ordinaire compétent de leur dignité d'ecclésiastique. Au cas où il seraient condamnés par jugement à la détention, ils subiront cette peine dans un couvent ou autre maison religieuse, en des locaux à ce destinés.

ARTICLE XXIil

Aucun changement à la langue employée dans les diocèses de Rite latin pour les sermons, les prières supplémentaires et les cours, autres que ceux des sciences sacrées dans les Séminaires, ne sera fait que sur une autorisation spéciale donnée par la Conférence des Evêques de Rite latin.

ARTICLE XXIV

1. La République de Pologne reconnaît les droits de propriété des personnes juridiques ecclésiastiques et religieuses à tous les biens meubles et immeubles, capitaux, rentes et autres droits, que ces personnes juridiques possèdent actuellement dans les territoires de l'Etat polonais.

2. La République de Pologne consent à ce que les droits de propriété susmentionnés, dans les cas où ils ne seraient pas encore inscrits aux registres hypothécaires aux noms des personnes juridiques qui les possèdent (Evêchés, Chapitres, Congrégations, Ordres religieux, Séminaires, bénéfices paroissiaux, autres bénéfices, etc.), y soient inscrits, et cela sur une déclaration de l'Ordinaire compétent, certifiée par l'autorité civile compétente.

3. La question des biens dont l'Eglise a été privée par la Russie, l'Autriche et la Prusse et qui se trouvent actuellement en possession de l'Etat polonais, sera réglée par un arrangement ultérieur. Jusqu'à cette date l'Etat polonais garantit à l'Eglise des dotations annuelles non inférieures comme valeur réelle aux dotations que les Gouvernements russe, autrichien et prussien allouaient à l'Eglise sur les territoires appartenant actuellement à la République de Pologne. Les dotations susmentionnées seront calculées et réparties comme cela est indiqué à l'annexe *A*. Au cas de morcellement des dits biens, les Menses episcopales, les Séminaires et les bénéfices paroissiaux, ne possédant pas actuellement de terres, ou en possédant des quantités insuffisantes, en obtiendront en propriété, dans la mesure des disponibilités, jusqu'à concurrence de 180 hectares par Mense episcopale et de 180 hectares par Séminaire, et, selon la qualité du sol, de 15 à 30 hectares par bénéfice paroissial. La somme globale des dotations en argent, fixées dans l'annexe *A*, sera réduite, pour les diocèses, dans lesquels aura lieu cette attribution de terres, de 50 zlotys annuellement par chaque hectare qui serait attribué comme ci-dessus.

1. La destination des biens que la République de Pologne revendiquerait auprès des anciens Etats copartageants, comme successeur des droits qui revenaient à ces Etats de leur rapports légaux avec les personnes juridiques ecclésiastiques et religieuses de la Pologne, et qui concernent soit les prestations consenties par ces Etats en faveur des personnes juridiques ecclésiastiques et religieuses', soit l'administration des biens immeubles et des capitaux destinés à l'Eglise, sera maintenue.

5. Pour améliorer la situation économique et sociale de la population agricole et pour promouvoir d'autant plus la paix chrétienne du pays, le Saint-Siège consent à ce que la République de Pologne rachète aux bénéfices épiscopaux, aux Séminaires, aux bénéfices des Chapitres, aux bénéfices paroissiaux, ainsi qu'aux simplex bénéfices, possédant des biens fonciers, les quantités de terres arables, dépassant pour chacune de ces entités, 15 à 30 hectares, selon la qualité du sol, par paroisse et bénéfice simple, 180 hectares par Chapitre, 180 hectares par Mense episcopale et 180 hectares par Séminaire. Dans les diocèses, dont les Séminaires ne possèdent pas de terres arables distinctes de celles de l'Eveché, il leur sera accordé, sur les terres appartenant à l'Evêché, 180 hectares libres de rachat, indépendamment des 180 hectares réservés pour la Mense episcopale.

6. Les personnes juridiques ecclésiastiques susmentionnés auront le droit de choisir elles-mêmes, sur les biens leur appartenant, les parcelles de terres qui, en quantités indiquées ci-dessus, resteront en leur propriété.

7. Le prix de rachat des terres susindiquées sera payé d'après les règlements qui seront appliqués au rachat des biens appartenant aux propriétaires privés et restera à la disposition de l'Eglise.

8. Le Saint-Siège consent de même à ce que les terres arables appartenant aux Maisons des Congrégations et Ordres religieux, ainsi qu'à leurs institutions de bienfaisance, considérées chacune séparément comme unités agricoles distinctes, soient rachetées par l'Etat, en accord avec les règlements qui seront appliqués au rachat des biens appartenant aux personnes juridiques laïques, avec droit pour chacune des Maisons susdites, ainsi que pour chacune de leurs institutions de bienfaisance, de conserver au moins 180 hectares de terres arables.

9. Les personnes juridiques ecclésiastiques et religieuses auront le droit, à l'égal des personnes juridiques laïques, de procéder directement au morcellement des terres arables, leur appartenant.

ARTICLE XXV

Toutes lois, ordonnances ou décrets, qui seraient en contradiction avec les stipulations des articles précédents, seront de ce fait même annulés, dès l'entrée en vigueur du présent Concordat.

ARTICLE XXVI

Le Saint-Siège procédera, dans le délai de trois mois après l'entrée en vigueur du présent Concordat et d'accord avec le Gouvernement, à la constitution et délimitation des provinces ecclésiastiques et des diocèses enumeres à l'article IX. Les limites des provinces ecclésiastiques et des diocèses seront conformes aux frontières de l'Etat polonais.

Les biens ecclésiastiques situés en Pologne, mais appartenant à des personnes juridiques ecclésiastiques et religieuses ayant leur siège hors des frontières de l'Etat polonais, et réciproquement, formeront l'objet d'une convention spéciale.

ARTICLE XXVII

Le présent Concordat entrera en vigueur deux mois après l'échange des actes de sa ratification.

Rome, le dix février mil neuf-cent vingt-cinq.

PIERRE Card. GASPARRI LADISLAS SKRZYNSKI STANISLAS GRABSKI

ANNEXE, A

Les dotations attribuées à l'Eglise Catholique par l'Etat polonais, conformément à l'Art. XXIV du présent Concordat, seront calculées comme suit :

L — Dotation du Clergé:

Dotations mensuelles d'après le coefficient courant pour les fonctionnaires de VEtat.

l.° Cardinaux : 2.500 points, en plus 800 zlotys pour l'entretien des aumôniers, des équipages, etc.

2.° Archevêques: 2.000 points, en plus 600 zlotys pour l'entretien des aumôniers, des équipages, etc.

3.° Evêques diocésains: 1.700 points, en plus 600 zlotys pour l'entretien des aumôniers, des équipages, etc.

4.° Evêques auxiliaires : 1.250 points.

5.° Membres des Chapitres : 600 points.

6.° Curés: 270 points.

7.° Recteurs des Eglises filiales, Vicaires et fonctionnaires des Consistoires : 200 points.

8. Religieux des Congrégations recevant des dotations de l'Etat: 125 points.

9.° Professeurs des Séminaires : 600 points.

10.° Elèves des Séminaires: 125 points.

11.° Auditeur du Tribunal de la Sainte Rote (Traitement égal à celui des professeurs ordinaires des Universités).

12.° Secrétaire de l'Auditeur : 600 points.

13.° Enseignants des Instituts Théologiques, ayant les droits de professeurs de gymnase (Traitement égal à celui des enseignants des écoles secondaires).

II. — Dotation annuelle pour les pensions de retraite: 383.413 zlotys,

1,° Pensions de retraite du Clergé: 254.117 zlotys.

2.° Pensions de retraite pour veuves et orphelins du Clergé gréco-catholique: 129.296 zlotys.

III. — Dotation annuelle pour l'entretien des chœurs des Cathédrales et pour les employés subalternes des églises: 63.298 zlotys.

IV. — Frais annuels d'Administration ecclésiastique: 750.940 zlotys.

l.° Visites pastorales des Evêques: 340.000 zlotys.

2.° Consistoires épiscopaux: 66.000 zlotys.

3.° Tenue des registres paroissiaux: 197.940 zlotys.

4.° Frais de poste: 147.000 zlotys.

V. — Subvention annuelle pour les Institutions ecclésiastiques: 20.900 zlotys.

VI. — Fonds annuel de construction: 1.0.16.000 zlotys.

VII. — Autres dépenses annuelles: 45.500 zlotys.

Les dotations ci-dessus seront attribuées par le Ministre des Finances à chaque diocèse séparément, en sommes globales, établies d'après des budgets spécifiés, présentés par les Ordinaires compétents. Pour la répartition parmi les diocèses de la somme des dotations assurées aux curés par l'Etat, il sera tenu compte du revenu des terres possédées par les bénéfices paroissiaux.

En cas de besoin et si la situation financière de l'Etat le permet, les dotations.susdites seront augmentés suffisamment pour assurer une existence matérielle convenable aux curés et autres membres du Clergé, et cela sur la base d'un accord spécial ayant pour objet les *iur au stolae.*

La répartition des dotations énumérées ci-dessus sera confiée dans chaque diocèse à l'Ordinaire, lequel, après entrée en vigueur du présent Concordat, prêtera le serment de fidélité prévu dans l'article XII.

PIERRE Card. GASPARRI LADISLAS SKRZYNSKI STANISLAS GRABSKI

Mardi le deux, Juin 1925, à midi, se sont réunis au Palais du Conseil des Ministres

de la part du Saint-Siège:

Son JEJxeellenee Monseigneur LAURENT LAURI, *Archevêque WEphèse, Nonce Apostolique;*

de la part de la Pologne:

Son Excellence WLADYSLAW GBABSKI, *Président du Conseil des Ministres;*

Son Excellence ALEKSANDER SKRZYNSKI, *Ministre des Affaires Etrangères,*

Son Excellence STANISLAW GRABSKI, *Ministre des Cultes et de VInstrucUon Publique,*

pour procéder à V échange des documents de ratifications de Sa Sainteté le PAPE PIE XI *et de Son Excellence* STANISLAW WOJCIECHOWSKI, *Président de la République de Pologne, concernant le Concordat conclu entre le Saint-Siège et la Pologne le dix Février 1925.*

Après avoir procédé à Vexamen et à V échange des instruments de ratification susmentionnés, trouvés en bonne et due forme, les soussignés ont dressé le présent Procès-Yerbai et Vont revêtît de leurs cachets.


Fait à Varsovie, en double exemplaire, le deux Juin mil neuf-cent vingt-cinq.

Pour le Saint-Siège:

L. £g S. LATJRENT LAURI,
Archevêque d'Ephèse,
Nonce Apostolique.

Pour la Pologne:

L. £8 S- AL. SKRZYNSKI.



Annus XVII-Toi. XVII 1 Iulii 1925 Num, 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

SANCTI CHEISTOPHOEI DE HABANA

ERECTIONIS PROVINCIAE ECCLESIASTICAE SANCTI CHRISTOPHORI DE HABANA

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter praecipuas Apostolicae Sedis curas haec quoque constans fuit ut, quo facilius spirituali animarum bono et rectae dioecesium administrationi consulatur, ecclesiasticae circumscriptiones opportune mutentur, prout nova temporum et locorum adiuncta expostulare et suadere videntur.

Cum igitur ex multis argumentis constaret valde rei catholicae profectui conferre posse, si dioeceses Sancti Christophori de Habana, Pinetensis ad Flumen et Matanzensis a iurisdictione Archiepiscopi Sancti Iacobi de Cuba distraherentur novaque ecclesiastica provincia, his tribus dioecesibus constans, erigeretur,°; episcopalem sedem Sancti Christophori de Habana ad gradum metropolitanae Ecclesiae et dignitatem evehendo, et cum etiam supplices preces Capituli Sancti Christophori de Habana ad id haberentur, una cum favorabili voto hodierni Sanctae Sedis Delegati, Nos, de consulto dilectorum Morum S. B. E. Cardinalium S. Congregationis Consistorialis Patrum, oblatis precibus annuere censemus et decernimus.

Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel sua interesse praesumant, consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, dioecesim Sancti Christophori de Habana a iurisdictione Archiepiscopi Sancti Iacobi de Cuba subtrahimus et ad Ecclesiae Metropolitanae gradum et dignitatem evehimus ac extollimus, cum omnibus et singulis iuribus, privilegiis et praerogativis, quibus ceterae metropolitanae Ecclesiae m illis.regionibus gaudent et fruuntur. Cuius proinde Praesules pro tempore Archiepiscopi

titulo decorantur, una cum facultate deferendi Crucem et Pallium, sicut ceteri Archiepiscopi, postquam hoc in Sacro Consistorio ab Apostolica Sede postulatum, iuxta morem, et impetratum fuerit.

Insuper huius Ecclesiae cathedralis Capitulum ad Metropolitam Capituli gradum et honorem Apostolica auctoritate illico pariter evehitur, cum omnibus iuribus, privilegiis, praeeminentiis et honoribus, quibus cetera metropolitana Capitula iis in regionibus donantur.

Itemque dioeceses Pinetensem ad Flumen et Matanzensem, una cum earum populo ac clero, ab eiusdem Archiepiscopi Sancti Iacobi de Cuba iurisdictione pariter subtrahimus, easque suffraganeas constituimus metropolitanae Ecclesiae Sancti Christophori de'Habana: earum igitur pro tempore Episcopi metropolitico iuri Archiepiscopi Sancti Christophori de Habana subiacebunt.

Quod vero attinet ad unius Seminarii Maioris, pro tota Republica, constitutionem, de qua alias iam actum fuit ac denuo agendum erit, nihil mutare intendimus, quamvis per has praesentes Litteras Cubanam insulam in duas ecclesiastica provincias, inter se distinctas ac separatas, dividimus.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Petrum Benedetti, Archiepiscopum titularem Tyrensem, in insulis Cuba et Porturicensi Delegatum Apostolicum, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate vel oppositione, cum onere ad Sacram Congregationem Consistorialem mittendi intra sex menses, a data praesentium computandos, authenticum exemplar exsecutionis peractae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quinto, die sexta mensis ianuarii, Pontificatus Nostri anno tertio.

O. CARD. CAGIANO.
S. B. E. Cancellarius.

rB C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen.,
S. C. Consistorialis Secretarius.

Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £8 Plumbi.

Beg- in Cane. Ap., vol, XXX, n. 52.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

ERIGITUR DELEGATIO APOSTOLICA INDOSINENSIS

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Ex officio supremi apostolatus Nobis divinitus commissi, quae rei sacrae procurationi melius gerendae conducant, potissimum in regionibus longo terrarum marisque tractu ab hoc orbis catholici centro seiunctis, sollicito studio decernere maturamus. Hoc consilio, Indosinensis regionis missionum incremento prospicere cupientes, negotium pertractantes cum VV. PP. NN. S. E. E. Cardinalibus Congregationi Propagandae Fidei praepositis, in illis partibus nuper visitationem Apostolicam promovendam censuimus, ex qua peculiares missionum earumdem necessitates spirituales innotescerent, quibus consulere necesse erat. Cognitis propterea ex eadem visitatione necessitatibus iisdem, ut continuo illis consultum foret, nomenque christianum in supradictis difficülimis missionibus, longe lateque patentibus, altiores in posterum figeret radices, omnibus quidem rei momentis attente perpensis pariter cum Y V. FF. NN. S. B. E. Cardmalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, peropportunum visum est ibidem Delegationem Apostolicam constituere. Quare, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium, vi, in regionibus superenunciatis, ad maiorem Dei gloriam et christiani populi salutem, Delegationem Apostolicam erigimus atque constituimus, ipsique novae Delegationi sic per Nos erectae Apostolicae Delegationis Indosinensis nomen facimus; eamdemque episcopali charactere insigni Delegato committendam esse praecipimus.

Haec volumus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum, amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus Apostolicis constitutionibus et ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xx mensis maii anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

VEN. DEI FAMULA MAEIA MICHAELA A SANCTISSIMO SACRAMENTO, FUNDATRIX ANCILLARUM SANCTISSIMI SACRAMENTI ET CARITATIS, BEATA RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Plores apparuerunt in terra nostra, flores pulchritudinis et honestatis, quibus novae contextae sunt coronae, quae iugiter Christi Ecclesiam redimierunt; nam sicut flos ex horto concluso ancilla Christi Michaela a Sanctissimo Sacramento, mundi divitiis delieiisque reiectis, bonum odorem vitae suae, castitatis, humilitatis, patientiae, caritatisque plenae, in orbem effundit; sicut flos agri, qui semine suo raptim terram circumstantem numerosis floribus auget, ipsa per filias in Christo suas tot pulchritudinis et honestatis flores Nobis Ecclesiaeque reliquit. Anno vero MDCCCIX, **die prima ianuarii, in civitate Matritensi, est a nobilibus parentibus orta Maria Michaela Desmaisières, quam dein a Ssmo Sacramento nuncuparunt. In pueritia indolis suavitate, morum candore, animi pietate eluxit; et cum adhuc puella ad Eucharisticas dapes accesserit, adulescentior facta sacram Synaxim quotidie assumebat. Abhorrens a vanitate, a mundanis oblectamentis aliena, summam habitu atque incessu a iuventute modestiam ostendit; at, post desideratissimae genetricis mortem,- magistra et duce alia virtutibus praeclara matrona, cui nomen Ignatia Rico de Gande, perfectiorem vitam est aggressa, atque interea castitatis voto se obstrinxit. Cum autem quadam die anni** MDCCCXLV, **cum socia Ignatia, Matritense S. Ioannis a Deo nosocomium visitans, tristissimam mulierum ibi degentium condicionem cognovisset, statim Venerabilis Dei Famula, quae iam a prima aetate in caritatis operibus se exercuerat, prospiciens praesertim puellarum honestati, quas tum christianam catechesim tum domestica negotia edocendas curaverat, aptam domum, in qua puellae periclitantes vel deperditae reciperentur atque e vitiorum coeno averterentur, erigere statuit. Eodem anno propterea in domo a Congregatione** ***Crusada*** **conducta primum huiusmodi coniugium constituit, quod postea, anno** MDCCCXLÏX, **in alia etiam ad tempus conducta domo, suae propiore, ac tandem in via** ***Atocha*** **Matritensis civitatis, stabili modo, transtulit. Dicavit vero primum conlegium, vel potius hospitium, Virgini Perdolenti, illudque in septem dolorum Beatae Mariae memoriam curis commisit septem nobilium foeminarum, quas inter Dei Famula fuit. At initia operis difficultates omne genus gravarunt; sive quae a mun-**

danis horninibus procedebant, sive quae a victu ceterisque vitae necessitatibus, ita ut in hospitium sustentandum Michaela res omnes suas contulerit; sive quae a sociis iisdem oriebantur, cum ipsae post aliquod tempus fere omnes bonum opus reliquerint. Ob hunc quidem sociarum defectum Venerabilis Dei Serva, rata suum opus haud posse non modo progredi "sed etiam .firmari, nisi alicui regulari mulierum congregationi committeretur, antea Lauretanis sororibus e natione Gallica, dein monialibus novae congregationis, quam ipsamet instituit, illud concredidit. Nam, cum acerba multa earundem Lauretanarum caussa sustinuerit, supremum sui operis [regimen, amotis sororibus iisdem, rerum necessitate coacta, sumpsit; et tunc, mundanis, quas adhuc gerebat, vestibus relictis, habitum monialium more confectum induit, primasque instituendae Congregationis sodales delegit, quas ad regularem vitam illico efformare coepit. Novae vero Congregationis - quam Dei Famula consulto concepit tum ne sibi sociae deessent, quae in hospitio suo moderando ac ministrando ipsimet essent adiutrices, tum ne post mortem suam et pium opus et labores pro eius incremento exantlati ad irritum caderent, - finis ab initiis usque fuit monialium sanctificatio per Altaris Sacramenti perpetuam adorationem ad gloriam Dei atque ad animarum salutem, praesertim iuvenum perditarum conversione ad bonum, et periclitantium tutela. In novi sodalitii, titulo *Congregationis Ancillarum Sanctissimi Sacramenti et Caritatis,* moderatrix generalis die vi ianuam MDCCCLIX electa, Venerabilis Dei Famula vota simplicia nuncupavit, quae insequenti anno die xv iunii sollemniter iteravit. Retinuit autem Dei Serva nomen Sororis a Sanctissimo Sacramento, quod fere decem ante annis iam sumpserat, cum in sodalitatem a christiana catechesi nuncupatam adscribi voluisset. Haec vero Sancta Sedes antea ad quinquennium, postea, anno MDCOCLXVI, in perpetuum novum Ancillarum Sanctissimi Sacramenti et Caritatis institutum adprobavit; at, ut opus suum Fundatrix perficeret, quot ei et quam graves obiiciebantur difficultates! Sed, Dei gratia, haud impares Venerabilis Dei Famulae virtutes erant. Effulsit enim Venerabilis Soror a Sanctissimo Sacramento pienissima fide, ita ut spem suam in Deo continenter conlocaret pro illis etiam rebus, quae non directe aeternam beatitatem, sed peculiaria tantum bona praesentis huius vitae respicerent. Fortis proinde mulier in arduis et in adversis rebus, adeo ut nihil eius animi tranquillitatem turbare valeret; sed in omnibus divinam gloriam solum quaesivit, omnia verba sua, optata, cogitationes ad Deum dirigens; et, cum erga Iesum Christum sub Eucharisticis velis delitescentem succenso amore fiágraret, iugiter ex Eucharistico Mysterio suas, cum deficerent, vires recuperant et auxit. Ob suum profecto erga Sacram Eucharistiam

ardorem non modo a Sacramento Altaris nomen sibi ipsi imposuit, sed suas quoque socias Sacramenti adoratrices atque ancillas vocavit ; ab eisdem praeterea emblema cum ostensorio ad pectus ferri voluit ; cultum denique Eucharisticum inter eas usque ad mortem omni studio et alacritate fovit. In Instituto vero condendo et moderando plane singularem prudentiam ostendit et vigilantem; semper tamen matrem sororibus se praebuit atque, occasione data, humilitate plenam. Nil nisi commune in mensa adhibuit, tantum enim cibi sumere consuevit quantum vix vitae alendae par esset; et, licet ex nobili ac divite genere nata, paupertatem adeo dilexit, ut pauperem se fecerit, quo egenis facilius subveniret. Pauperes quidem et inopes omne genus sollicite adiuvit; at, cum iugiter in curando proximi bono per totum vitae suae curriculum laboraverit, spiritualem tamen cuiusque utilitatem omnibus praeposuit. Et revera sollers studium animarum salutis procurandae palam monstravit in hospitiis erigendis et in Congregatione Ancillarum sua instituenda, quibus imnumerabiles foeminae, e vitiorum coeno ereptae, non tantum civili cultui, sed praecipue Deo restituerentur. Nil itaque mirum quod opus a Venerabili Dei Famula institutum, post haud multos annos, civitatis Matritensis fines transgressum, in ceteras Hispaniae provincias diffunderetur, ita ut plura conlegia sive Caesaraugustana, sive Valentina, sive Barcinonensi, sive Burgensi in civitate aliisque in oppidis iam ante Matris a Sanctissimo Sacramento piissimum obitum condita fuerint. Sanctissima vero ac sollertissima vita Dei Famula functa est mense augusto, anno MDCCCLXV, aetatis suae quinto ac quinquagesimo, in domo Ancillarum Valentiae, quo se ad sorores suas asiatico morbo correptas curandas conferre voluit. Non una vice tantum aegrotis cholera morbo affectis Venerabilis Dei Serva iam operam suam praestiterat, tum anno MDCCCXXXIV, tum annis MDCCCLIV et MDCCCLV, cum gravi quidem vitae suae periculo; nil amplius propterea eandem a proposito filias in Christo suas invisendi aegrotas et curandi deterrere, nec preces ceterarum sororum nec vitae discrimina, valuerunt. Sed biduo, postquam Valentiam pervenerat, ipsa quoque lue asiatica est sic vehementer correpta, ut duodecim post horas Fundatrix Ancillarum Sanctissimi Sacramenti et Caritatis, omnibus refecta Ecclesiae Sacramentis, praesentem cum aeterna vitam commutaverit. Ob pestiferae contagionis periculum statim post mortem corpus, capsa -lignea inclusum et ad coemeterium quasi secreto delatum, distincto in loco humatum est; a quo tamen sollemniter, frequentissimis ex omni ordine civibus Comitantibus, in domum Congregationis, vicesimo sexto anno ab obitu, translatum est, ibique in sarcophago marmoreo repositum; quod ad invisendum ab illo tempore turmatim fideles, peregrinorum more, confluunt, Venerabilis Dei Famulae sanctitatis vitae

fama commoti atque eximiis virtutibus, quas quidem supernaturauum charismatum ornamentum vividiores effecit. Nil propterea mirum si haec Venerabilis Famulae Dei Mariae Michaelae a Sanctissimo Sacramento Beatificationis causa a rec. mem. Decessore Nostro Leone Papa XIII digna habita fuerit, quae Sacrae Bituum Congregationi cognoscenda committeretur; eademque, introducta cum fuerit, minoribus interea superatis iudiciis, adeo progressa deinceps fuerit, ut mox etiam super Venerabilis Servae virtutibus disceptari coeptum sit; quas tanquam heroica qualitate praeditas atque exornatas Nos ipsi anno MCMXxn, tertio idus iunii, sollemniter adprobavimus et declaravimus. Agitata dein quaestione de duobus miraculis, quae a Deo patrata ferebantur per Venerabilis Mariae Michaelae a Ssmo Sacramento intercessionem, post duas Congregationes, antepraeparatoriam scilicet et praeparatoriam, nec non aliam generalem Congregationem, quae coram Nobis die xxi mensis aprilis, hoc ipso anno, habita est, rebus omnibus acerrimo iudicio investigatis, Nosmetipsi, die prima mensis maii proxime praeteriti, proposita miracula constare sollemniter declaravimus, ulteriusque proinde in casu procedi posse. Cum propterea nihil, secundum sacri fori instituta, iam superesset, nisi ut Patres Cardinales Sacrae Bituum Congregationi praepositi, ceterique de more consulendi rogarentur, num tuto procedi posse censerent ad sollemnem Venerabilis Dei Famulae Beatificationem, in generali conventu, die quinta mensis praeteriti, coram Nobis habito, tum iidem S. B. E. Cardinales, tum qui aderant Praelati et Consultores, unanimi consensu tuto procedi posse responderunt. Nos vero in re tanti momenti mentem Nostram aperire cunctati sumus, ut enixis precibus supernum antea auxilium posceremus. Quod quidem cum fecissemus, qua die Sancti Gregorii Nazianzeni, Episcopi Confessoris Ecclesiaeque Doctoris festum agitur, religiosissime litato Eucharistico Sacrificio, adstantibus venerabili fratre Nostro,Antonio S. B. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Bufinae, Sacrae Bituum Congregationi Praefecto, et causae relatore, et dilectis filiis Alexandro Verde, eiusdem Sacrorum Bituum Congregationis a secretis, et Angelo Mariani, Fidei promotore generali, sollemniter ediximus tuto procedi posse ad sollemnem Venerabilis Servae Dei Mariae Michaelae a Sanctissimo Sacramento Beatificationem. Quapropter, precibus permoti plurimorum Hispaniae Episcoporum, nec non Ancillarum Sanctissimi Sacramenti et Caritatis Congregationis, quam ipsa fundavit quaeque pluribus in locis iam floret, auctoritate Nostra apostolica, concedimus ut eadem Venerabilis Maria Michaela a Sanctissimo Sacramento Beatae nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus et lypsaha, seu reliquiae, publicae venerationi proponantur, non tamen in sollemnibus supphcationibus deferenda; itemque permittimus ut imagines

eiusdem Servae Dei radiis decorantur. Praeterea, eadem auctoritate Nostra, concedimus ut de ea quotannis officium recitetur de Communi Virginum cum Lectionibus propriis, per Nos adprobatis, et Missa propria, pariter per Nos adprobata, celebretur, servatis rubricis, sed tamen in dioecesibus dumtaxat Matritensi ac Valentina, nec non in ecclesiis ac publicis sacellis Congregationis Ancillarum Sanctissimi Sacramenti et Caritatis. Denique largimur ut sollemnia beatificationis Venerabilis Dei Famulae Mariae Michaelae a Sanctissimo Sacramento, servatis servandis, in dioecesibus supra dictis celebrentur, nec non in ecclesiis sive publicis sacellis memoratae Sororum Congregationis, intra annum ab iisdem sollemmbus in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana rite peractis. - Non obstantibus constitutionibus atque ordinationibus Apostolicis, nec non decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuslibet. Volumus autem ut praesentium Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint, et sigillo Cardinalis Praefecti obsignata, eadem prorsus fides in disceptationibus, iudicialibus quoque, habeatur, quae voluntatis Nostrae significationi, hisce Litteris ostensis, haberetur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis iunii, anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Seeretis Status.*

III

VEN. DEI SERVA MARIA BERNARDA SOUBIROUS, E SORORIBUS A CARITATE ET INSTITUTIONE CHRISTIANA NIVERNENSIBÜS, BEATA RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Deus, qui infirma mundi eligit ut fortia confundat, qui iam, simplicem puellam Galliae sospitam voluit, pauperem in ipsa Gallia custodem pecudum virginem elegit, per quam universo mundo fontem salutis proderet mirandum. Et re quidem vera inter praecipuos religiosos eventus, quibus, decimo nono saeculo vertente, catholicus orbis vehementer commotus est, ea procul dubio eminent prodigia, quae circa annum reparatae salutis millesimum octingentesimum quinquagesimum octavum apud Lapurdensem pagum evenere, quaeque nomen famulae Dei Bernardae Soubirous celeberrimum reddiderunt. In oppido Tarbiensis dioecesis, cui nomen *Lourdes* ortum duxit haec ancilla Dei die VII mensis ianuarii anno MDCCCXXXXIV. Parentes illi fuerunt Franciscus Soubirous et Aloisia Carterot, pauperrimi quidem et rudes, sed religionis obsequio et morum probitate commendati.

Lustralibus aquis ablutae infantulae nomina fuerunt Mariae Bernardae. Ob rei familiaris inopiam, procul a materms curis tradita nutrici, tenui conflictata valetudine, et alimentis deficientibus pro sustentanda vita, ad famulatum adacta, multis Ancilla Dei obnoxiam aerumnis pueritiam transegit. Gregis custodiae addicta, absque ulla litterarum cognitione, vix religionis rudimenta atque orationem Dominicam et salutationem angelicam didicit, ut, dum in campis depascentibus agnis advigilaret, assidua Rosarii recitatione animum suum recrearet. At innocens, obediens, humilis, pudica, digna habita est Immaculatae Virginis visu et alloquiis. Cum enim aetatis suae annum ageret quartum supra decimum, die xi mensis februarii anno MDCCCLVIH, quarto videlicet anno post dogmaticam definitionem Immaculati Virginis Conceptus, ad conquirenda ligna specum *Massàbiélle* appellatum cum subiisset Ancilla Dei, illi se conspiciendam dedit Virgo sub specie nobilis matronae, albis inäutae vestibus et manu gerentis Rosarium. Hoc primo apparitionum (quae decem atque octo fuerunt) die matrona benigne docuit rudem puellam ut rite pieque Crucis signo se obsignaret, eamque ad Rosarii recitationem excitavit exemplo. Altero die, cum puella, diabolicam fraudem timens, lustra-lem aquam effudisset in Virginem, illa leniter arridens, ut timorem poneret vultu benigno hortata est. Tertio, per quindecim dies continuos ad specum invitavit puellam et, saepius eam alloquuta, ut pro peccatoribus oraret, terram deoscularetur, poenitentiamque ageret monuit. Insuper imperavit ut significaret sacerdotibus sacellum in loco esse erigendum sollemnibus modo supplicationibus lustrandum. Praecepit simul ut e fonte, qui sub arena latebat adhuc, sed mox erat erupturus, aquam biberet salutarem eaque se abstergeret. Denique, festo Annuntiationis Deiparae, qui novissimus fuit apparitionum dies, puellae instanter percontanti ut nomen proderet illius, cuius adspectu et verbis toties fuerat recreata, Virgo, admotis pectori manibus elatisque in caelum oculis, respondit: « Immaculata Conceptio ego sum », Continuo e terra scatet aqua: primum agricolae vicinitatem incolentes, apparitionum notitia ducti, confluunt ad specum: nonnulli infirmi hausta aqua sanitatem recuperant; ingens, brevi, populi concursus fit ad specum fontemque; et non modo Galliam universam sed Hispaniam, Italiam, totumque orbem catholicum prodigiorum fama pervadit. Verum ob ipsas mirandas apparitiones atque ob concursum populi, puellam invisere cupientis, humili Ancillae Dei gravia obvenerunt incommoda ac molestiae, praesertim ex parte civilis magistratus, missioni eidem divinitus commissae fidem quamlibet abrogantis. Sed in Curiam Episcopalem Tarbiensem aceita, cum quaestionibus propositis candide atque impavide respondisset, Serva Dei quamlibet suspicionem illusionis vel fraudis a se remo vit, divi-

naeque visionis ac missionis veritatem mirifice ostendit probavitque. Ut eam gentium curiositati subduceret, prudenti consilio parochus ancillam Dei recipiendam curavit in asylo, quod Lapurdi sorores religiosae Nivernenses, a caritate et christiana institutione nuncupatae, aperuerant, ibique,,, inter alumnas cooptata, literas calluit; et, pietatis exercitationibus caritatisque officiis omnino dedita, die ni mensis iunii ipsius anni MDCocLvm, prima vice singulari laetitia perfusa, ad sacram Synaxim accessit. Interea, gravi correpta morbo et a medicis conclamata, sumptis nonnullis guttis aquae e prodigioso fonte haustae, ex insperato, ab instantis mortis discrimine liberatur, quin tamen unquam perfectam sanitatem adepta sit: ad extremos enim usque mortalis aevi dies iugiter Ancilla Dei male firma valetudine laboravit. Sed absconditam mundoque ignotam vitam complecti cupiens, humilis Bernarda religiosas inter Mvernenses Sorores admitti enixe postulavit; at valetudinis causa nonnullos adhuc annos Lapurdensi in hospitio mansit, ubi tamquam religiosam sese gessit et, infirmis assidens, singularia exhibuit christianae caritatis exempla; donec, auctoritate Episcopi Nivernensis, omnibus difficultatibus disiectis, die xvn mensis iulii anno MDCCCLXVI Serva Dei diuturni voti compos facta est. Relictis igitur amato specu de *Massabielle* et hospitio Lapurdensi non minus dilecto, ut divinae vocationi obtemperaret, Mvernensem urbem adiit ut ibi tyrocinium poneret inter Sorores caritatis et institutionis christianae. Altero a suae admissionis die, iubente Antistita et adstantibus Sororibus, apparitiones omnes, quibus gavisa fuerat, Serva Dei candide narravit ac simpliciter, illam enucleatius referens, qua Virgo Immaculata nomen suum prodiderat; deinde, Antistitae ipsius dicto audiens, haud amplius de apparitionibus loquuta est, nisi obedientia adacta. Induta religiosis vestibus, sancte egit novitiatum, sub nomine sororis Mariae Bernardae, regularis disciplinae atque obedientiae observantissima, aliarumque omnium christianarum virtutum nitidum exemplum. Vividum quod sortita erat ingenium compescuit fortiter, semper hilarem et comitem sese praebuit sodalibus; animadversiones, molestias, diuturnamque humiliationum segetem patientia tulit singulari. Modo valetudinario infirmorumque adsistentiae, modo sacrario addicta, sibi commissa munera diligentissime semper, licet infirma, exsequi studuit. Silentii rigida custos, ingenuitate, modestia, vitaeque innocentia emicuit, susceptamque in baptismate stolam ad obitum usque immaculatam servavit. Umbratilis vitae cupida, nihil antiquius habuit quam ut ab oculis hominum procul abesset. Ob tantam, in quam venerat, nominis celebritatem, - Lapurdensis enim perinsignis Sanctuarii gloriosis fastis nomen et memoria Bernardae stricto veluti foedere coniuncta sociantur, - nihilominus a vanagloria semper se incolumem immunèmque servavit.

Advenas undique ad eam invisendam confluentes et collo quutorium, ad quod nonnisi ex obedientia accedebat, iugiter studuit aufugere. Sic in heroica virtutum omnium exercitatione pervenit ad annum usque MDOCOLXxvii, quo, magno animi solatio, sollemnia perpetua vota nuncupavit; anno autem sequenti aliis aerumnis excruciata et doloribus, ut hostia magis pura fieret, die xvi mensis aprilis, Ecclesiae Sacramentis rite munita, invocata pie Deiparae Virginis ope, annos nata quinque supra triginta, placidissimo exitu ad caelestis Agni, qui inter Ma pascitur, nuptias convolavit. Fama prodigiorum, quibus iam vivens inclaruerat, post sanctum Servae Dei obitum late percrebuit, caelestibus aucta signis, quibus ipse omnipotens Deus sanctitatem ancillae suae confirmare visus est. Vulgato enim vix obitus nuntio, tota Nivernensis civitas commota est; omnes cuiusque ordinis cives demortuam virginem sanctam esse conclamarunt; ad cadaver triumphali pompa elatum, quod flexibile perstitit, naturalem colorem servavit nullumque gravem odorem efflavit, suprema vice invisendum turmatim confluere coeperunt fideles, sacris exuviis coronas et numismata admoventes. Ob miranda prodigia et frequentissimum populi concursum, sepulchrum quidem Servae Dei, in sacello Sancti Ioseph, intra monasterii Nivernensis septa positum, celeberrimum evasit. Quare de caelitum honoribus Bernardae Soubirous tribuendis Causa agitari coepta est penes Sacrorum Rituum Congregationem, et probationibus auctoritate Ordinaria sumptis, Pius PP. X. rec. mem. Praedecessor Noster, per decretum die xni mensis augusti anno MDOOCOXIII Introductionis Causae Commissionem signavit. Continuo processibus Apostolica auctoritate confectis, Nos virtutes Ancillae Dei heroicum attigisse fastigium sollemni decretò sancivimus, edito decimonono kalendas apriles anni MCCCCXXIII. Deinde de miraculis actum est, quae, Ancillae Dei intercessione, patrata a Deo ferebantur; Nosque per Decretum editum kalendis maiis anni vertentis, de duobus miraculis suprema Nostra auctoritate constare declaravimus. Cum igitur esset de heroicitate virtutum ac de duobus miraculis probatum consilium, illud supererat discutiendum ad actorum legitimam seriem perficiendam, nimirum ut Sacrorum Rituum Cardinales et Consultores rogarentur, an tuto procedi posse censerent ad ipsius Servae Dei sollemnem Beatificationem. Hoc praestitit venerabilis frater Noster Antonius Cardinalis Vico, Episcopus Portuensis et S. Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationis Praefectus et Causae Relator, in generalibus comitiis coram Nobis in Vaticanis aedibus habitis die xn mensis man proxime elapsi, omnesque tum Revmi Cardinales, tum qui aderant Patres Consultores, unanimi consensu *Affirmative* responderunt. Nos tamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus, donec a Patre

lunnnum caelestis sapientiae auxilium impetraremus. Quod cum impensis precibus fecissemus, tandem die n huius mensis, Eucharistico Sacro rite litato, accitis adstantibusque venerabili fratre Nostro Antonio Vico, Episcopo Portuensi et ^Sanctae [Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto et Causae Relatore, una cum dilectis filiis Alexandro Verde, eiusdem Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, nec non Angelo Mariani, Fidei Promotore Generali, sollemniter ediximus tuto procedi posse ad ipsius Servae Dei Beatificationem. Quae cum ita sint, precibus etiam permoti universae Congregationis Sororum Nivernensium a caritate et institutione christiana, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, facultatem facimus ut Venerabilis Ancilla Dei Maria Bernarda Soubirous, religiosa professa e Congregatione Sororum Nivernensium a caritate et institutione christiana, Beata in posterum appelletur, eiusque corpus et relliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae fidelium venerationi proponantur, atque imagines radiis decorantur. Insuper eadem auctoritate Nostra concedimus ut de illa recitetur Officium et Missa celebretur de Communi Virginum iuxta rubricas Missalis et Breviarii Romani. Eiusmodi vero Officii recitationem et Missae celebrationem fieri dumtaxat concedimus in dioecesi Nivernensi, ubi sancte obiit, et in dioecesi Tarbiensi et Lapurdensi, ubi Ancilla Dei caelestibus apparitionibus illustrata fuit, nec non in omnibus templis ac domibus, ubique terrarum sitis, quae ad Congregationem Sororum Nivernensium pertineant, atque etiam in locis ubi dictae Congregationis Sorores sua munera impleant, ab omnibus fidelibus, tam saecularibus quam regularibus, qui Horas canonicas recitare teneantur: et quod ad Missas attinet, a sacerdotibus ad tempia in quibus Beatae ipsius festum celebretur. Denique largimur ut sollemnia Beatificationis eiusdem Famulae Dei peragantur in praedictis dioecesibus et in tempus seu oratoriis, quae nominavimus, die per Ordinarium designando, intra annum, postquam eadem sollemnia in Patriarchali Basilica Vaticana fuerint celebrata. - Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrorum Rituum Congregationis subscripta et Praefecti sigillo munita sint, in disceptationibus, etiam iudicialibus, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, his ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae apud 'Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xiv mensis iunii anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

IV

TITULO ET PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS EXORNATUR ECCLESIA PAROECIALIS AD SS. GERVASn ET PROTASN, IN CIVITATE RAPALLO, DIOECESIS CLAVARENSIS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Rapallensi in civitate exstat paroecia ad SS. Gervasii et Protasii, quorum ecclesia denuo hisce temporibus exaedificata est, loco antiquioris in honorem Sanctorum eorundem dicati aedificii, quod, etsi historicis factis nobüitatum, vetustate fatiscens ac votis popularium clerique plane incongruens erat. Capitulum vero et Canonicos memoratae ecclesiae, quae a satis antiquis temporibus archipresbyteralis et conlegiata est, Decessor Noster Pius Pp. YII, Litteris suis, die xx mensis maii anno MDCCCXX datis, in testimonium ac signum suae erga clerum populumque Rapallensem benevolentiae et grati animi, serica cappa magna decoravit, cum ipse rec. mem. Praedecessor Noster, ovantibus gratulantibus clero populoque receptus, ipsa in civitate iam anno MDCCCXV aliquot dies commorâsset. Praeterea nec praetermitti potest celebre Marianum Sanctuarium a *Monte Allegro* nuncupatum intra eiusdem paroeciae fines exsistere, ad quod pie invisendum christifideles ex finitimis regionibus turmatim ac peregrinorum more, Deiparae opem imploraturi, confluunt. Quapropter cum Archipresbyter et Canonici ipsius insignis ecclesiae SS. Gervasii et Protasii, quae nunc, a fundamentis renovata, molis amphtudine, artis ornamentis, picturis atque affabre factis altaribus renidet, a Nobis enixis precibus postulaverint ut, votis quoque ex omni ordine civium procerumque civitatis adnuentes, tum ad christianae pietatis incrementum cum ad decus augendum vetustae paroeciae, novam eandem ecclesiam ad dignitatem Basilicae minoris eveheremus, Nos optatis eiusmodi propensa voluntate concedere existimavimus; quod eo libentius facimus cum venerabilis frater Amadeus Clavarensium Episcopus id etiam a Nobis exposcat; et eandem novam sacram Aedem non modo hodiernus archipresbyter sed eiusdem quoque in munere paroeciali gerendo praedecessor, qui nunc episcopali Interamnensium et Narnensium Ecclesiae praeest, erigenda Curaverit. Conlatis itaque consiliis eum W. EE. NN. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrorum Congregationi Bituum praepositis, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore memoratam-archipresbyteralem et conlegiatam ecclesiam SS. Gervasii et Protasii, in civitate Rapallensi, intra Clavarensis dioecesis fines erectam, titulo ac dignitateBasilicae minoris perpetuum in modum augemus, illique omnia et

singula iura, privilegia, praerogativas, indulta tribuimus, quae ecclesiis hoc titulo exornatis de iure competunt et in decretis Sacrorum Rituum Congregationis descripta sunt.

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere et fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illique, ad quam spectant, Rapallensi ecclesiae Sanctorum Gervasii ac Protasii plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quoquam, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

"Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis iunii anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

V

VENERABILES DEI FAMULI IOANNES DE BRÉBEUF, ISAACUS JOGUES, GABRIEL LALEMANT, ANTONIUS DANIEL, CAROLUS GARNIER, NATALIS CHABANEL, PRESBYTERI; RENATUS GOUPIL ET IOANNES DE LA LANDE, COADIUTORES, OMNES E SOCIETATE IESU, BEATI RENUNTIANTUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam.—Pretioso purpurata martyrum sanguine' ab initus suis ad nostra usque tempora semper Ecclesia Christi fuit; nam, cum martyrum sanguis sit christianorum semen, plurimi ex illis, qui, Apostolos Christi vestigiis secuti, nationes ubique terrarum et barbaras quidem gentes Evangelii lumine inlustrare conati sunt, martyrii palmam receperunt, ita sanguine suo Fidei semina irrigantes, quo uberiores deinde segetes colligerentur. Id sane evenit medio saeculo xvn in regionibus, quas nunc Canadenses civitates ac Foederati Americae Septentrionalis Status obtinent; ubi octo fortissimi Christi púgiles occubuerunt, qui, omnes in Gallia nati, et digni Societatis Iesu alumni, in memoratas regiones, quas tunc « Novam Galliam » nuncupabant, a moderatoribus suis missi - etsi non uno eodemque tempore ac loco - post diuturnos asperrimosque labores pro Fidei causa crudelissime necati sunt. Eorumdem vero, quibus duo quasi manipuli heroum sunt effecti, veluti duces ac magistri Isaacus Jogues et Ioannes de Brébeuf merito censentur. Quorum primus, Dei Famulus scilicet Isaacus Jogues, Aurelianensis, septemdecim annos natus, eo praesertim animo ut sibi ad sacras missiones apud infideles iter pateret, suum anno

MDCXXiv Societati Iesu nomen dedit. Tirocinio Rothomagi per biennium exacto, Parisiensi in civitate in philosophiam incubuit, et sacerdotio auctus Novam mox Galliam, anno MDCXXXVI, adivit. Sex ibi annos apud Hurones vixit, sollerter eos christianis veritatibus erudiens; sed cum, anno MDCXXxxn, bello inter Iroquenses et Hurones' saeviente, a moderatoribus suis vocatus ad Quebecensem civitatem, cum Renato Goupil et aliquibus aliis ab eadem urbe ad Hurones rediret, cum sociis in. barbaras manus incidit Iroquensium, qui, more suo, aspera in captivos et praecipue in Isaacum et Renatum, utpote religionis christianae magistros, experiri tormenta gavisi sunt. Pluries enim ambos fustibus caedunt, ignitis carbonibus adurunt, eisdem ungues avellunt, digitorum particulas dentibus confringunt et abstrahunt; Isaacum autem, cui dexter quoque pollex resecatur, inter duos palos funibus suspendunt; denique utrumque in asperrimam servitutem conficiunt; in qua Dei Famuli famem et frigus aliaque acerba passi sunt. Renatus vero Goupil, cum more suo salutiferum signum Crucis in fronte cuiusdam pueri digito efformasset, iussu barbari ex Iroquensibus senis, in odium eiusdem sanctae Crucis securi percussus, adorabile nomen Iesu geminans, primus in Novae Galliae missione diexxix septembris anno MDOXLII martyr occubuit. Andegavi ortus, tunc idem Dei Servus « erat vir triginta quinque annorum, simplicitate, vitae innocentia et patientia in adversis singularis, Deo, quem iugiter praesentem in omnibus habuit, atque Eius sanctissimae voluntati per amorem maxime subiectus ». Sic enim de illo, qui, antea sola interposita iurata, quam vocabant « donationis » promissione, Patrum famulatui addictus, paucis tantum diebus antequam occideretur, religiosa Societatis vota nuncupaverat, testatus est Dei Famulus Isaacus Jogues, qui illum habuit comitem itineris et servitutis, et, post illius mortem, tanquam martyrem veneratus est. Nam cum Dei Servo Isaaco, post tristem captivitatis annum, B atavi quidam, qui finitimam regionem, quam nunc Neo-Eboracensis Status complectitur, incolebant, aufugiendi occasionem e servitute, misericordia moti, praebuerint; ipse, Deo favente, ad patriam, in qua ab omnibus uti martyr exceptus est, anno MDCXLIII exeunte, revertit; sed, vix anno elapso, Marianopolim seu Montem Regalem in Canadensi regione petiit, et ad Iroquenses, suos olim carnifices, pacis negotiandae caussa rediit. Hac vero praeter spem feliciter composita, ad easdem barbaras gentes, anno MDOXLVI, sanctum praedicaturus Evangelium iterum reverti voluit; at ab iisdem superstitiosis Iroquensibus, qui, veriti ne Fidei praedicatio sibi maleficia inferret, primum suum apostolum proditorie aggressi sunt, tandem die XVIH octobris dicti anni, capite obtruncato, occisus est; antea autem de brachio dorsoque ipsius adhuc viventis carne avulsa, quam

barbaras quidam devoravit. Vir erat Dei Famulus natura mitissimus ac timidus, sed, assidua sui deminutione atque orandi continenti studio, suum ita animum firmaverat, ut ad difficillima quaeque, moderatorum suorum iussu aggredienda, semper paratus esset, atque in periculis et cruciatibus sustinendis mira sane christianae fortitudinis exempla praebuerit. Hii vero, qua socius, Ioannes de La Lande novissime addictus fuit, qui, Dieppae in Rothomagensi archidioecesi natus, perpetua sponsione Novae Galliae missioni se « donatum » professus erat, et, cum fuga saluti suae consulere posset, maluit magistri sui sortem sequi, ita ut, simili modo eademque de caussa, insequenti die interfectus sit. Fere post duos annos ab insigni horum morte, martyrii palmam adeptus est primus ex altero è Societate Iesu heroum manipulo, qui, duce Venerabili Dei Famulo Ioanne de Brébeuf, coronam gloriae aeternam meruerunt. Fuit ille Antonius Daniel, qui, Dieppae ortus anno MDCI, vicennis Societatem Iesu ingressus erat. Iam sacerdotio initiatus, anno MDCXXXLTI, ad Canadenses missiones se contulit; atque, unus e primis sociis Ioannis de Brébeuf, eundem in missione a Sancto Ioseph nuncupata condenda adiuvit. Postea Quebecensi in civitate, alumnis indigenis instituendis, Seminarium erexit, dein ad Hurones reversus, indefesso - labore plures missiones fundandas provehendasque curavit. Illum sacerdotalibus adhuc vestibus indutum, ob Missam vix expletam, et gregem suum ad constantiam hortantem Iroquenses occiderunt atque in ecclesia combussere, cum ipsi anno MDCXLVIII, incursione facta, pagum Sancti Ioseph cepissent atque igni cremassent. Aliquot post menses, alia facta incursione in Huronum pagos Sancti Ignatii et Sancti Aloysii, iidem Iroquenses tum Ioannem de Brébeuf cum Gabrielem Lalemant immani crudelitate torquent ac trucidant. Quorum Dei Servorum primus, Condaei, m dioecesi Baiocensi, die XXV martii MDXCVI nobili genere natus, atque anno MDCXvn Societatem Iesu ingressus, Rothomagi, qua in urbe etiam postea litteras docuit, tirocinium fecit ac Deo votis religionis se obstrinxit. Sacro presbyteratus ordine auctus, ab exeunte anno MDCXXV apud Hurones in Canadensi missione operam laboremque consumpsit in Evangelio praedicando, donec ob rerum civilium perturbationem, anno MDCXXIX ad Galliam redire coactus est; at quattuor post annos ad dilectos Hurones reversus, tam alacriter fructuoseque in sacro ministerio apud ipsos laboravit, ut primus illius gentis apostolus merito habeatur. Vitam sollertissimam univit die xvi martii anno MDCXLIX, inenarrabilibus cruciatibus per plures horas fortissime toleratis, cum Iroquenses eum antea fustibus percutiant et, clavis ignitis in carnes immissis, lacèrent; ei labia, linguam, nares resecent, pellem capitis et capillos eripiant; eiusque dein caput corpusque, christianum baptismum irridentes, aqua ferventi inrigent. Denique cum mirum martyris animum impavi-

dum et constantem ferre diutius barbari nequirent, unus ex ipsis de pectore FamuH Dei cor avulsum ad instar, ferae devorat, dum ceteri eiusdem sanguinem bibunt. Insequenti die etiam Ioannis de Brébeuf socius, Gabriel Lalemant, Parisiensis, cui Iroquenses multa ex memoratis tormentis atque alia attulerunt, martyrium consummavit; qui, natus anno MDCX et vicennis Societati Iesu adscriptus, fere tres annos suam ante gloriosum obitum in Novae Galliae missione vitam laboriosam duxit. Eodem anno MDCXLIX exeunte duo. reliqui Christi púgiles martyrii palmam consecuti sunt; quorum alter, nomine Carolus Garnier, Parisiis ortus anno MDCVI, atque adolescent Iesu Societatem ingressus, iam sacerdotio initiatus ad missionem Canadensem anno MDCXXXVI profectus est, in qua apud Hurones sacrum ministerium, apostolicis laboribus ac virtutibus fulgens, usque ad mortem, ob ingenuum animi candorem et virginalem innocentiam omnibus carissimis, peregit. Ab Iroquensium turnus in suum pagum irrumpentibus, missili plumbeo, gravi vulnere affectus, dum cuiusdam.hominis morientis animae consulebat, tandem securi percussus vn idus decembris mortalem hanc vitam cum immortali commutavit. Insequenti autem die e duobus martyribus alter, alios ab Iroquensibus fugientes secutus, cum iter faciens in silva, solus cum quodam Hurone apostata constitisset, ab eodem Fidei transfuga in odium religionis interfectus, in proximum flumen proiectus est. Eidem nomen erat Natalis Chabanel, qui in Mimatensi dioecesi ortus ac Tolosanae Societatis Iesu provinciae addictus, anno MDCXLIII, iam sacerdotali charactere ornatus, Canadensem regionem, triginta annos natus, attigerat. Ad graves in suo munere gerendo difficultates superandas, martyrium ardenter exoptans, perpetuo voto Deo spoponderat se usque ad mortem in missione Huronica mansurum esse; eiusque obitus pro Christi Fide diu delituit, et tantum ex impudenti ipsius percussoris confessione serius cognitus est. Horum octo heroum relliquiis fere omnibus (paucis scilicet Dei Famulorum Ioannis de Brébeuf, Caroli Garnier et Gabrielis Lalemant exceptis) vel combustis a barbaris, vel alio quovis modo saeculorum cursu deperditis; ad loca eorundem sanguine sacrata gentes peregrinorum more confluunt, ibique sacella in eorundem memoriam Deo et Martyrum Beginae dicata erigunt, cum eosdem ad haec usque tempora ut veros Christi Martyres venerentur et praedicent. Quod plures quoque historiae scriptores, etiam acatholici, iique haud modica auctoritate praediti, senserunt aperteque professi sunt. His itaque et ceteris omnibus perpensis, Nos ipsi feria III Pentecostes, scilicet secunda die iunii proxime praeterita, de eorundem Servorum Dei martyrio et causa martyrii constare sollemniter decrevimus. Hoc autem Nostrum iudicium de more paraverant primum processus Ordinarii, iam inde ab anno MDOLII ab Archiepiscopo

Rothomagensi incepti, et hoc vicesimo saeculo ineunte in Quebecensi archidioecesi aliisque locis denuo sumpti ac perfecti; quibus accessit decretum huius Causae introductionis, quod fel. rec. Decessor Noster Benedictus Pp. XV die ix mensis augusti anno MDCCCCXVI manu sua signavit. Processibus dein Apostolicis absolutis, duplici Sacrae Rituum Congregationis conventu antepraeparatorio et praeparatorio praehabito, die demum duodecimo mensis man huius anni generalis Congregatio, in Aedibus Vaticanis coram Nobis convocata, communi sententia de praedictorum Servorum Dei martyrio et causa martyrii constare affirmavit. Super signis sive miraculis propterea dispensatum est. Quapropter illud unum supererai, ut Sacrorum Rituum Cardinales et Consultores rogarentur, an, stante adprobatione martyrii martyriique causae, nec non dispensatione a signis sive miraculis, tuto procedi posse censerent ad sollemnem eorundem Servorum Dei Beatificationem; in memorato generali conventu die xn mensis maii proxime praeteriti, coram Nobis habito, tum iidem S. R. E. Cardinales, tum qui aderant Praelati et Consultores tuto procedi posse responderunt. Nos tamen in ré tanti momenti mentem Nostram aperife cunctati sumus, ut enixis precibus supernum antea auxilium posceremus. Quod quidem cum fecissemus, die secunda huius mensis, religiosissime litato Eucharistico Sacrificio, adstantibus venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, et causae Relatore, et dilectis filiis Alexandro Verde, eiusdem Sacrorum Rituum Congregationis a secretis, et Angelo Mariani, Fidei promotore generali, sollemniter ediximus tuto procedi posse ad sollemnem Venerabilium Servorum Dei Ioannis de Brébeuf, Isaaci Jogues, Gabrielis Lalemant, Antonii Daniel, Caroli Garnier, Natalis Chabanel, Renati Goupil et Ioannis de La Lande Beatificationem. Quapropter, precibus permoti plurimorum, Canadensis praesertim ditionis ac Neo-Eboracensis ecclesiasticae provinciae, Episcoporum, nec non Societatis Iesu universae, auctoritate Nostra Apostolica, concedimus ut fidem primores Americae Septentrionalis martyres, Venerabiles Dei Famuli Ioannes de Brébeuf, Isaacus Jogues, Gabriel Lalemant, Antonius Daniel, Carolus Garnier, Natalis Chabanel, sacerdotes, Renatus Goupil et Ioannes de La Lande, coadiutores, omnes e Societate Iesu, Beati in posterum nuncupentur, eorumque relliquiae, si quae exstent, publicae fidelium venerationi proponantur, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae; itemque permittimus ut eorumdem Dei Servorum imagines radiis decorantur. Praeterea, eadem auctoritate Nostra, concedimus ut de eorumdem quotannis Officium recitetur de Communi plurimorum Marty-'um cum Lectionibus propriis per Nos adprobatis, et Missa pariter de

eodem Communi celebretur, servatis rubricis, in dioecesibus tamen dumtaxat totius ditionis Canadensis ac provinciae ecclesiasticae Neo-Eboracensis, nec non in omnibus templis ac piis domibus, ubique terrarum -sitis, quae ad Societatem Iesu pertineant, ab omnibus fidelibus, tam saecularibus quam regularibus, qui Horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, ab omnibus sacerdotibus ad templa confluentibus in quibus eorumdem Beatorum festum celebretur. Denique largimur ut sollemnia Beatificationis eorundem Venerabilium Dei Famulorum, servatis servandis, in dioecesibus supra dictis, die ab Ordinario designando, celebrentur, nec non in ecclesiis sive publicis sacellis praelaudatae Societatis Iesu, intra annum ab iisdem sollemnibus in Sacrosancta Patriarchali Basifica Vaticana rite peractis. - Non obstantibus constitutionibus atque ordinationibus Apostolicis, nec non decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuslibet. Volumus autem ut praesentium Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Bituum Congregationis subscripta sint, et sigillo Cardinalis Praefecti obsignata, eadem prorsus fides in disceptationibus, iudicialibus quoque, habeatur, quae voluntatis Nostrae significationi, hisce Litteris ostensis, haberetur.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxi mensis iunii, anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. Card. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLA

AD EMUM P. D. RAPHAELEM, TITULO SANCTAE PRAXEDIS, S. R. E. PRESB. CARD. MERRY DEL VAL, SECRETARIUM SUPREMAE SACRAE CONGREGATIONIS SANCTI OFFICII, PATRIARCHALIS VATICANAE BASILICAE ARCHIPRESBYTERUM, VICESIMUM QUINTUM ANNUM AB INITO EPISCOPATU EXPLETURUM.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Quod quintum ac vicesimum ab inito episcopatu annum propediem expleturus es, id, cum te iubeat memori gratoque animo insigne Dei beneficium recolere, qui sacerdotii plenitudinem tibi et iuveni impertitam voluit et in flore aetatis ac robore valetudinis fruendam tamdiu permisit, tum Nobis suadet, pro ea qua te prosequimur voluntate, ut eventi huius laetitiam, gratulando ominandoque, participemus. Est enim Nobis exploratum, quam fidelem ipsemet immortalis memoriaedecessori Nostro Leoni XIII famulatum

praestaveris, sive tibi obtigit ut eidem cubicularius intimus adesses, sive plus una extra ordinem legatione, eius nomine atque auctoritate, perfunctus es, sive in alumnis Nobilis Ecclesiasticae Academiae moderandis effingendisque aliquamdiu elaborasti. Quibus quidem officiis obeundis talem industriam ac sedulitatem attulisti eumque rerum usum, ut Pius X, vixdum ad Petri Cathedram evectus est, tibi, inter Purpuratos Patres adscito, publica Ecclesiae negotia tractanda commiserit. Cuius quidem Pontificis laudes - praeterquam quod eius fama sanctitatis apud populum in dies percrebrescit - historia, veritatis magistra ac testis, suo tempore subtilius dispiciet, flagrantissimumque illud studium praesertim extollet ac praedicabat, quo is fidei integritatem, vero ingenio animoque adversariorum Ecclesiae nudato, strenue tutatus est, et beneficia omne genus christianae contulit societati; hac tamen in multiplici actione laboriosam te operam eidem Pontifici navasse, non est dubitandum quin divinus Ecclesiae Conditor in tua quidem laude ponat. Summopere autem Nobismet ipsis diligentia illa probatur, qua, cum negotia curas Supremae Congregationis de fidei morumque incolumitate pro instituto suo sollicitae, tum Basilicae Vaticanae decus dignitatemque Archipresbyter sustines. In hoc igitur praeteritum quinquies quinquennale temporis spatium fidenter respicito; gratiam autem, quam per manuum impositionem, quo die Episcopus consecratus es, accepisti, tibi cupimus, benignitate Deus sua sic augeat ac multiplicet, ut sanctitatem episcopalis Ordinis, ad quem ante annos quinque ac viginti ascendisti, cotidie plenius in te referas et cotidie alas uberius., Pruare interea tam praeclara ista, quae tibi feliciter incidit, gaudii laetitiaeque opportunitate, cum paterno Nostrae gratulationis officio coniuncta. Quaecumque autem sol acia faustus eiusmodi natalis et tibi et viris tui studiosis afferet, eadem compleat cumuletque apostolica benedictio, quam, caelestium conciliatricem donorum et peculiaris caritatis erga te Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxin mensis aprilis anni MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

13 maii 1925. •— Titulari episcopali Ecclesiae Comanensi praefecit R. P. Ioannem Campling, Piae Societatis Sancti Ioseph de Mill-Hill, quem deputavit Vicarium Apostolicum Nili Superioris.

— Titulari episcopali Ecclesiae Phesseitanae, R. P. David O' Leary, ex Instituto Oblatorum B. M. V. Immaculatae, quem deputavit Vicarium Apostolicum Transvallensem.

15 maii —Cathedrali Ecclesiae Blesensi, B. D. Georgium Audollent, Vicarium Generalem archidioecesis Parisiensis.

— Cathedrali Ecclesiae Aniciensi, B. D. Norbertum Bousseau, Vicarium Generalem dioecesis Cenomanensis.

— Cathedrali Ecclesiae Ruthenensi, R. D. Carolum Ohalliol, Archipresbyterum metropolitanae ecclesiae Tolosanae.

25 maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Larandensi, R. D. Vladislaum Szczesniak, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Alexandri S. B. E. Card. Kakowski, Archiepiscopi Varsaviensis.

28 maii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Phasitanae, R. D. Constantinum Aiuti, quem deputavit Delegatum Apostolicum Indosinenseim

29 maii. — Cathedrali Ecclesiae Portlandensi, R. P. D. Ioannem Gregorium Murray, hactenus Episcopum titularem. Elaviadensem.

1 iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Philippòpolitanae, R. P. D. Ignatium Dubowski, hactenus Episcopum Luceoriensem et Zytomiriensem:

20 iunii. — -Cathedrali Ecclesiae de Cáceres, in Insulis Philippinis B. D. Franciscum Reyes, eiusdem dioecesis Administratorem.

23 iunii. — Cathedrali Ecclesiae Poncensi nuper erectae in insula Porturicensi, R. D. Edwinum V. Byrne, Vicarium Generalem dioecesis Jarensis.

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

APPROBATIONES

SSmus Dnus Noster Pius Divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis de Religiosis:

1 martii 1925. — Congregationem religiosam Sororum, vulgo *Sœurs Missionnaires de Vlmmaculée Conception de Montréal,* cuius domus princeps sita est in ipsa civitate Marianopolitana, *lauddvit eiusque Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium approbavit;*

— Instituti Sororum a Sancto Ioseph, Torontinensium, cuius domus princeps in ipsa civitate Torontinensi sita est, *Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium, approbavit, et super Instituti approbatione Breve Apostolicum expediri mandavit;*

— Instituti Sororum Ancillarum Sacratissimi Cordis Iesu et pauperum nuncupati, cuius domus princeps sita est Angelopoli, *Constitutiones definitive approbavit;*

5 aprilis 1925. — Congregationis Sororum a Divina Providentia nuncupatarum, cuius domus princeps sita est Leopoli, *Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium, approbavit;*

— Institutum Sororum Tertii Ordinis S. Francisci, a Sancta Familia Iesu, Mariae et Ioseph nuncupatum, cuius domus princeps sita est in civitate Dubuquensi, in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, *approbavit, itemque definitive eius Constitutiones;*

— Institutum Sororum vulgo *Suore Salesiane dei Sacri Cuori di Lecce,* cuius domus princeps sita est in dioecesi Lyciensi, *approbavit, itemque definitive eius Constitutiones;*

26 maii 1925.—Institutum Sororum Tertii Ordinis S. Dominici, a Sanctissimo Nomine Iesu nuncupatum, cuius domus princeps sita est in loco vulgo *San Rafael,* in archidioecesi S. Francisci in California, *laudavÚ, eiusque Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium, approbavit.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

NOMINIS IMMUTATIO

Decreto diei 13 maii 1925, approbante Ssmo Domino Nostro Pio PP. XI, vicariatui apostolico olim de Unyanyembé in Africa centrali factum est in posterum nomen vicariatus apostolici Taborensis.

II

NOMINATIONES

Brevibus Apostolicis nominati sunt:

12 maii 1925. — *Coadiutor cum iure futurae successionis Vicarii Apostolici de Hanoi in Tunquino,* R. P, Franciscus Chaize, e Societate Parisiensi pro Missionibus Exteris.

— *Vicarius Apostolicus de Kanchow in Binis,* B. D. Paulus Dumond, Episcopus titulo Curubitanus.

13 maii 1925. — *Vicarius Apostolicus Niti Superioris in Africa centrali,* B. D. Ioannes Campling, e Societate Sancti Ioseph de Mill-Hill.

— *Vicarius Apostolicus Transvallensis in Africa meridionali,* R. P. David O' Leary, ex Instituto Oblatorum B. M. V. Immaculatae.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

NIVERNEN. SEU TARBIEN. ET LOURDEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI SORORIS MARIAE BERN ARD AE SOTJBIROUS, E CONGREGATIONE SORORUM CARITATIS ET INSTITUTIONIS CHRISTIANAE « DE NEVERS ».

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem praefatae venerabilis Servae Dei Beatificationem?

Prosperis inita auspiciis, brevi annorum cursu, suum optatum exitum adepta est lectissima haec venerabilis Servae Dei sororis Mariae Bernar-

dae Soubirous, vulgo *Bernadette* pernotae nomine, Beatificationis causa. Duodecim enim ante annos introducta ipsa quum fuerit, quem adgressa est, eumdem alacriter expediteque prosequuta fuit actorum cursum adeo, ut, abhinc triennium, aditus patuerit praecipuae, quae de virtutibus est, quaestioni.

Revera, naviter studioseque integra pervagata venerabilis Ancillae Dei vita, quae per quinque vix supra triginta sese produxit annos, iuge et constans eiusdem emersit studium, quo ad perfecte agendum movebatur assidue; nec non praeclara innotuit victoria, quam, Dei gratia adiuta, de semetipsa illa retulit, sive cum, ob tantam, in quam devenerat, nominis celebritatem, a vanagloria se custodire ac immunem servare valde sollicita cura advigilavit; sive cum, quam nascendo contraxerat, propriam montanam indolem compescere et emollire infracto erectoque animo adnisa fuit. Mox autem religiosam amplexa et professa est vitam, in eaque tot de die in diem fecit progressiones, ut adquisivisse sibi dicenda sit meritum et laudem heroicae virtutis. Quod si non statim id illa fuerat assequuta ita nempe, ut in ea, quam arripuerat, perfectionis semita, nonnullae quandoque apparuerint imperfectiones seu defectus, non ideo tamen aliquid detrimenti necessaria passa est demonstratio, quemadmodum perapte in rem cadit satis nota et pervulgata sancti Gregorii Magni sententia haec: « Cum mentem a vitae corruptibilis amore divertimus, ' *quasi quibusdam cordis passibus,* ad interiora properamus. Nemo autem, infima deserens, *repente* fit summus; quia ad obtinendum perfectionis meritum, dum mens quotidie in altum ducitur, ad hoc procul dubio, veluti ascensionibus quibusdam, *gradibus* pervenitur» *(Moral.,* lib. XXII, cap. 19, n. 45).

Heroicis vero ostensis declaratisque virtutibus, prouti ex apostolico constitit, quod eisdem desuper latum est editumque Decretum, ulla sine interiecta mora, altera, quae de miraculis agit, successit quaestio. E variis sane portentis, quae venerabilis Famulae Dei sororis Mariae Bernardae Soubirous suppetiis circumferebantur accepta, binae selectae sunt a morbis sanationes. Hae porro sanationes duae, post severam adhibitam ratiocinationem, utrique facto, iuridice probato, et scientiae placitis innixam et suffultam, eiusmodi inventae sunt, quae prodigii nomen promereantur, naturam, dignitatem atque honorem, sicut apostolicum alterum pariter docet nuperrime latum promulgatumque Decretum. Utroque igitur exstante evulgatoque, uno heroicis super virtutibus, duobus altero super miraculis Apostolicae Sedis Decreto, id omne, quod pro formali seu solemni obtinenda Beatificatione e praescripto iuris ipsiusque rei natura deposcitur, praesto iam esse, haec, quae iudicialis ordinis postrema est actio, ostendit planeque significat.

Cuius eventus faustitate iure meritoque in primis dioeceses laetantur *Nivernensis,* in qua soror Maria Bernarda postremam aetatis suae exegit partem sacraeque ipsius custodiuntur exuviae, et *Tarbiensis* et *Lourdensis,,* ubi illius exstat natale solum, et infantiam, pueritiam primamque ad vigesimum secundum annum adolescentiam traduxit. Hisce tamen angustis limitibus se cobiberi Causa non patitur, sed, eosdem praetergrediens, ad , universum se porrigit catholicum orbem; cuncti enim christifideles, ubicumque Beatae Mariae Virginis Immaculatae *de Lourdes* cultus atque devotio vigent et florescunt, non modico perfusi erunt gaudio, cum ad eos gratum acceptumque perlatum erit nuncium hodierni apostolici Decreti, quo Causae optatissimae vehementer exspectatum imponitur fastigium.

In generalibus propterea sacri huius Ordinis comitiis, quae, die decima secunda superioris mensis maii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI celebrata sunt, proposito per Beverendissimum Cardinalem Antonium Vico, causae Belatorem, Dubio: *An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem venerabilis Servae Dei sororis Mariae Bernardae Soubirous Beatificationem?* qui convenerant Beverendissimi Cardinales et Patres Consultores affirmativum dederunt suffragium. Beatissimus vero Pater impensius exoraturus divinae Sapientiae praesidium, mentem Suam aperire distulit, quam tamen quum patefacere postmodum statuisset, hodiernam designavit diem, quae tertia est post solemnia ob adventum Spiritus Sancti; ideoque pacis Hostia ferventer oblata, ad Vaticanas Aedes acc*iri mandavit Beverendissimum Cardinalem, Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Bufinae, sacrorum rituum Congregationi Praefectum, causaeque Belatorem, una cum B. P. Angelo Mariani, Eidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eique adstantibus, solemniter edixit: *Tuto procedi posse ad solemnem venerabilis Servae Dei sororis Mariae Bernardae Soubirous Beatificationem.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi, in acta sacrae rituum Congregationis inseri Litterasque Apostolicas in forma Brevis de Beatificationis solemnibus, ubi primum licuerit, in Basilica Vaticana, celebrandis, expediri iussit quarto nonas iunias anno MDCCCCXXV*

£8 A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Bufinae,
S. B. G. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

QUEBECEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIUM SERVORUM DEI IOANNIS DE BRÉBEUF, GABRIELIS LALEMANT, ANTONII DANLEL, CAROLI GARNIER, NATALIS CHABANEL, ISAACI JOGUES, SACERDOTUM; RENATI GOUPIL ET IOANNIS DE LA LANDE, COADIUTORUM, E SOCIETATE IESU, IN ODIUM FIDEI INTERFECTORUM.

SUPER DUBIO

An constet de martyrio et causa martyrii, signis seu miraculis, in casu et ad effectum, de quo agitur?

Canadensis regionis historiam paullo altius repetenti compertum sane fit atque exploratum, si nobilis Canadensium natio ad eum vitae christianae sensum, actionem ac dignitatem evehi meruerit ad eumque exinde partum sese extollere excuitae humanitatis gradum, sicut merito suspicere fas est atque admirari, id omne acceptum esse referendum primis illis Evangelii praeconibus, qui terram illam, quam, tribus ante saeculis, immanis occupabat barbaries, sudore, durissimis adsiduisque sacri ministerii exantlatis laboribus, suoque demum profuso sanguine irrigarunt, coluerunt et feracem effecerunt. Hi apostolici viri, ad quos huc usque sermo respexit, ad inclytam et benemerentissimam pertinent Societatem Iesu, quae foecunda Sanctorum est parens atque altrix; iique octo percensentur numero, quorum Sacerdotes sex, nimirum: Ioannes de Brébeuf, Gabriel Lalemant, Antonius ÍDaniel, Carolus Garnier, Natalis Chabanel et Isaac Jogues; bini vero Fratres Coadiutores, nempe: Benatus Goupil et Ioannes de la Lande.

Horum igitur singulorum venerabilium Dei Servorum Beatificationis seu Declarationis martyrii causa, quum ab Apostolica Sede digna habita fuisset, quae sacrae huic Congregationi cognoscenda permitteretur, minoribus, ut vocant, superatis iudiciis, eo, brevi annorum cursu, fuit progressa, ut praecipua, quae de martyrio est deque causa martyrii, institueretur quaestio.

Equidem, quae iudicialibus consignata sunt tabulis, qui scrutatus rimatusque fuit, hic non difficili perspexit negotio sibique suasum habuit, bipartitam, tum scilicet ex parte tyranni, seu persecutoris, tum ex parte victimarum, prout eam scilicet ipsa postulat res, cunctisque a iure requisitis praeditam conditionibus, suppetere praestoque esse probationem.

Sive enim iuridicum ille aggressus est in primis expendere fundamentum, quo regitur et sustentatur Causa, eiusmodi illud repperit, quod, ad normam iuris, deprehensum est soletque deprehendi similibus in Causis, quibus datum fuit optatam contingere metam. Sive ad intimum se postea convertit Causae ipsius meritum, utique gavisus est valde sibi ante oculos sistere videns atque micare splendidum catholicae nostrae Religionis triumphum. Cuncta namque, quibus christiani martyrii agnoscitur et demonstratur veritas, nedum in conspectum sese prodiderunt elementa, verum et, ex parte praesertim singulorum venerabilium Dei Famulorum, constitit adiuncta omnia, quae ipsorum antecesserunt et comitata sunt passionem, tantum in se habere et circum effundere luminis, ut patuerit divinam Gratiam ipsos praevenisse venerabiles Dei Servos, in eisque, • foecundum tamquam semen, inseruisse quoddam veluti instinctum subeundi pro Christo martyrii.

Quocirca, ut ipsius erat, locum istum, magis quo per eum licuit, plenam in lucem educëndum sedulo industrieque curavit Patronus; idque eo quidem consilio idem praestitit et effecit Patronus, ut peculiarem illam, quae circa necessariam de finali perseverantia probationem, quoad nonnullos e venerabilibus Dei Famulis, mota fuerat, facilius et efficacius repellerei difficultatem, gravissima potissimum in medium allata Benedicti XIV sententia, iuxta quam ***ab antecedentibus, quantum fas est, argumentum ad consequentes et ultimos actus satis aptum deduci potest (De Serv. Dei Beatificai, et Beat. Canonizat.,*** **lib. III, cap, 18, n. 16).**

Quae itaque exordium sui superiore sumpserat anno, ad exitum perducta est iudicialis actio; post binas quippe praehabitas antepraeparatoriam et praeparatoriam Congregationes, generalis successit Congregatio, quae, die decima secunda proxime praeteriti mensis maii, coram Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI coacta fuit. In qua a Beverendissimo Cardinali Antonio Vico, causae Belatore, sequens ad discutiendum propositum fuit Dubium: ***An constet de martyrio et causa martyrii, signis seu miraculis, in casu et ad effectum, de quo agitur?*** **Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores suas ex ordine exposuerunt sententias, quas laeto studiosoque animo Sanctissimus Dominus noster est prosequutus, sed supremum Suum iudicium Sibi de more prorogandum duxit, enixius interea postulaturus a Domino, ut Sibi in gravissimo decernendo negotio propitius adesset. Hodierna vero die, quae tertia est post solemnissimum Pentecostes diem, Sacris piissime operatus, ad Vaticanas Aedes arcessiri mandavit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, meque insimul infrascripto,**

eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Ita constare de martyrio et de causa martyrii venerabilium Servorum Dei Ioannis de Brébeuf, Gabrielis Lalemant, Antonii Daniel, Caroli Garnier, Natalis Chabanel, Isaaci Jogues, Sacerdotum, Benati Goupil et Ioannis de la Lande, Coadiutorum, e Societate Iesu, ut procedi possit ad ulteriora in casu et ad effectum, de quo agitur.* •

Hoc Decretum evulgari et in acta sacrae rituum Congregationis referri iussit quarto nonas iunias anno MDCCCCXXV.

• . gg A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. £8 S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

III

QUEBECEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIUM SERVORUM DEI IOANNIS DE BRÉBEUF, GABRIELIS LALEMANT, ANTONII DANIEL, CAROLI GARNIER, NATALIS CHABANEL, ISAACI JOGUES, SACERDOTUM, RENATI GOUPIL ET IOANNIS DE LA LANDE, COADIUTORUM, E SOCIETATE IESU, IN ODIUM FIDEI INTERFECTORUM.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione martyrii.et causae martyrii, nec non dispensatione a signis seu miraculis, ad tramitem canonis 2116, § 2, Cod. iur. can., tuto procedi possit ad solemnem praefatorum' venerabilium Servorum Dei Beatificationem?

Venerabilium Servorum Dei Ioannis de Brébeuf et Sociorum, de quorum martyrio deque causa martyrii agnita nuper et sancita fuit, solemni Ecclesiae iudicio, veritas, nedum penes religiosam per totum paene terrarum orbem diffusam inclytae Societatis Iesu familiam, cuius materno e sinu profecti, sanctique legiferi Patris Ignatii spiritu imbuti, domesticisque tantoque lumine coruscantibus Missionalium sodalium suorum, ipso praeeunte sancto Francisco Xaverio, exemplis nutriti et roborati, supremum heroicae caritatis, ob gloriosum ipsorum martyrium, conscendere illi valuerunt fastigium, verum et apud universum Canadensem populum celebre nomen est, eorumque memoria, quin vel minime languesceret adeo diuturni variique temporis edacitate, recens usque ac vivida manens, viget immo et flprescit in dies.

Et merito quidem. Adeuntibus namque extremam illam Americae septentrionalis partem, quam Canadam appellant, si de catholicae rei

prosperitate laetari tantopere licet, sponte ad eosdem mens pervolat venerabiles Dei Famulos, quorum descripta nomina apostolicum hoc in fronte gerit Decretum, eosque magnus exquisitasque complectitur statim et prosequitur grati animi sensus. Nil propterea mirum, si adeo insignis summoque pretio aestimandi recepti beneficii memores iugiter constanterque sese perhibuerunt et probarunt Canadenses cives; quaeque de venerabilium Servorum Dei vita nitide acta, de generosis virtutibus, de inexplebili apostolici zeli ardore^ deque praeclaro, quo perfuncti fuerunt, martyrio a maioribus suis, qui gestarum rerum oculati exstiterant fortunatique testes, acceperunt, eadem sancte religio seque custodienda, posterisque fideliter et incorrupte transmittenda curarunt.

Exinde percommode accidit, ut qui novae illius Gallicae coloniae, ex qua perillustris ortus est Canadensis populus, texendam susceperunt historiam, uti consentaneum prorsus erat, atque veritatis iustitiaeque flagitabant iura,, silentio praeterire nequiverint magnitudinem benef actorum, quae ex eisdem venerabilibus Dei Famulis inde ab initio promanárunt et promanare pergunt in totam illam regionem. Quodque insuper non parvi est faciendum, idipsum sentierunt aperteque professi sunt non catholici etiam scriptores, iique neque modica auctoritate praediti, perspectae veritatis lumine et ipsi perculsi eique honeste debitum perhibentes obsequium. Quumque perinsignis Caesar Cantu in sua Universali Historia de Canadensium ageret gente, facere id ille non potuit, quin hunc eumdem tangeret, uti reapse tetigit, locum, cum scripsit: « Fra questi Irocchesi e-
« Uroni, che sopra le fiere non avevano altro vantaggio che una più feconda
« invenzione di crudeltà, si avventurarono i Missionarii: il padre Jogues,
« che prima arrivò, *cadeva Martire,* i successivi fi seppero indolcire ... Erano
«riveriti questi *uomini dell'orazione:* li credevano in corrispondenza con
« l'Ente Supremo o destri negli incantesimi; e sopratutto la rigidezza del
« loro celibato li faceva supporre superiori ai mortali » (Lib. XIV, cap. XI, tom. IV, pag. 548).

Adiuncta haec, de quibus sermo hucusque fuit, quaeque mirum in modum Causam illustrant et commendant, eique peculiarem imprimunt notam, satis superque ostendunt, quantum Causa ipsa tempori opportuna incidat atque fructuosa. In generalibus idcirco sacri huius Ordinis comitiis, quae, die decima secunda proxime praeteriti mensis maii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI celebrata sunt, de duobus insimul, quemadmodum, peculiaribus incidentibus adiunctis, indultum quandoque fuit, actum est Dubiis: *An constet de martyrio et de causa martyrii, nec non de signis seu miraculis, in casu et ad effectum, de quo agitur?* et; *An, supposita approbatione martyrii et causae martyrii, nec non dispensatione a signis*

seu miraculis, tuto procedi possit ad solemnem Beatificationem? Quumque hoc alterum pariter Dubium per Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, causae Relatorem, fuisset propositum, qui interfuerunt, cum Reverendissimi Cardinales, tum Patres Consultores uno veluti ore *tuto procedi posse* responderunt. Quamvis vero de unanimi bac suffragatione Sanctissimus Dominus noster valde fuisset gratulatus, noluit tamen tantae utilitatis tantaeque expetitae laetitiae Causam supremo Suo decretorio absolvere iudicio, sed, ceu de more, hoc Sibi prorogandum duxit, maioris caelestis luminis gratiam interim imploraturus. Hodierna vero die, feria tertia post Pentecosten, sacris Mysteriis devotissime celebratis, ad Vaticanas Aedes acciri praecepit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum causaeque Relatorem,"una cum R. P. Angelo Mariani, r^idei Promotore gene*mli,* meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter edixit: *Tuto procedi posse ad solemnem venerabilium Servorum Bei Ioannis de Brébeuf et Sociorum Beatificationem.*

Hoc autem Decretum evulgari, in acta sacrae rituum Congregationis referri Litterasque Apostolicas in forma Brevis de Beatificationis solemnibus, ubi primum licuerit, in Basilica Vaticana celebrandis, expediri iussit, quarto nonas iunias anno MDCCCCXXV^

£8 A. CARD. VICO, Ep. Portuen, et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. *rB* S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

IV

COREANA

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIUM SERVORUM DEI LAURENTII IMBERT, EPISCOPI CAPSENSIS, ET SOCIORUM, IN ODIUM FIDEI AB IDOLOLATRIS INTEREMPTORUM.

SUPER DUBIO x

An, stante approbatione martyrii et causae martyrii, nec non dispensatione a signis seu miraculis, ad tramitem canonis 2116 § 2, Codicis iuris canonici, tuto procedi possit ad solemnem praefatorum venerabilium Bei Servorum Beatificationem?

Post editum non ita pridem riteque promulgatum Decretum, quo praeclara in ista Beatificationis seu Declarationis martyrii causa sancitum fuit

atque declaratum - *ita constare de martyrio et de causa martyrii novem et septuaginta venerabilium Dei Servorum, ut procedi possit ad ulteriora in casu et ad effectum, de quo agitur* - gaudet quidem animus gestitque sancto perfusus gaudio singulos cominus inspicere atque admirari venerabiles Dei Famulos, quibus tam gloriosus coalescit pugilum manipulus, prout iidem, allato uniuscuiusque descripto que nomine, superiori in Decreto ex ordine recensentur.

Omnium princeps, episcopali auctus dignitate, atque Vicarii Apostolici munere insignitus, Laurentius Imbert se sistit, binis adstantibus eius administris, sacerdotibus Petro Maurant et Iacobo Chastan, qui, sicut illius in apostolicis perferendis laboribus, ut eas in dissitas ac ferme inhóspitas Coreanae regionis plagas Evangelii et humanitatis effunderent lumen, nec non eadem in passione individui fidelesque exstiterant socii, ita meruerunt pariter eiusdem fieri praemii consortes; una quippe simul adepti sunt martyrii palmam, die vigesima prima mensis septembris anni millesimi octingentesimi trigesimi noni. Quae vero eos inter quaedam veluti exoriri visa est contentio, haec generosae, qua singuli praestabant, testis fuit virtutis. Nam, exoptante venerabili Antistite sibi ante unum et alterum sacerdotem boni pastoris obeundas esse partes, animam suam ponendo pro ovibus suis, eumdemque sibi nuncupantibus humilibusque precibus deposcentibus honorem binis praefatis sacerdotibus, aeque tres praenobilis desiderii sui compotes facere dignatus est Deus; quandoquidem eadem in vincula coniecti, eisdem immanibus affecti cruciatibus, coram eodem traducti sunt civili magistratu. A quo interrogati quum essent, quanam de causa in Coream venerint, strenue reposuerunt, se a Romano Pontifice fuisse missos ad-salvandas animas et ad christianam religionem propagandam; atque obsistente magistratu, id patriis vetitum esse legibus, Apostolorum pectore ac lingua dignum quum illi dedissent responsum, *obedire oportet Deo magis quam hominibus,* unum idemque extremum perpessi sunt suppHcium, spectaculum facti Deo, angelis et hominibus, atque confertissima adstante hominum multitudine, ad spectandum admissa. Horum trium fortissimorum virorum eo vel magis in conspectum se prodit magnitudo meritorum splendidiusque coruscat martyrium, quo eos iucunde cernere est circumdatos aliorum septuaginta sex purpuratorum martyrum corona, quos illi ineffabilibus laboribus, indefesso studio, summa cura suoque praeeuntes virtutum exemplo Evangelio genuerant, Christo pepererant sicque catholica in fide firmaverant, ut tam glorioso exitu sese probaverint dignos. Primus ordine dignitatis venit sacerdos indigena Andreas Kim, eique accedunt, decem numero, tradendae catechesi addicti; qui vero subsequuntur viri sunt ac mulieres, eaeque nuptae, virgines et viduae;

neque unius aut alterius conditionis, sed docti et indocti, nobiles et plebei, divites et pauperes; neque omnes confirmatae aetatis homines, sed senes, adulti, iuvenes, adolescentes, eosque inter non desunt qui quindecim et vix tredecim nati erant annos. Quod autem totius est negotii caput, omnium ad unum tanta in profitenda fide exstitit constantia, ut carnificis ira ac feritas eam haud expugnare potuerit. Non equidem diuturni horridique carceres, non dirissimi cruciatus, non sitis ac inedia, quibus ipsi premebantur, non aliorum horrenda supplicia, non iudicum impiorum terror ac blanditiae, non iuvenilis senilisque aetas, non maternus amor, non filialis pietas, non dulce coniugium martyrum robur ac firmitatem superare valuerunt. Vicit profecto ardentissima ipsorum caritas in Deum; ideoque mirifice confirmasse dicendi sunt celebratam sancti Leonis Magni sententiam; de Martyribus quippe loquens ille, scite vereque scribit: *ipsi Domino Nostro Iesu Christo pro omnibus hominibus mortuo tam propinqui sunt imitatione caritatis quam similitudine passionis (Sermo 85, in Natal. S. Laurentii Mart.).*

Hisce de praenobili Causa delibatis, monitore indiget nemo, ut statim suadeat sibi, quantum Causae ipsius pondus sit atque momentum. Merito proinde Parisiensis Societas Missionum ad exteras gentes, de catholica religione atque adeo de humanitatis cultu optime merita, in bonam spem erigitur laetiores in dies et uberiores colligendi succrescentis segetis manipulos; quodque longe maius est atque praestantius, permagna sui suscipient incrementa sacrae Missiones omnes: idque tanti plurimi interest, quanti divinum suadet flagitatque praeceptum: *Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae* (Marc, XVI, 14).

Quapropter in generali, quae, die decima secunda nuper elapsi mensis maii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, habita est, Congregatione, proposito per Reverendissimum Cardinalem Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, causae Relatorem, Dubio: *An, stante approbatione martyrii et causae martyrii, nec non dispensatione a signis seu miraculis, ad tramitem Canonis 2116 § 2, Codicis iuris canonici, tuto procedi possit ad solemnem venerabilium Servorum Dei Laurentii Imbert et Sociorum Beati-* -*ficationem?* quotquot aderant Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores unanimi suffragio *affirmative* responderunt. Verumtamen Sanctissimus Dominus noster a supremo Suo ferendo iudicio supersedendum duxit, graviterque perpendens quanti res ponderis esset, spatium Sibi sumpsit divinae opis implorandae. Hodierna vero die feria tertia post Pentecosten, devotissime perlitato Eucharistico sacrificio, ad Vaticanas Aedes advocari iussit Reverendissimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum," et Ianuarium

Granito Pignatelli di Belmonte, causae Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, rite decrevit: *Tuto procedi posse ad solemnem venerabilium Servorum Dei Laurentii Imbert et Sociorum Beatificationem.*

Hoc Decretum publici iuris fieri, in acta sacrae rituum Congregationis referri Litterasque Apostolicas in forma Brevis de Beatificationis solemnibus, ubi primum licuerit, in Basilica Vaticana celebrandis, expediri mandavit quarto nonas iunias anno MDCCCCXXV.

£g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Braefectus.

L. £g 9 [8]

Alexander Verde, *Secretarius.*

V

GRATIAN OPOLIT AN A SEU PARISIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI PETRI IULIANI EYMARD, SACERDOTIS, FUNDATORIS CONGREGATIONIS SACERDOTUM A SANCTISSIMO SACRAMENTO AC INSTITUTI ANCILLARUM SANCTISSIMI SACRAMENTI.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem praefati venerabilis Servi Dei Beatificationem?

Qui factum sit, ut tam longe lateque patere potuerit nomen Venerabilis Servi Dei Petri Iuliani Eymard, apta magis atque idonea alia non suppetit ratio quam quae suum in eo nanciscitur fundamentum, quod scilicet idem venerabilis Dei Famulus benemerentissimam erexit fundavitque utriusque sexus Congregationem, cuius sodales sacratissimae Eucharistiae cultui provehendo et amplificando incumberent totique addicti esse deberent. Numquam enim, sicut hodie, auctus adeo mirifice fuit excrevit que in dies" illorum numerus, qui adoratores exsisterent sanctissimi Sacramenti. Huic vero suavissimae et iucundissimae propagandae devotioni, eique, magis quo fieri posset, populari reddendae valde profuerunt qui adeo frequentes tantaque circumdati supplicationis pompa et solemnitate haberi coepti sunt Eucharistici coetus, eosque inter mente animoque excidere numquam poterit, qui, tres ante annos, celebratus Bomae fuit tanto cum avitae pietatis et christianae professionis uberrimo fructu.

Ad venerabilem Dei Famulum redeundo, praepotens, qua ille in sacrosanctam Eucharistiam exarsit, caritas adeo totum eum pervasit, ut eiusdem constituerit veluti sanctitatis tesseram; reique proludere ipse visus est Deus. Nam, sicut iudiciales enarrant tabulae, vel ante quam mortalem hanc ingrederetur vitam, coniugibus Eymard eiusmodi facta fuerat praedictum: videlicet iam prope eos suscepturos fore infantem, qui nedum genti suae singularem pareret gloriam, verum et, quodque longe maius, religiosam conderet Familiam, quae Eucharistiae adorandae et cojendae mancipata foret. Hanc vero vacuam nequaquam exstitisse vaticinationem, mirum in modum comprobavit eventus.

Neque silentio est praetereunda consuetudo illa, qua coniunctus venerabilis Petrus Iulianus fuit cum parocho vici *Ars* Ioanne Baptista? Vianney, biduum vix ante, solemnissimo nempe Pentecostes die, a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI» divinae auctoritatis oraculo in Sanctorum canonem relate In difficultatibus proinde, quibus in nova facienda fundatione venerabilis Petrus lulianus premebatur, virum sanctitate celebrem adire cum eoque miscere sermones in deliciis habebat, eiusque monitis et notationibus fideliter obsequenterque obtemperare religioni sibi ducebat. TJndecum Venerabilis Petrus Iulianus in eo esset, ut diu cogitatum consilium in rem deduceret, certiorem statim faciendum curavit amicum suum fidelem, qui, nuncio accepto, gavisus est valde, novumque mox erigendum opus, utpote Sanctissimo Sacramento eiusque cultui destinatum temporique magnopere opportunum', amplissimis iterum atque iterum cumulavit laudibus, atque, futura prospiciens, operis ipsius miram diffusionem et conspicua ex eo in universum christianum populum obventura bona praevidit ominatusque fuit.

Quae sane omnia Causam, iam suo penore instructam, prout conditae postulant iubentque leges, quantum commendent, illustrent atque exornent, non est qui non videat. Quamobrem in universo sacri huius Ordinis Coetu, qui die decima secunda superioris mensis maii, coram Sanctissimo Domino nostro est habitus, proposito per Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, causae Relatorem, Dubio: *An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem venerabilis Servi Dei Petri Iuliani Eymard Beatificationem?* qui convenerant Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores, latis suffragiis, *tuto procedi posse* responderunt. Verumtamen Sanctissimus Dominus noster ad Spiritus Sancti lumen implorandum cunctis qui aderant indixit preces. Quumque mentem suam manifestam postea facere decrevisset, hodiernam statuit diem, quum, biduum ante, solemnissimum celebratum sit Pentecostes festum; eapropter, post oblatum divinae Maiestati' Eucharisticum sacriti-

cium, ad Vaticanas Aedes advocari voluit Eeverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum causaeque Relatorem, una cum R, P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter decrevit: *Tuto procedi posse ad solemnem venerabilis Servi Dei Petri Iuliani Eymard Beatificationem.*

Hoc Decretum publici iuris fieri, in acta sacrae rituum Congregationis inseri Litterasque Apostolicas in forma Brevis de Beatificationis solemnibus, ubi primum licuerit, in Basilica Vaticana celebrandis, expediri praecepit, quarto nonas iunias anno MDCCCCXXV.

£8 A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. © S. '

Alexander Verde, *Secretarius.*

VI

AQUEE

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARIAE DOMINICAE MAZZARELLO, PRIMAE SUPERIORISSAE INSTITUTI FILIARUM MARIAE AUXILIATRICIS.

In oppido *M órnese,* Aquensis dioecesis, die 9 maii anni 1837, in lucem prodiit Maria Dominica Mazzarello, in ecclesia paroeciali baptizata. Prima ex septem filiis Iosephi et Magdalenae Calcagno, qui maximam adhibuerunt curam in christiana educatione prolis, puella, ingenio vivaci sed docili et ad virtutem inclinato, peculiare orationis studium praemonstrabat. Undecim circiter annos agens, bene parata prima vice ad sanctam Synaxim admissa fuit et aliquot post menses sacro chrismate confirmata. Diebus festis, praesertim Beatae Mariae Virginis, Sacramenta recipiebat singulari devotione; deinde, parentibus et confessario suadentibus Ssmo Eucharistiae Sacramento quotidie recreabatur. Anno aetatis decimo septimo, ob suam devotionem in caelestem Matrem, Piae Unioni Filiarum Mariae Immaculatae adscribitur. Gravi morbo correpta, vix convalescit, quia adhuc debilis ab agrestibus laboribus se abstinere cogitur et muneribus ac domesticis manufactis incumbit, prius discipula postea magistra. Sic Deus Famulam suam disponebat ad^statum vitae perfectiorem et ad multarum virginum utilitatem. Ipsa enim coadunare coepit in domum locatam, uti scholam institutionis, disciplinae et artis, puellas quas diebus ferialibus in congruis exercitationibus detinebat. Unaquaeque pro

quolibet mense unam solvebat libellam, sed propria in domo cibum et somnum capiebat. Crescente earum numero, nonnullae orphanae utriusque parentis in ipsa domo scholari convivebant. Diebus autem festis conveniebant in atrium aedis ad oblectamenta et solatia percipienda, interiecto aliquo pietatis exercitio et lectione vel narratione grata et utili saepius ex gestis sanctorum et sancti Aloisii Gonzagae. Sacris functionibus adstabant et ad Sacramenta accedebant, modestiam et devotionem praeferentes, sive in ecclesia parochiali, sive in sacello rurali S. Silvestri. In suae conscientiae inceptique operis consiliarium et moderatorem pia mulier adhibuit sacerdotem probatum et viceparochum seu coadiutorem Pestarino, qui sapienti consilio utebatur Prioris Iosephi Frassinetti, eoque vita functo, sacerdotis Ioannis Bosco, cuius Institutum deinceps amplexus est. Non est hic locus laudibus extollere Ven. Ioannem Bosco eiusque sodalitium pro religiosis et alumnis masculis sub nomine et patrocinio S. Francisci Salesii fundatum, de catholica religione et humana societate beneficentissimum et ad omnes fere regiones orbis extensum. Quod quum in statu fertili et constanti esset constitutum, viam aperuit alteri Instituto eiusdem generis pro sororibus et puellis sub invocatione et protectione dulcissimae matris, *Mariae Auxiliatricis.* Sicut S. Vincentius a Paulo ad similem fundationem usus fuerat virtute et opera B. Ludovicae de Marillac, ita Ven. Ioannes Bosco ad novam familiam Filiarum Mariae Auxiliatricis instituendam et propagandam cooperatricem habuit validissimam Mariam Mazzarello. Quindecim puellae ad religiosum statum amplectendum dispositae initium dederunt operi, quae, verba et exempla Mariae Mazzarello secutae, eam veluti matrem et magistram sibi propositam, etiam uti vicariam, postea uti superiorissam, unanimi suffragio, a competente auctoritate confirmato, sibi elegerunt. Difficultates a parentibus obiectas ob perennem a familia absentiam Maria facile superavit, firma et constans vocem Dei potius quam sanguinis audiens. Interim Ioannes Bosco alterum hoc Institutum appositis regulis manuseriptis munivit, et domum in ipso oppido *M arnese* sitam et ad pueros recipiendos destinatam et aedificatam disposuit ut virgines congregatae simul cum superiorissa habitarent. Tyrocinio autem peracto et probato iuxta regulas, undecim idoneae et paratae sanctum habitum induerant et tria vota religiosa professae sunt, dum tres solummodo habitum acceperunt, coram Venerando Antistite Sciandra, Episcopo Aquensi, sacris caeremoniis adstante Ven. Ioanne Bosco. Quod attinet ad hanc piam mulierem eiusque Institutum cui tam sapienter praefuit, innuere placet nobilissimas litteras Ssmi Domini nostri Pii Papae XI, recurrente anno quinquagesimo ab ipsius Instituti fundatione, ad Emum Dnum Philippum Rinaldi, supremum Piae Societatis Salesianae moderatorem ac praefatae Familiae Filiarum

Mariae Auxiliatricis delegatum apostolicum missas. In hisce litteris una cum praeclaris 'virtutibus benemeritae Institutricis summatim enumerantur et collaudantur praecipua religionis, misericordiae et apostolatus exerciti quae per varias Europae et Americae regiones, dioeceses ac missiones, non excepta hac ipsa Alma Urbe, a Sororibus Mariae Auxiliatricis peraguntur in scholis, collegiis, asylis infantiae, nosocomiis, orphanotrophiis, missionibus, etc., ad bonum Ecclesiae et societatis, ad animarum salutem et praecipue ad puellarum educationem, Christi caritate urgente, adiuvante et remunerante. Tandem Dei Famula, Superiorissae generalis munere usque ad obitum optime perfuncta, humilis, patiens, fortis mulier, ac suarum filiarum amabilis mater, religiosae observantiae ac bonorum operum admirabile exemplar, cuncta membra Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis in unum cor et in animam unam suo capiti iuncta, laeto iucundoque animo circumspiciens, extrema et suavi salutatione benedixit, et virgo sapiens et prudens, Dei, Ecclesiae et Mariae famula et filia fidelis et amantissima, decem post annos a votorum professione decurrentes, die sabbati 14 maii anni 1881, ad caelestem patriam placidissime migravit. Interim fama sanctitatis, quam Maria Mazzarello in vita adepta fuerat, post obitum magis clara, diffusa et perseverans, invaluit, super qua in ecclesiastica curia Aquensi Processus Ordinarius Informativus confectus est, et Romam ad Sacram Rituum Congregationem delatus. Servato iuris ordine, quum, scriptorum Servae Dei revisione peracta et probata, nihil obstet quominus ad ulteriora procedatur, instante Rmo D. Francisco Tomasetti, Societatis Salesianae et huius Causae postulatore, atque attentis litteris postulatoriis quorumdam Emorum et Rmorum SI R. E. Cardinalium, complurium Rmorum Archiepiscoporum et Episcoporum, aliorumque virorum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium, nobilium mulierum et rehgiosarum Congregationum ac piarum Societatum, Emus ac Rmus Dnus Ioannes Cagherò, Episcopus Tusculanus et eiusdem Causae Ponens ac Relator, in Ordinario sacrorum rituum Congregationis Coetu subsignata die ad vaticanas aedes coacto, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres, sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, omnibus discussis ac perpensis, rescribere censuerunt: *Affirmative seu signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 19 maii 1925.

Facta postmodum super his Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum

habuit et probavit; simulque pròpria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Famulae Dei Mariae Dominicae Mazzarello, primae superiorissae Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis. Die 27, eisdem mense et anno.

£g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

VII

DECRETUM

NOVAM RITUALIS ROMANI EDITIONEM APPROBANS

Hanc Ritualis Romani Vaticanam editionem, diligenter revisam, emendatam et auctam ad normam Codicis iuris canonici, Rubricarum Missalis Romani atque Decretorum Apostolicae Sedis, Sanctissimus Dominus noster Pius Papa XI, referente infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, ratam habuit et approbavit, atque uti *typicam* habendam esse decrevit, cui futurae editiones eiasdem Ritualis Romani conformandae erunt. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 10 iunii 1925.

£g A. CARD. VICO, Episc. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. % S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

DUBIA CIRCA IMPEDITUS AB URBE ADEUNDA AD IUBILAEUM LUCRANDUM

S. Poenitentiariae Apostolicae proposita sunt dubia, quae sequuntur:

I. Cum Constitutio *Apostolico muneri,* d. 30 iulii anni .1924, sub n. VIII, ab itinere romano instituendo atque a basilicis Visitandis pro indulgentia Iubilaei anni .1925 eximat etiam operarios, qui cotidiano sibi victum labore comparantes nequeunt se ab eo per tot dies atque horas abstinere; quaeritur, utrum nomine *operarii* ii soli intelligi debeant qui labori manuali incumbunt; an etiam illi, qui, arti non servili addicti, modicam ex eorum labore referunt retributionem, ita ut mediis destituantur Urbem peregre petendi.

II. An indulgentia iubilaris hoc anno extra Romam ab iis etiam acquiri possit, qui, etsi mediis non careant Urbem petendi, domi tamen alia ratione detinentur, uti, v. gr., uxor a marito abire prohibita.

III. In eadem Constitutione omnibus stabili impedimento detentis, si extra Urbem commorantur, conceditur ut bis intra Anni Sancti decursum iubilarem consequantur indulgentiam : quaeritur idcirco utrum huiusmodi fideles hanc indulgentiam bis pro se consequi valeant; an semel quidem pro se, iterum vero pro defunctis.

Omnibus mature perpensis, S. Poenitentiaria respondendum esse censuit:

Ad I^{um} affirmative ad primam partem; negative ad alteram.

Ad II^{um} negative.

Ad III^{um} negative ad primam partem, affirmative ad alteram.

Datum ex S. Poenitentiaria Apostolica, die 9 martii 1925.

Salvator Luzio, *S. P. Regens.*

A, Anelli, *S.* P. *Substitutus.*

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

BAIOCEN.

NULLITATIS MATRIMONII (DANIEL-BINOT)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Andreae Binot in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della^ Dataria, 94) die I[a] augusti 1925, bora 12[a], ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus rotalis pro causae definitione:

An sententia Rotalis diei 17 martii 1923 (qua declaratum est non constare de nullitate matrimonii in casu), confirmanda sit an infirmanda?

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Domini Andreae Binot curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

P. Parrillo, *Ponens**

L. rB S.

Ex Cancelleria Tribunalis S. R. Rotae, die 17 iunii 1925.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Monsieur André Binot, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94, le l[r] Aaoût 1925), à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

Doit-on confirmer ou casser la sentence Rotale du 17 Mars 1923?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Monsieur André Binot, devront, dans la mesure^du possible, l'avertir de la présente citation.

II

BALTIMOREN.

NULLITATIS MATRIMONII (SCHUMM-MAC SMITH).

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Calvini Mac Smith in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum; in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94), die 17 octobris .1925, hora 11» ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus rotalis pro causae definitione:

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commemorationis praedicti Domini Calvini Mac Smith curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

U. Mannucci, *Ponens.*

L. © S.

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 20 iunii 1925.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

*** Etant inconnu le heu de la demeure actuelle de Monsieur Calvin Mac Smith, défendeur en cette canse, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Bote Bomaine (Borna, via della Dataria, n. 94), le 17 octobre 1925, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Bote.**

Gonste-t-il de la nullité du mariage dans le cas présenta

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du heu de la résidence du dit Monsieur Calvin Mac Smith, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI SACRAMENTI

AVVISO DI CONCORSO

Nella Segreteria della Sacra Congregazione dei Sacramenti avrà luogo, il giorno 13 luglio p. v., alle ore 8 antimeridiane, un concorso, per alcuni posti di Officiali minori. * ,

Quelli che vogliono prendervi parte, dovranno, non più tardi del 5 luglio suddetto, rivolgere la propria domanda all'Emo Sig. Cardinale Prefetto, corredata dai relativi documenti.

TI concorso consisterà in una prova scritta sulla materia canonica relativa alla competenza specifica di questa S. Congregazione.

Dalla Segreteria della S. C. dei Sacramenti il 16 giugno 1925.

f *li.* CAPOTOSTI, Vescovo di Terme, *Segretario.*

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 23 giugno 1925, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Partivolare,* nella quale gli Emi Signori Cardinali, nonché i Reverendissimi Prelati Officiali componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sópra le seguenti materie:

1. Intorno alla validità dei Processi Apostolici sopra i miracoli in specie, proposti per la Canonizzazione della Beata Lodovica de Marillac Vedova Le Gras, Cônfôndatrice della Società delle Figlie deila Carità.

2. Intorno alla validità dei processi Ordinario ed Apostolico, costruiti nella Curia Vescovile di Viviers, sopra il martirio e sopra i segni e miracoli nella causa dei Servi di Dio Giacomo Salesio, Sacerdote, e Guglielmo Saltamochio, Coadiutore, della Compagnia di Gesù, uccisi, come si asserisce, in odio alla Fede.

3. Intorno alla validità dei Processi Apostolici costruiti nella Curia ecclesiastica di S. Bonifacio sopra un miracolo per la Causa del Ven. Servó di Dio Andrea Uberto Fournet, Fondatore della Congregazione delle Figlie della Croce, dette Suore di S. Andrea.

4. Intorno alla validità dei Processi Apostolico ed Ordinario per la Causa del Servo di Dio Domenico Savio, laico, alunno dell'Oratorio Salesiano.

5. Intorno al culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato al Servo di Dio Paolo Ginhac, Sacerdote professo della Compagnia di Gesù.

6. Intorno al culto, come sopra, non mai prestato alla Serva di Dio Maria della Solitudine Torres Acosta, Fondatrice delle Serve di Maria, Ministre degli Infermi.

7. Intorno al culto, come sopra, non mai prestato alla Serva di Dio Maria Teresa Carlotta de Lamourous, Fondatrice dell'Istituto delle Suore della Misericordia.

8. Intorno al culto, come sopra, non mai prestato alla Serva di Dio Anna Margherita Adelaide Emilia de Vialar, Fondatrice della Congregazione delle Suore di S. Giuseppe dall'apparizione.

9. Intorno al culto, come sopra, non mai prestato alla Serva di Dio Maria Poussepin, Fondatrice dell'Istituto delle Suore di Carità della Presentazione della Beata Maria Vergine, « de Tours».

10. Intorno al culto, come sopra, non mai prestato al Servo di Dio Fra Corrado da Parzham, Laico professo dell'Ordine dei Minori Cappuccini.

11. Intorno al culto, come sopra, non mai prestato alla Serva di Dio Maria Giuseppa Bossello, del III Ordine di S. Francesco, Fondatrice dell'Istituto delle Figlie della Misericordia.

TRIBUNALE DELLA S. R. ROTA

Gli esami della sessione estiva, per il conseguimento del titolo di Procuratore e Avvocato rotale, si terranno nella sede del Tribunale il 22 del prossimo luglio, dalle ore 8.30 alle 18:30,

Le domande relative, corredate dei necessari documenti, dovranno essere presentate alla Cancelleria della Bota non oltre il 15 luglio.

27 giugno 1925.

M. Massimi, *Pro-Decano.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XI, febeamente regnante, si è degnato di nominare :

7 aprile 1925. Monsig. Enrico Caiazzo, *Sottosegretario della S.C: dei Religiosi.*

4 giugno » Monsig. Giacomo Byan e ñ Bevmo P. Pietro Vidal, S. L, *Consultori della S. C. dei Seminari e Studi.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

20 ottobre 1924. L'Emo Sig. Cardinale Alessio Ascalesi, *Protettore delle Suore Orsoline di Benevento.*

16 maggio 1925. L'Emo Sig. Cardinale Tommaso Boggiani, *Protettore delle Suore Adoratriei del Preziosissimo Sangue* (O' Pailón, Missouri, U. S. A.).

22 » » Monsig. Augusto Boudinhon, *Prelato Votante del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

23 » » Monsig. Costantino Ajuti, *Delegato Apostolico nell'Indocina.*

2 giugno » Monsig. Cesare Orsenigo, Arcivescovo tit. di Tolemaide di Libia, *Nunzio Apostolico in Ungheria.*

6 » ~» Monsig. Angelo Botta, Arcivescovo tit. di Tebe, *Delegato Apostolico a Costantinopoli.*

16 » » Monsig. Paolo Giobbe, Arcivescovo tit. di Tolemaide, *Nunzio Apostolico in Columbia.*

Assistente al Soglio Pontificio:

15 maggio 1925. Monsig. Luigi Maria Benzinger, Vescovo di Quilon.

Protonotari Apostòlici ad instar participantium:

22 marzo 1922. Monsig. Casimiro Nosalewski, della diocesi di Kamieniec.
11 febbraio 1925. Monsig. Ernesto Van Boey, dell'arehidiocesi di Malines.
15 aprile Monsig. Pelice Gallinetti, dell'arehidiocesi di Bologna.
11 maggio Monsig. Eugenio Morandi, della diocesi di Cremona.
Monsig. Gustavo Depreitere, della diocesi di Oklahoma.
18 Monsig. Stefano Podraczky, della diocesi di Bosnavia.
20 Monsig. Giovanni Boda, della diocesi di Sabaria.
29 Monsig. Adelardo Fontaine, della dioc. di S. Giacinto.

Prelati Domestici di S. S.:

8 ottobre 1924. Monsig. Guglielmo J. Fitz Gerald, della diocesi di Trenton.
» » » Monsig. Edoardo F. Egan, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giuliano Firlinski, della medesima diocesi.
11 » » Monsig. Giovanni Castella Marquet, della diocesi di Tarazona.
5 gennaio 1925. Monsig. Pietro A. Sabourin, della diocesi di Valleyfìeld.
» » » Monsig. Teodulo Nepveu, della medesima diocesi.
4 febbraio Mnnsig. Giovanni TJgolinelli, della diocesi di Poggio Mirteto.
3 marzo Monsig. Edoardo Casiroli, della diocesi di Pavia.
25 aprile Monsig. Boberto Sawicki, della diocesi di Culma.
4 maggio Monsig. Carlo Menegazzi, del Patriarcato di Venezia.
7 » Monsig. Adamo Pçski, della diocesi di Plock.
» Monsig. Casimiro Targowski, della medesima diocesi.
» Monsig. Vincenzo Chabowski, della medesima diocesi.
» Monsig. Marcello Nowakowski, della medesima diocesi.
U Monsig. Giovanni G. Heiring, della diocesi di Oklahoma.
» Monsig. Raniero Sevens, della medesima diocesi.
16 Monsig. Giuseppe Locatelli, della diocesi di Bergamo.

16 maggio 1925. Monsig. Vincenzo Cavadini, della diocesi di Bergamo.
20 » » Monsig. Alessandro Tauber, della diocesi di Sabaria.
23 » » Monsig. Tommaso Bossi, della diocesi di Novara.
29 » » Monsig. Luigi Adelardo Senecal, della dioc. di S. Giacinto.
» » » Monsig. Michele Takács, della diocesi di Vacz.
» » Monsig. Gustavo Schwarcz, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Alessandro Imrik, della diocesi di Gran Varadino.
» » » Monsig. Antonio Mayer, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Colomanno Molnár, della medesima diocesi.
8 giugno » Monsig. Vito Annese, della diocesi di Monopoli.
13 » » Monsig. Michele A. Suine, della diocesi di Lincoln (S. TT. A.).
16 » » Monsig. Emilio Feliciano Vacha, dell'archidiocesi di Torino.
18 » » Monsig. Costantino Bieda, della diocesi di Presmilia.
» » » Monsig. Adalberto Tomaka, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Michnikowski, della diocesi di Block
19 » Monsig. Filippo Giobbe (Boma)

ONOEIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

- La Commenda dell'Ordine Piano:

12 giugno 1925. Al sig. Dino Branca, dell'archidiocesi di Milano.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano :

16 febbraio 1925. Al sig. ing. Ugo Dessberg, del Vicariato Apostolico di Egitto.

La Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile :

12 agosto 1924. Al sig. avv. Augusto Milani (Boma).

La Commenda'dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

7 febbraio 1925. Al sig. Bernardo Carrascal, della diocesi di Zamora.
» » » Al sig. Girolamo Aguado, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Paolo Buran, della medesima diocesi.
24 marzo » Al sig. conte Giorgio Cornet d'Elzius de Peissant, della diocesi di Liegi.
» » » Al sig. Giorgio Speekaert, della medesima diocesi.
5 maggio » Al sig. Giovanni Nardini (Roma).
18 » » Al sig. Giuseppe Cia ver Casavant, della dioc. di S. Giacinto.
» » » Al sig. dott. Amedeo Lombardo, del Vicar. Apost. d'Egitto.
29 » » Al sig. dott. Giovanni Guarnieri Imbucci, dell'archidiocesi di Napoli.
10 giugno » Al sig. conte Enrico de Loppinot, della diocesi di Nancy.
16 » » Al sig. ing. Antonio Boncoroni, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Valeriano Stawiarski, della diocesi di Presmilia.
» » » Al sig. Filippo Viola, della diocesi di Bieti.
18 » » Al sig. cav. Giuseppe Jeanson, dell'archidiocesi di Parigi.

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare:

7 -febbraio 1925. Al gêner. Mariano Breton, Governatore militare di Zamora.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile :

8 ottobre 1924. Al sig. Antonio Curran, della diocesi di Trenton (S. U. A.).
23 dicembre » Al sig. Gabriele Le Filleul des Guerrots, dell'archid. di Bouen.
Al sig. Lorenzo Trévoux, della medesima archidiocesi.
Al sig. Giorgio Fouquet, della medesima archidiocesi.
Al sig. Enrico Cavrel, della medesima archidiocesi.
Al sig. Vittorio Bettencourt, della medesima archidiocesi
28 gennaio » Al sig. Perfetto Méndez Padilla, della diocesi di Zamora.,
22 febbraio » Al sig. Giulio Haelling, dell'arehidiocesi di Rouen.
20 aprile 1925. Al sig. dott. Giovanni Goodwin Grimley, dell'arehidiocesi di Nuova York.
7 maggio » Al sig. ing. Nicola Antonacci, della diocesi di Lecce.
» » » Al sig. ing. Gaetano Mariano, della medesima diocesi.
18 » » Al sig. Patrizio Enrico O' Neil, della diocesi di Los Angelos (S. U. A.).
» » Al sig. avv. Edmondo Roher, della diocesi di Sabaria.
» » Al sig. Samuele Casavant, della diocesi di San Giacinto.
» » Al sig. dott. Eugenio Turcot, della medesima diocesi.
24 » Al sig. Giorgio Vittore Hutton, della diocesi di Nottingham.
13 giugno Al sig. prof. Alfonso G. Vitólo, dell'arehidiocesi di Vienna.
» » Al sig. Simeone Boyer, dell'arehidiocesi di Montréal.
16 » ' Al sig. archit. Fausto Ron coroni, dell'arehidiocesi di Milano.
21 » Al sig. Luciano Clause, della diocesi di Versailles.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare:

13 maggio 1925. Al sig. Giovanni Hallenbarter, capitano nella Guardia Svizzera Pontificia.
29 » » Al sig. Giuseppe de Lesqueu, dell'arehidiocesi di Rennes.

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

7 febbraio 1925. Al sig. Marcello Samaniego, della diocesi di Zamora.
11 marzo » Al sig. cav. Francesco Carrino, dell'arehidiocesi di Napoli.
6 giugno » Al sig. Federico Kelleter, dell'arehidiocesi di Colonia.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

21 febbraio 1925. Al sig. Ansgario Masson, dell'arehidiocesi di Cambrai.
11 marzo » AP sig. Dionisio Tortora (Roma).
7 maggio » Al sig. Enrico Pelster, della diocesi di Münster.
» » » Al sig. dott. Luca Grünenwald, della diòcesi di Spira.
9 » » Al sig. Publio Scala (Roma).
11 maggio 1925. Al sig. Francesco De Sanctis, (Roma).
5 giugno » Ai sig. Giovanni Baschi, della diocesi di Udine.
6 » » Al sig. Pietro Disselkanlp, dell'arehidiocesi di Colonia.
19 » » Al sig. Filippo Stein, della diocesi di Magonza.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Bevma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri segreti Soprannumerari di S. S.:

25	*maggio*	*1925.*	**Monsig. Stefano Tumbas, dell'Amministrazione Apostolica della Backa.**
»	»	»	**Monsig. Leonardo Hegedus, della medesima Amministrazione.**
»	»	»	**Monsig. Pietro Eveto** vie, **della medesima Amministrazione.**
[»	»	»	**Monsig. Antonio Skenderovié, della medesima Amministrazione.**
»	»	»	**Monsig. Biagio Hirka, della medesima Amministrazione.**
»	»	»	**Monsig. Giacomo Murphy, della diocesi di Buffalo.**
27	»	»	**Monsig. Giulio Czapik, della diocesi di Csánad.**
28	»	»	**Monsig. Luigi Broul, della diocesi di Hradec Králové.**
»	»	»	**Monsig. Agostino Stránsky, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Antonio Betzbach, dell'archidiocesi di Friburgo.**
»	»	»	**Monsig. Emiliano Stumpf, della medesima archidiocesi.**
9	*giugno*	»	**Monsig. Daniele Byrnes, dell'archidiocesi di Chicago.**
»	»	»	**Monsig. Giuseppe Emanuele Lopez, della diocesi di Concezione.**
13	»	»	**Monsig. Leone Triana, della diocesi di Bogota (Colombia).**
»	»	»	**Monsig. Uberto Schmitz, della diocesi di Münster.**
15	»	»	**Monsig. Giovanni De Leo, dell'archid. di Eeggio Calabria.**
»	»	»	**Monsig. Francesco Malavenda, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**Monsig. Bomualdo Proske, dell'archidiocesi di Praga.**
»	»	»	**Monsig. Carlo Goetz, della medesima archidiocesi.**
17	»	»	**Monsig. Giovanni Danek, dell'archidiocesi di Olmütz.**
»	»	»	**Monsig. Emmanuele Snásel, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**Monsig. Carlo Hubik, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**Monsig. Giovanni Blasek, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**Monsig. Francesco Hobich, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**.Monsig. Filippo Lokaicsek, dell'archidiocesi di Belgrado.**
»	»	»	**Monsig. Dionisio Herresbacher, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**Monsig. Luigi Wagner, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**Monsig. Luigi Braccetti (Boma).**
18	»	»	**Monsig. Giovanni Giuseppe Alvares de Moura, della diocesi di Porto Alegre.**
»	»	»	**Monsig. Alberto Canestri, della diocesi di Forlì.**
»	»	»	**Monsig. Giuseppe Velardos Parejo, della diocesi di Badajoz.**
»	»	»	**Monsig. Mauro Muñoz Santos, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Prudenzio Conde Bivallo, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Giuseppe Bodriguez Ferreras, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Vittoriano Gomez, della diocesi di Madrid.**
»	»	»	**Monsig. Paolo Burawski, della diocesi di Plock.**
22.	»	»	**!Monsig. Luigi Boni, deirarchidiocesi di Modena.**

Camerieri segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

13 giugno 1925. lì **sig. Enoch Buhl libero barone de Guttenberg, della diocesi di Spira.**
» » » **Il sig. Edgar de Hobe, dell'arehidiocesi di Colonia.**
» » » **Il sig. principe Francesco de Salm Beifferscheidt, della medesima archidiocesi.** -

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

29 maggio 1925. **Monsig. Ermanno Seibold, della diocesi di Bottemburgo.**
13 giugno » **Monsig. Federico Sargolini, dell'arehidiocesi di Camerino.**
15 » » **Monsig. Mariano Gaio vie, della diocesi di Diakovo.**
» » » **Monsig. Giuseppe Sokol, della medesima diocesi.**
18 » » **Monsig. Giacinto Bascioni, della diocesi di Tolentino**

Camerieri d'onore **extra Urbem**

27 maggio 1925. **Monsig. Luigi Maria Carbone, dell'arehidiocesi di Lanciano.**
» » » **Monsig. Raffaele D'Annibale, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Francesco di Fabio, della medesima archidiocesi.**

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. 8.:

15 giugno 1925. **ÏÏ sig. Paolo Vanauíd, della diocesi di Mzza.**
18 » » **Il sig. Ferdinando del Castillo y Villanueva, della diocesi di Barcellona.**
20 » » **Il sig. Arpad de Wenczel, dell'arehidiocesi di Strigonia.**

NECROLOGIO

2 giugno 1925. **Mons. Tommaso Kurialacherry, Vescovo di Changanacherry.**
S » » **Angelo Albino Pardini, Vescovo titolare di Zama.**

Annus XVII - Vol. XVII 3 Augusti 1925 Num. 10

MITAPOSTOUGAÍ^EDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE DECRETALES

I

BEATA TERESIA A IESU INFANTE, MONIALIS PROFESSA ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM, SANCTORUM FASTIS ADSCRIBITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Vehementer exsultamus hodie maximaque afficimur iucunditate quia Nobis, qui adolescentulam Teresiam a Iesu Infante, Monialem Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, inter Beatas Virgines recensuimus et exemplum Ecclesiae filiis carissimis ad imitandum proposuimus, hoc piaculari anno datum est, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra, solemnem eiusdem Beatae Canonizationem perficere. Quae virgo vere sapiens et una de numero prudentum in simplicitate et ingenuitate animi, ambulans in lege Domini, consummata in brevi explevit tempora multa. Inde in caelum, fiorente adhuc aetate, advocata est ut coronam, quam caelestis Sponsus ei praeparaverat, in aeternum reciperet. Huius puellae paucis, dum vixit, cognitae, statim post pretiosam mortem fama per totum christianum Orbem mire diffusa est, ob innumera prodigia, ea intercedente, ab omnipotenti Deo patrata. Quibus ipsa visa est, uti moriens pollicita erat se facturam, in homines rosarum imbrem demittere. Hinc factum est ut ei summos caelitum honores ante statuta et sueta tempora Ecclesia decernere statuerit.

Die secunda ianuarii, anno millesimo octingentesimo septuagesimo tertio, Alensonii, in dioecesi Sagiensi, Aloisio Stanislao Martin et Maria Zelia Guérin, honestis parentibus, singulari et assidua pietate praestan-

tibus, orta est infantula, cui, quarto eiusdem mensis die, baptismus collatus fuit, eidem indito nomine Mariae, Franciscae, Teresiae.

Quartum aetatis annum et septem menses vix superaverat, quum matre orbata fuit, et, magno dolore correpta, omnem iucunditatis sensum amisit. Suis sororibus propterea Mariae et Paulinae, natu maioribus, eius institutio commissa fuit, quibus morigeram in omnibus sese praebere studuit et sub assidua ac vigilanti custodia amatissimi patris vixit. Quibus magistris Teresia, ut gigas, perfectionis viam cucurrit. Usque a primis infantiae annis id unum praecipue adeo in deliciis habuit, ut frequenter de Deo loqueretur et, hac cogitatione prae oculis habita, ne Puero Iesu vel minimum dolorem afferret.

Religiosam vitam, divino Spiritu praeventa, enixe agere seniper desiderans, serio promisit se nihil Deo denegaturam, quid Ipse ab ea petere videretur, quam promissionem usque ad mortem servare sategit.

Nonum aetatis annum vix attigerat, quum monialibus Ordinis Sancti Benedicti civitatis Lexoviensis in disciplinam data est, apud quas, studiorum atque institutionis causa, integrum transigebat diem et sero domum redibat. Quum aliis discipulis in praefato gynecaeo aetate cederet, omnes tamen profectu et singulari pietate antecedebat. Tanta diligentia ac penetratione mysteria fidei addiscebat, ut a sacerdote, earumdem monialium cappellano, ipsa « Religionis magistra » seu « parvus Doctor » appellaretur. Secuto tempore, integrum ac salutarem librum *de Christi imitatione* firma memoria retinuit atque sacras Scripturas velut prae manibus habuit, quarum auctoritate in suis scriptis frequenter et aptum in modum uti consuescebat.

Arcanus et gravis morbus eam, decimo suae aetatis anno, diu cruciavit, a quo, prout ipsa enarra vit, prodigiose fuit liberata ope Beatissimae Virginis Mariae, quae ei subridens apparuit, et quam sub titulo Dominae Nostrae a Victoria per novendialia invocare studuit. Tunc, angelico fervore repleta, ad sacrum convivium in quo Christus sumitur se diligentissime praeparare curavit.

Ut primitus Eucharistico pane fuit refecta, insatiabilem caelestis huius cibi famem haurire visa est: unde, tamquam inspirata, Iesum, suas delicias, rogabat, ut omnem mundanam consolationem in amaritudinem sibi perpetuo verteret. Inde, tenemmo in Christum Dominum et in Ecclesiam Catholicam amore exaestuans, nihil antiquius habuit, quam Carmelitarum Excalceatorum Ordinem ingredi ut, sui abnegatione suisque continuis sacrificiis, opem afferret sacerdotibus missionariis totique Ecclesiae atque innumeras animas Iesu Christo lucrifaceret: quod, morti proxima, se facturam apud Deum pollicita fuerat.

Propter aetatis defectum - vix enim quindecim annos agebat - multas ex parte ecclesiasticae auctoritatis ad religiosam vitam amplectendam nacta est difficultates, quibus tamen incredibili animi fortitudine superatis, naturali vieta timididate, votum sui animi fel. rec. Leoni Papae decimo tertio, Praedecessori Nostro, aperuit, qui tamen ad Superiorum placitum eamdem remisit. Ob spem frustratam magnum dolorem concipiens, divinae tantum voluntati Teresia plene acquievit.

Post hanc durissimam patientiae et vocationis probationem, die nona mensis aprilis, anno millesimo octingentesimo octogesimo octavo, obtenta sui Episcopi venia, Monasterium, seu Lexoviensem Carmelum, cum ingenti animi gaudio ingressa est. Ibi Deus mirabiles ascensiones in Teresiae corde disposuit, quae, Mariae Virginis in Nazareth vitam absconditam imitata, quasi hortus irriguus, flores omnium virtutum germinabat, praecipue vero ardentissimi in Deum amoris atque eximiae erga proximum caritatis, quia illud praeceptum Domini apprime ac recte intellexerat: « Ut diligatis invicem, sicut ego dilexi vos ». Quo magis magisque Iesu Christo placeret, quum in Sacris Scripturis invitationem illam legisset atque meditata fuisset: « Si quis est parvulus, veniat ad me », parvula in spiritu esse voluit, et inde filiali ac plena fiducia Deo, tamquam patri amatissimo, se totam perpetuo tradidit. Hanc spiritualis infantiae viam, secundum Evangelii doctrinam, alios edocuit, speciatim novitias, quas ex obedientia ad religiosarum virtutum studium informandas suscepit, atque ita, apostolico sanctoque zelo repleta, mundo superbia inflato et vanitates diligenti et mendacium quaerenti, evangelicae simplicitatis iter alacriter patefecit: Sponsis autem Iesus eam desiderio patiendi tam in anima, quam in corpore, penitus inflammavit.

Serius autem summo animi dolore animadvertens, caritatem Dei undequaque neglectam et oblivioni traditam, duobus annis ante pretiosum obitum « Dei miserto Amori » libentissime se victimam obtulit. Tunc, uti fertur, caelestis ignis flamma vulnerata est, unde, caritate consumpta, in ecstasim rapta, ferventissime ingeminans « Deus meus, Te diligo », viginti quatuor annos nata, die trigesima septembris, anno Domini millesimo octingentesimo nonagésimo septimo, feliciter ad Sponsum evolavit, atque ita, iuxta notissimum illud in Libro Sapientiae elogium, « consummata in brevi explevit tempora multa ».

Iustis funebribus rite persolutis, in Lexoviensi coemeterio sepulta, illico in universo terrarum orbe celebrari coepit eiusque sepulcrum gloriosum factum est.

Quod autem moriens pollicita fuerat, se perennem rosarum, seu gratiarum pluviam, in terram demissuram, hoc, in caelum recepta, innumeris

miraculis reapse adimplevit et in dies adimplet. De hac praeclara Dei Famula, dum vixit magna ubique exstitit aestimatio, quae, post obitum summum vigorem et incrementum mirabiliter accepit.

Tanta sanctitatis fama commoti quamplures Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi, praesertim e Gallica Natione, non pauci Vicarii Apostolici, Superiores Religiosarum Familiarum, Abbates Monasteriorum multaeque Antistitae, ad impetrandam Sororis Teresiae a Iesu Infante Causae introductionem sanctae memoriae Pio Papae Decimo, Praedecessori Nostro, epistolas postulatorias dederunt suisque iteratis precibus ac testimoniis huiusmodi Causam commendarunt.

Quae vota memoratus Pontifex benignissime excipiens, Commissionem introductionis huius Causae propria manu signandam decrevit die nona iunii anno millesimo nongentesimo decimo quarto, vigilantissimo Ordinis Carmelitarum excalceatorum Generali Postulatore R. P. Ruderico a S. Francisco a Paula. Omnibus rite peractis et absoluta quaestione de heroicis virtutibus, die secunda augusti, anno millesimo nongentesimo vigesimo primo, coram Benedicto Papa decimoquinto, fel. rec. Praedecessore etiam Nostro, generalis Congregatio habita fuit, in qua ab Emo ac Revmo Domino Cardinali Antonio Vico, causae relatore, sequens Dubium ad discutiendum est propositum : « An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Cari- « tate in Deum et proximum, necnon de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, « Fortitudine et Temperantia earumque adnexis Venerabilis Servae Dei « Sororis Theresiae a Iesu Infante, in gradu heroico, in casu et ad effectum, « de quo agitur». Omnes, qui convenerant, tum S. R. E. Cardinales, tum Patres Consultores, sua quisque suffragia ediderant. Quibus tamen benigno animo exceptis, idem Pontifex supremum iudicium proferre sibi reservavit, interim, in re tanti momenti, maius lumen a Deo impetraturus. Pridie autem festi Assumptionis Beatae Mariae Virginis Suam mentem memoratus Praedecessor Noster aperuit et solemniter pronuntiavit : « Constare de vir- « tutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, necnon « de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earum- « que adnexis Venerabilis Servae Dei Theresiae a Iesu Infante et in gradu « heroico ». Mandavit autem de hoc Decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Rituum Congregationis referri, sub die decima quarta mensis augusti^' anno millesimo nongentesimo vigesimo primo.

Tam expeditum et prosperum cursum habuit haec Causa, tantamque laetitiam attulit, ut illico e variis et paene innumerabilibus portentis, quae utpote, post validam exoratam Venerabilis Teresiae opem, a Deo impetrata per universum fere christianum Orbem tunc cireumferebantur, duo quae sequuntur, discutienda proponerentur. Primum respicit infirmam soro-

rem a Sancto Germano, e Congregatione Filiarum a Cruce, organico morbo laborantem, videlicet peculiari quadam laesione anatomica et pathologica, seu gravissimo ulcere ventricidi, formae hemorragieae. Deprecatrice interposita apud Deum fideli eiusdem famula Venerabili Teresia a Iesu Infante, ipsa perfecte consanuit, uti tres numero viri, in medica scientia periti, de mandato Sacrorum Eituum Congregationis, suum votum scripto exarantes concorditer censuerunt. Alterum miraculum eiusdem naturae acantecedens, respicit iuvenem aegrotum, clericum Carolum Anne, tuberculosi florida hemoptoica in periodo cavitario, laborantem. Ipse opem Famulae Dei fidenter invocavit et perfecte consanuit, prout aperte eruitur e trium peritorum conclusionibus et ex argumentorum serie, quibus ipsae innitebantur/

Quapropter, qui ad consultivum suum suffragium ferendum vocati fuerunt, omnibus mature perpensis, eo adduci potuerunt ut de quaestione disceptationi subiecta certam ac tutam caperent] iudicii deliberationem. Habitis itaque duabus Congregationibus, antepraeparatoria scilicet et praeparatoria, ad generalem ventum est, die trigesima mensis ianuarii, anno millesimo nongentesimo vigesimo tertio, in qua coram Nobis sequens ad discutiendum propositum fuit Dubium: « An et de quibus miraculis con« stet in casu et ad effectum de quo agitur ». Tum S. R. E. Cardinales, tum Patres Consultores, qui convenerant, sua quisque ex ordine pandiderunt vota; quibus tamen auditis et consideratis, supremam Nostram sententiam de more prorogandam censuimus, ut interim, in tanta re definienda, copiosius a Patre luminum Nobis auxilium compararemus. Dominicam autem in quinquagesima, ob duplicis eventum faustitatis auspicatissimam diem, festo Apparitionis B. M. V. Immaculatae prope Lapurdum sacram et Nostrae Coronationis anniversarias primitias antecedentem, elegimus ad patefaciendam Nostram mentem, et, adstantibus S. B. E. Cardinali Antonio Vico, Episcopo Portuensi et S. Bufinae, Sacrorum Bituum Congregationi Praefecto et huius Causae Relatore, ac Officialibus eiusdem Congregationis solemniter ediximus: « Constare de utroque proposito miraculo: de e primo, nempe instantaneae perfectaeque sanationis sororis Aloysiae a « Sancto Germano, e Congregatione Filiarum a Cruce a gravissimo ulcere « ventriculi formae hemorragieae; deque altero, instantaneae perfectaeque «sanationis clerici Caroli Anne a tuberculosi florida hemoptoica, in periodo « cavitario », et Decretum pubhcr iuris fieri et in acta Congregationis referri mandavimus, die undecima mensis februarii, anno millesimo nongentesimo vigesimo tertio.

Nec multo post, nempe eodem anno, die sexta martii, in generalibus eiusdem Sacrae Congregationis Comitiis, ab eodem Cardinali Causae Relatore coram Nobis propositum fuit Dubium: « An, stante approbatione virtù-

« tum et duorum miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem Venerabilis « Servae Dei Sororis Theresiae a Iesu Infante Beatificationem ». Et omnium, qui convenerant, una eademque suffragatio fuit : « Tuto procedi posse ». Ad supremum autem decretorium Nostrum iudicium absolvendum, auspicatissimam diem degimus, dicatam Sancto Patriarchae Ioseph, inclyto B. M. V. Sponso et Ecclesiae universalis Patrono, et solemniter ediximus : « Tuto procedi posse ad solemnem Venerabilis Servae Dei Sororis There-« siae a Iesu Infante Beatificationem ». Et decretum publici iuris fieri et in acta Sacrorum Bituum Congregationis referri, Litterasque apostolicas, in forma Brevis, de Beatificationis solemnibus in Basilica Vaticana celebrandis expediri iussimus, die decima nona mensis martii, anno millesimo nongentesimo vigesimo tertio.

Solemnia autem Beatificationis in Patriarchali Basilica S. Petri, Principis Apostolorum, die vigesima nona subsequentis aprilis celebrata fuere adstante frequenti clero et populo in laetitiam effuso.

Quum Beatae Teresiae a Iesu Infante intercessione nova prodigia evenisse praediearentur, Nos die vigesima septima iulii, anno millesimo nongentesimo vigesimo tertio, Sacrorum Bituum Congregationi mandavimus, ut eiusdem Beatae causam referret. Et cum duo miracula approbationi eiusdem Congregationi exhibita fuissent, servatis servandis et auditis audiendis, eadem Sacra Congregatio rescribendum censuit : « Constare de « validitate processuum, Apostolica auctoritate constructorum, in dioe-« cesibus Parmensi et Mechliniensi super assertis miraculis intercessione « Beatae Theresiae patratis, post indultam eidem venerationem, in casu « et ad effectum de quo agitur ». Quod rescriptum die undecima iunii, anno millesimo nongentesimo vigesimo quarto, Nos ratum habuimus et confirmavimus.

Duo miracula discussioni proposita, haec sunt: primum, nempe de sanatione Gabrielae Trimusi, alterum de sanatione Mariae Pellemans. Gabriela, annos tres supra viginti agens, in Congregationem Pauperum Filiarum Sacrorum Cordium cooptata, quarum domus princeps est in Urbe Parmensi, anno millesimo nongentesimo decimo tertio sinistro genu laborare coepit: domesticis addicta laboribus, ligna comburenda consueverat, adhibita vi, genu frangere, unde paullatim, repetita actione, trauma aliquod sibi non compertum induci artui potuit, locum et solum praeparans tuberculari infectioni. Initio fuit doloris quidam veluti obtusus sensus; intumuit deinde dictum genu et minima ciborum appetentia maciem in aegrota induxerat.

Acciti duo medici, Sororem visitaverunt et remedia consuluerunt, sed absque successu, ita ut post tres annos ad Medianum missa est, ubi heliotherapiam, balnea, vesicatoria, iniectiones atque alia id genus Gabriela

experta est absque utilitate: contra, quatuor post annos spina dorsuali male affici coepit. Rediit Soror Parmam et plures medici eam visitaverunt, qui laesionem tubercularis naturae esse iudicarunt et remedia generalia adhibuerunt. Congregationis Parmensis medicus ordinarius, animadvertens quod gravior fieret etiam conditio Spinae dorsualis, consilium arripuit aegrotam ad publicum nosocomium mittendi. Antequam hoc fieret, radioscopicam, ut aiunt, affecti genu investigationem peregit, ex qua capitis tibiae periostites apparuit. In nosocomium recepta, Soror etiam radiorum applicationi supposita fuit. Quum autem Medianum moraretur, hispanico morbo, ut dicitur, affecta, maiorem in dorsuali parte columnae vertebralis dolorem sensit, qui intensior evasit. Cum omnia remedia frustra adhibita fuissent, de ecclesiastici Adsistentis consilio, die decima tertia iunii, anno millesimo nongentesimo vigesimo tertio, coram parva imagine, cui adiecta erat precatio in honorem Beatae Teresiae a Iesu Infante, novendialis supplicatio indicta fuit, cui aegrota, potius de aliarum Sororum salute magis sollicita, quam suimetipsius, interfuit. Cum postremus novendialium harum precum dies idem et postremus esset dies triduanae solemnitatis, quae in Beatae honorem in proximo Carmelitarum templo celebrabatur, aliquae ex Sororibus, una cum aegrota, petierunt eo se conferre. Bedux Soror Trimusi a templo, mutato lente et aegerrime gradu, brevi itineris spatio, in domesticum sacellum venit, quo aliae Sorores de more convenerant. Antistita Sororem Gabrielam hortante ut oraret, spem erigeret et ad proprium locum se restitueret, aegrota, mirum dictu, velut nescia quid ageret, sine ullo dolore et facillime, uti perfecta valetudine gaudens, aegrotum genu flectit eique innititur, evocata mente ab adeo insolita re ad dolores dorsi, qui eo temporis vestigio vehementius saeviebant. Coenatum abit cum Sororibus, et, vix coena absoluta, lente scalas graditur et in primo, quod occurrit, cubiculo sibi loricam detrahit, elata voce inclamans: « Sanata sum! sanata sum! ».

Quare ad opera et munia suae conditionis et propria religiosae vitae reversa, iisdem absque ulla molestia et defatigatione fungi coepit, Deoque meritas gratias persolvit ob miraculum, intercedente Beata Teresia a Iesu Infante, patratum.

Viri periti, a Sacra Congregatione adlecti, pluries disceptaverunt de hac sanatione et statuerunt laesionem in genu arthrosinovitem chronicam -esse et in dorsuali spina spondilitem pariter chronicam: utraque organica laesio, cunctis remediis rebellis, cessit divinae Omnipotentiae, et Soror Gabriela per prodigium sanitatem recuperavit utriusque organi et in illa perseveravit.

Alterius miraculi historia, uti Maria Pellemans, eiusdem miraculi subiectum, enarravit, brevior est. Ipsa enim, mense octobri anno millesimo non-

gentesimo nono, iam pnlmonari tuberculosi, ut tali recognita, laborabat; serins manifestatae sunt etiam enteritis et gastritis eiusdem indolis tubercularis et aegrota, prius in domo sua, dein in Sanatorio « La Hulpe » nuncupato curas medicorum recepit. Domum reversa mense augusto anno millesimo nongentesimo vigesimo, sanationem optans, ad Sanctuarium Lapurdense peregrinavit, sed irrito quovis conatu; mense autem martio anni millesimi nongentesimi vigesimi tertii, se consociavit peregrinantium agmini Lexoviensem Carmelum visitanti et super sepulcro Beatae Theresiae a Iesu Infante, eius fidenter invocato patrocinio, illico perfectam sanitatem recuperavit.

De duobus hisce miraculis tres Medici ex officio ad suam sententiam proferendam a Sacrorum Bituum Congregatione arcessiti medicale votum suum scripto dederunt favorabile iudicium proferentes.

In hisce sanationibus in tuto posita erat miraculi veritas, quae immo, quodam inusitato splendore coruscare visa est ob peculiaria adiuncta, quibus haec prodigia erant praedita. Quamobrem qui ad suum consultorium iudicium ferendum vocati erant, auctoritate quae provenit e consensu virorum in arte peritorum moti et suffulti, in generali Congregatione habita die septima mensis martii currentis anni, in qua coram Nobis Dubium a dilecto filio Nostro Antonio, S. B. E. Cardinali Vico, causae Belatore ad discutiendum propositum fuit: « An et de quibus miraculis constet in casu « et ad effectum de quo agitur », tum Emi S. B. E. Patres Cardinales, tum Praelati ac Patres Consultores, ex ordine ac expedite sua vota dederunt. Quibus tamen auditis et laeto animo exceptis suffragiis, ab aperienda Nostra mente supersedimus, imploraturi iterum enixis precibus in tanta rei definitione amplius et efficacius auxilium a Deo, Patre luminum.

Postmodum vero statuimus et designavimus diem decimam nonam martii, qua die laetatur Ecclesia ob festum sancti Patriarchae Ioseph, Sponsi B. M. V. ac universae Ecclesiae Patroni, et, praesentibus Sacrorum Bituum Congregationis Cardinali Praefecto et maioribus officialibus, solemniter pronuntiavimus: « Constare de utroque proposito miraculo ».

Die autem vigesima nona eiusdem mensis, recepto S. B. E. Cardinalium et Patrum Consultorum unanimi suffragio, solemniter ediximus: « Tuto t procedi posse ad Beatae Theresiae a Iesu Infante, Virginis, Monialis Pro« fessae Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, in Monasterio Lexoviensi, « solemnem Canonizationem ». His praemissis constitutisque, ut cuncta servarentur, quae Nostri Antecessores sapienter praescripserunt ad celebritatem et...*I* decus tam solemnis caeremoniae, primum dilectos filios Nostros S. B. E. Cardinales die trigesima mensis martii in Consistorio secreto adesse iussimus, sententiam eorum rogaturi. In hoc venerabilis frater Noster

Antonius, Episcopus Portuensis et S. Bufinae, S. B. E. Cardinalis Vico, ' Sacrorum Bituum Congregationi Praefectus, Beatae Teresiae a Iesu Infante aliorumque Beatorum vitam et miracula singillatim Nobis et S. B. E. Cardinalibus diserte exposuit, magnoque studio omnes incendit ut hi Caelites summis honoribus consecrarentur. Belatione expleta, S. B. E. Cardinalium suffragia exquisivimus: « An scilicet deveniendum sit « ad solemnem huius Beatae Canonizationem », et singuli Cardinales sententiam suam aperuerunt.

Die autem secunda mensis aprilis Consistorium publicum celebravimus et in eo, disertissima de Beata Teresia a Iesu Infante libenter audita oratione dilecti filii Ioannis Guasco, Nostrae Consistorialis Aulae Advocati, Nos ad huius Causae legitimam definitionem omnes S. B. E. Cardinales uno ore sunt cohortati.

Curavimus vero ut per Litteras Sacrae Congregationis Consistorialis, ad hoc datas, non modo viciniores venerabiles Episcopi, sed etiam remotissimi, de tanta solemnitate adnumerentur ut, si facultas esset, Nobis adstarent, sententiam quoque ipsi prolaturi. Qui cum ex pluribus regionibus convenissent, Causa plene cognita ex compendio singulis tradito tum vitae, virtutum, miraculorum Beatae Theresiae a Iesu Infante, tum actorum coram Nobis et in Sacra Congregatione gestorum, Consistorio semipublico die vigesima secunda mensis aprilis, coram Nobis habito, interfuerunt. Et non modo dilecti filii Nostri S. B. E. Cardinales, sed etiam venerabiles fratres Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi unanimi sententia ad hanc Canonizationem absolvendam Nos cohortati sunt. De his vero suffragiis a dilectis filiis Protonotariis Apostolicis instrumenta publica confecta fuerunt, in tabulario Sacrorum Bituum Congregationis adservanda.

Solemnia igitur Canonizationis hac die decima septima mensis maii celebraturos Nos statuimus in Basilica Vaticana, et interea christifideles vehementer sumus exhortati ut ferventes ingeminarent preces, praesertim in iis sacris aedibus, in quibus Sanctissimum Sacramentum publice adorandum proponeretur, ut ipsi ex tanta solemnitate fructus uberiores perciperent, Nobisque in tam gravi officii Nostri munere Spiritus Sanctus benignus adesset. Quum hodierna auspicatissima et optata dies advenerit, saecularis et regularis cleri Ordines, Curiae Bomanae Praesules et Officiales et denique in Urbe praesentes tum S. B. E. Cardinales, tum Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et Abbates in Vaticana Basilica, magnifico cultu ornata, convenerunt; Nosque, iis omnibus praeeuntibus, eamdem ingressi sumus.

Tunc vero venerabilis frater Antonius, Episcopus Portuensis et S. Bufinae, S. B. E. Cardinalis Vico, Sacrorum Bituum Congregationi Braefe-

' ctus et huic Canonizationi procurandae praepositus, perorante dilecto filio Virginio Jacoucci Nostrae Consistorialis Aulae Advocato, vota Nobis detulit et preces Sacrorum Antistitum ac universi Ordinis Carmelitarum Excalceatorum ut Beatam Teresiam a Iesu Infante, quam Patronam Missionum eiusdem Ordinis et Novitiatuum iam declaravimus, in Sanctorum numerum referremus. Id cum iterum tertio que iidem Cardinalis et Consistorialis Aulae Advocatus instantius quoque et instantissime egissent, Nos, caelesti lumine ferventer implorato, «ad honorem Sanctae et Indi« viduae Trinitatis, ad catholicae fidei incrementum et decus, auctoritate « Domini Nostri Iesu Christi, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac «Nostra, matura deliberatione et voto Venerabilium Fratrum Nostrorum « S. B. E. Cardinalium, necnon Patriarcharum, Archiepiscoporum et Epi« scoporum, dictam Beatam Theresiam a Iesu Infante, Monialem Profes« sam Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, Sanctam esse et in Sancto« rum catalogo adscribi decrevimus ». Memoriam autem eiusdem Sanctae Teresiae a Iesu Infante mandavimus quotannis die tertia octobris recolendam et in Martyrologio Romano notandam. Denique, ob tantum beneficium, ex animo gratias Deo optimo maximo egimus et solemne sacrum litavimus: plenariam tandem indulgentiam cunctis adstantibus peramanter impertiti sumus, atque ad perpetuam rei memoriam has praesentes Litteras, manu Nostra et S. R. E. Cardinalium signandas, confici et expediri mandavimus.

Vobis, christifideles, hodie Ecclesia novum virtutum praeclarum praebet exemplum, omnibus semper prae oculis habendum. Peculiare enim sanctitatis genus, ad quod Deus Teresiam a Iesu Infante delegit, in hoc praecipue situm est, quod Deo appellanti summa navitate summaque industria paruerit, suaque vivendi agendique ratio, quin communem rerum ordinem excesserit, tam alacriter, generose et assidue suam vocationem persécuta est et explevit, ut heroicum virtutum gradum consequuta fuerit.

Nostra aetate, qua homines bona temporalia tam acriter quaerunt, vixit haec puella ingenue assidueque virtutum exercitium perficiens ad caelestem vitam obtinendam et Dei gloriam. Exemplum eius, non tantum in claustris, sed in mundo quoque viventes, possit in exercitio virtutum confirmare et ad perfectiorem vitam adducere.

Invocemus omnes in praesentibus necessitatibus patrocinium Sanctae Teresiae a Iesu Infante, ut etiam super nos, Eius intercessione, rosarum, videlicet gratiarum quibus indigemus, pluvia descendat.

Haec omnia certa scientia et Apostolicae potestatis plenitudine confirmamus, roboramus atque iterum statuimus, decernimus universaeque Catholicae Ecclesiae denunciamus, mandantes ut harum Litterarum tran-

sumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae hisce Nostris Litteris haberetur si originaliter exhibitae vel ostensae forent.

Nemini ergo has Litteras Nostrae definitionis, decreti, mandati et voluntatis infringere, vel contraire liceat : si quis vero, temerario ausu, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Sanctorum Apostolorum Eius Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quinto, die decima septima mensis maii, Pontificatus Nostri anno quarto.

£8 **Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.**



£8 **Ego VINCENTIUS Episcopus Ostiensis et Praenestinus Cardinalis VANNUTELLI, Sacri Collegii Decanus, Datarius.**

£8 **Ego CAIETANUS Episcopus Sabinensis Cardinalis DE LAI.**

£8 **Ego ANTONIUS Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis Vico.**

£8 **Ego IANUARIUS Episcopus Albanensis Cardinalis GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE.**

£8 **Ego BASILIUS Episcopus Veliternus Cardinalis POMPILJ.**

£8 **Ego BAPHAEL tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis MERRY DEL VAL.**

£8 **Ego PETRUS tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis GASPARRI, a Secretis Status.**

£8 **Ego ANTONIUS tituli SS. Marcellini et Petri Presbyter Cardinalis MENDES BELLO.**

£8 **Ego FRANCISCUS tituli S. Pudentianae Presbyter Cardinalis BOURNE.**

£8 **Ego GULIELMUS tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyter** Cardinalis **VAN B OSSUM.**

£8 **Ego MICHAEL tituli S. Eustachii Presbyter Cardinalis LEGA.**

£8 **Ego AIDANUS tituli S. Mariae in Porticu Presbyter Cardinalis GASQUET.**

£8 **Ego fr.** ANDREAS **tituli SS. Cosmae et Damiani Presbyter Cardinalis** FRÜHWTRTH, **Maior Poenitentiarius.**

£8 **Ego** RAPHAEL **tituli S. Hieronymi Illyricorum Presbyter Cardinalis** SCAPINELLI DI LÉGUIGNO.

£ß **Ego** VICTORIUSAMADEUS **tituli** S. **Priscae Presbyter Cardinalis** RANUZZI DE BIANCHI.

£8 **Ego** DONATUS **tituli S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis** SBARRETTI.

£8 **Ego fr.** THOMAS PIUS **tituli SS. Quinci et lulittae Presbyter Cardinalis** B OGGI ANI.

£8 **Ego** AUGUSTUS **tituli S. Caeciliae Presbyter Cardinalis** SILJ.

£8 **Ego** FRANCISCUS **tituli S. Marcelli Presbyter Cardinalis** RAGONESI.

£8 **Ego** MICHAEL **tituli** S. **Anastasiae Presbyter Cardinalis** DE FAULHABER.

£8 **Ego** DIONYSIUS **tituli Ss. Nerei et Achillei Presbyter Cardinalis Dou**GHERTY.

£8 **Ego** CAROLUS IOSEPH **tituli Ss. Quattuor Coronatorum Presbyter Cardinalis** SCHULTE.

£8 **Ego** IOANNES **tituli S. Mariae Transtyberim Presbyter Cardinalis** TACCI»

£8 **Ego** ACHILLES **tituli S. Bernardi ad Thermas Presbyter Cardinalis** LOCATELLI.

£8 **Ego** IOANNES **tituli S. Susannae Presbyter Cardinalis** BONZANO.

£8 **Ego** EUGENIUS **tituli SS. Silvestri et Martini Presbyter Cardinalis Tosi,**

£8 **Ego** CAIETANUS **Sanctae Agathae Protodiaconus Cardinalis** BISLETI.

£8 **Ego** LUDOVICUS **S. Mariae in Via Lata Diaconus Cardinalis** BILLOT.

£8 **Ego** CAMILLUS **S. Mariae Scalaris Diaconus Cardinalis** LAURENTI.

£8 **Ego** IOSEPH **S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis** MORI.

£8 **Ego** FRANCISCUS **S. Caesari! in Palatio Diaconus Cardinalis** EHRLE»

£8 **Ego** ALOISIUS **S. Georgii ad Velabrum Diaconus Cardinalis** SINCERO.

£8 **Ego** EVARISTUS **S. Adriani Diaconus Cardinalis** LUCIDI.

£8 **Ego** AURELIUS **S. Angeli in Foro Piscario Diaconus Cardinalis** GALLI.

O. CARD. **CAGIANO**
S. B. E. Cancellarius.

£8 **A.** CARD. **VICO**
Ep[. Portuen. et S. Eufinae, S. B. C. Praefectus,

Ioseph Wilpert, *Becanus coll. Proton. Ap.licorum.*

Ioannes Zani-Caprelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £8 Plumbi.

Beg. in Ccmc. vol. XXXI, n. 14.

II

BEATUS PETRUS CANISIUS, SACERDOS E SOCIETATE IESU, SANCTORUM FASTIS ADSCRIBITUR ET UNIVERSALIS ECCLESIAE DOCTOR DECLARATUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Misericordiarum Deus, qui olim, ut filios Israel, a mandatis suis aberrantes, in viam iustitiae ac veritatis revocaret, Prophetas e medio populi electi suscitabat, in novo quoque Foedere identidem, vertentibus saeculis, praeclaros pietate ac doctrina viros e gremio Ecclesiae suae produxit, qui, pro temporum necessitatibus, Christi asseclas in fide confirmarent, dissidentes ad catholicam unitatem reducerent, evangelicae veritatis integritatem, et scriptis et opere, ab adversariorum conatibus strenue defenderent.

Mirabilis huius erga Ecclesiam providentiae insigne exstat documentum beatus Petrus Canisius. Qui, sicut Ezechiel Propheta, « ad gentes apostatrices » missus,[1] tanta cum virtute et doctrina apud illos populos Christi legatione functus est, ut haereticorum malleus, et alter, post sanctum Bonifatium, Germaniae apostolus meruerit appellari, dignusque habitus sit, qui ad tutandam in Germania religionem divinitus datus putaretur.

Petrus Canisius, Noviomagi in Gelria nobili genere, Iacobo Kaniss et Aegidia Van Houweningen, piis parentibus, ortus est die festo apparitionis sancti Michaelis Archangeli, die octava mensis maii, anni millesimi quingentesimi vigesimi primi: itaque eo ipso anno, quo in Germania, contra catholicam fidem atque hanc Apostolicam Sedem, immanis rebellionis signo elato, ingens hominum turba a mystico Christi ovili lugenda -defectione avellebatur; in Hispania vero Ignatius de Loyola, Societatis Iesu auctor et parens, in obsidione Arcis Pampilonensis salutari vulnere prostratus, terrestri militia abdicata, ad proelianda proelia Domini se convertit: Deo nimirum portendente, quos ille posthac adversarios, quem sacrae militiae ducem esset habituras.

Post pueritiam, in paterna domo peractam, Petrus Coloniam Agrippi* nae, humanioribus litteris operam daturus, se contulit. Lovanii deinde sa-

[1] EZECH., II, 3.

crorum canonum studio vacavit, quo absoluto, Coloniam repetens, iubente patre, iuri civili ac philosophiae addiscendae animum adiecit, magnam utrobique ingenii laudem sibi acquirens et optimam de se spem relinquens. Inter haec, pericula incautae iuventuti facile obrepentia aliquantulum expertus, brevi, Deo favente, pristinam animi puritatem ac quietem recuperavi^ ope praesertim pii sacerdotis Nicolai Van Esch, quo conscientiae moderatore et christianae perfectionis magistro Coloniae utebatur.

Quod iampridem mente conceperat, totum se Deo mancipare, id, honestissimis nuptiis recusatis, magno animo complevit, perpetuam vovens castitatem die vigesima mensis februarii anni millesimi quingentesimi quadragesimi; cuius voti se numquam poenituisse ipse prope moriturus professus est. Philosophiae lauream adeptus, theologiae studium solita alacritate est aggressus, enixe interea Deum rogans, ut quamnam ingredi deberet viam sibi clarius ostenderet.

Moguntiam tunc advenerat beatus Petrus Paber, primus sancti Ignatii et ab eo conditae Societatis Iesu alumnus, qui Exercitiis Spiritualibus tradendis praeter ceteros excellebat. Canisius, ardenti incensus desiderio hunc Dei Famulum cognoscendi, de quo tam multa et praeclara audiebantur, Moguntiam petiit eique docilem discipulum se obtulit. Mensem integrum apud eum commoratus et miram Exercitiorum Spiritualium vim expertus, inde se non discessurum edixit, antequam a beato Petro Faber in Societatem Iesu assumptus esset. Persenserat enim hunc esse Ordinem illum Clericorum, qui prophetias nec obscuris indiciis ei puero a Deo designatus non semel fuerat. Voti compos factus, primus e regionibus Germanico imperio subiectis in Societatem Iesu admissus est mense maio anno millesimo quingentésimo quadragesimo tertio.

Coloniam reversus, egregium evangelicae paupertatis exemplum dedit: nam, patre tunc amisso, hereditatem suam fere totam, eamque ingentem, pauperibus distribuit, sibi suisque sociis ea solum retinens, quae ad studia absolvenda prorsus necessaria forent. Iam inde ab illa aetate tanto vindicandae fidei ardore flagrare coepit, ut, vix ad Diaconi munus evectus, e suggestu verba faciens, haereticorum audaciam frangerei, impetum retardaret.

Sacerdotali auctus dignitate, anno millesimo quingentésimo quadragesimo sexto, tantam dein in concionando famam acquisivit, ut celeberrimae totius fere Germaniae cathedrales ecclesiae ipsaeque Principum aulae eum expeterent concionatorem. Totus simul incubuit ad Ecclesiae Catholicae iura defendenda et labantes, vel delapsos animos, a perniciem aut servandos, aut retrahendos. Summo cleri et populi Coloniensis consensu, ad Georgium Austriacum, Leodiensium Episcopum, et ad Carolum

Quintum Augustum legatus est adversus Hermannum, Coloniensis Ecclesiae Antistitem, qui, haereticorum artibus irretitus et novarum opinionum illecebris captus, falsas doctrinas palam profitebatur.

Vix annum sextum supra vigesimum Petrus attigerat, cum a Cardinali Othone Truchsess, Episcopo Augustano, ad Concilium Tridentinum, theologi munere ac nomine insignitus, missus est, omnibus iam tunc eius doctrinam et apostolicum zelum admirantibus.

Romam a sancto Ignatio vocatus, magna animi laetitia et ingenti fructu Legiferi Patris conversatione aliquamdiu usus est. Messanam deinde, claram Siciliae urbem, ire iussus, politiores litteras in illo primo Societatis Collegio summa cum laude docuit. Anno vix elapso, in Urbem revocatus, in templo Beatae Mariae Virginis a Strata coram sancto Parente Ignatio, die quarto septembris anni millesimi quingentesimi quadragesimi noni, solemnem quatuor votorum professionem emisit.

Pridie in hac Nostra Basilica Vaticana ad Germaniae apostolatum, instinctu divino, se vocatum senserat; eodem autem faustissimo die, dum ad Principis Apostolorum sepulcrum férvidas effundebat preces, Dominus Iesus dulcissimum Cor suum apertum ei spectandum praebuit et purissimi amoris aquas inde haurire iussit. Accessit tremens beatus Vir, et intimam fidei, spei, caritatis, qua aestuabat, sitim copioso haustu exstinguere potuit. Qua mirabili divinae Bonitatis effusione recreatus, Ssmum Cor Iesu ex illo tempore impense colere coepit, ac tam salutarem cultum alios quoque docere non intermisit, suavissimis etiam precibus in eius honorem conscriptis; dignus propterea qui inter praeclaros sanctae Margaritae Mariae Alacoque quasi praecursores iure meritoque adnumeretur.

Hisce aliisque eximiis Dei donis ornatus et instructus, novus Germaniae apostolus ad ministerium suum aggrediendum aptissime sane paratus erat. Sed ab illo mitti oportuit, cui soli dictum est: « Pasce agnos meos! »;[1] cum de aliis omnibus Evangelii praeconibus scribat Apostolus: « Quomodo praedicabunt, nisi mittantur? ».[2] Beatus igitur Canisius a sancto Parente Ignatio in Germaniam stabili designatione redire iussus, fel. rec. Paulo III, Decessori Nostro, ut olim Beato Gregorio II, Praedecessori etiam Nostro sanctus Bonifatius, humillime se sistit, Apostolicam benedictionem impetraturus. Felix profecto Pontifex, cui contigit duos e Societate Iesu, a se approbata, insignes apostolos, quorum laus est in Ecclesia, sua auctoritate instruere, sua benedictione munire: Franciscum Xaverium et Petrum Canisium !

[1] IOAN., XXI, 15.

[2] *Born.,* X, 15.

Hic, vocatione mystica per Romani Pontificis missionem confirmata, iter statim arripuit; sed Bononiae, Superiorum iussu, tantisper constitit, ut theologiae lauream consequeretur. Qua, facto periculo, feliciter obtenta, et magisterii insignibus a Cardinali Ioanne Maria Dei Monte, mox Iulio III futuro, sollemni ritu acceptis, Alpes transcendit et Ingolstadium petiit, exeunte anno Domini millesimo quingentésimo quadragesimo nono.

Divinae gloriae amplificandae unice intentus, dici vix potest, quot per annos amplius quadraginta labores susceperit, aerumnas pertulerit. Cunctas fere Germaniae regiones, Bavariam praesertim et Pranconiam, itemque Austriam et Bohemiam atque Helvetiam religionis causa peragravit; omne hominum genus saluberrimis institutis in multitudine et privatim excoluit, multasque civitates, vel ab haereseos contagione defendit, vel haeresi infectas catholicae fidei restituit.

In Ratisbonensi et in Augustano conventu Imperii proceres ad iura Ecclesiae tuenda et mores populorum emendandos excitavit. In colloquio Wormatiensi cum haereseos magistris disserens, tantam eruditionis copiam ac dicendi vim protulit, ut eos ad silentium adegerit. In Poloniam quoque ad conventum Petricoviensem a fel. rec. Paulo IV Summo Pontifice ire iussus, eamdem animi fortitudinem, infelici illius colloquii exitu minime debilitatam, ad finem usque servavit.

Primus a sancto Ignatio moderandae Superioris Germaniae Provinciae praepositus, domos et collegia multis in locis condidit, et evangélicos operarios ad errores evellendos, serendamque pietatem in omnem Germaniam misit. Dillingae in Bavaria huiusmodi collegii initia Deus ipse sacranda curavit, cum sanctus Stanislaus Kostka, a Deipara Virgine in Societatem Iesu vocatus, et Vindobona mirabili constantia Romam aufugiens, in itinere Canisium, Dillingae tunc commorantem, adiit. Hic seraphicum iuvenem ad eius vocationem tentandam per mensem retinuit, ac deinde Romam ad sanctum Franciscum Borgia, tertium Societatis Praepositum, remisit, apertis verbis declarans quantam de illo spem animo concepisset, quam profecto non fefellit eventus.

Concilio Tridentino, a fel. rec. Pio IV Decessore Nostro rursus convocato, Petrus Canisius, a Pontificiis Legatis vehementer expetitus, iterum interfuit, ibique eius in disserendo doctrina, in elucidandis quaestionibus consilii maturitas, in respondendo alacritas, in dicenda sententia gravitas ac constantia mirum in modum effulsit. Cuius celeberrimi Concilii felicem exitum absens deinceps non minus iuvit, quam promoverat praesens: nam, Tridento Augustam Vindelicorum ob gravissima religionis negotia redire coactus, et inde Oenipontem a Ferdinando Imperatore revocatus, ut in theologorum conventu sibi a consiliis esset, Ecclesiae in Concilio moderando

libertatem atque Apostolicae Sedis iura strenue simul et prudenter propugnavit. Quibus meritis bene cognitis, idem Decessor Noster Pius IV tanta affectus est laetitia, ut Franciscum Borgia, qui vicaria tunc potestate Societatem Iesu in Urbe regebat, ad se venire iusserit et Oanisium summis laudibus praedicans, cum sanctum filium absentem amplecti non posset, pro eo sanctum patrem peramanter amplexus sit. Cum Bomam deinde Beatus Petrus ob Societatis negotia venisset, Summus Pontifex ei in Germaniam redeunti commisit, ut decreta Concilii Tridentini episcopis et saecularibus principibus, Sanctae Sedis nomine, traderet et in morem ubique perducenda commendaret.

Ad alias quoque legationes a rec. me. Gregorio XIII, Decessore item Nostro, adhibitus, alacri semper et numquam fracto difficultatibus animo, gravissima religionis negotia tractanda suscepit ac, vel inter praesentia vitae discrimina, ad exitum feliciter perduxit.

In academiis sacrarum humanarumque disciplinarum studia, miserandum in modum collapsa, instauravit. Collegium Germanicum, adolescentibus filius regionis excipiendis educandisque in Urbe institutum, qui, bonis moribus rectisque doctrinis imbuti, in patriam reversi, fortes Christi milites pro Ecclesia dimicarent, omni ope provehere atque amplificare curavit.

Tot inter curas, mirum sane est eum tempus et vires invenisse ad tam multa tamque praeclara conscribenda, quae totam, vel operosissimi hominis, vitam omnino absorbere debuisse videantur. Omissis iis, quae adhuc manuscripta neque edita iacent (inter quae duo circiter millia concionum de rebus fidei et morum, triginta tribus voluminibus contenta), opera ab ipso vulgata amplius triginta numerantur. Contra Centuriatores Magdeburgenses, sancto Decessore Nostro Pio V iubente, apologiam de catholicis veritatibus historicam simul et theologicam aggressus est. Duo prima et, pro dolor, sola, ingentis molis volumina, quae communi titulo *De Verbi Dei corruptelis* inscribuntur, ea profecto sunt, ut giganteum opus heroica obedientia abruptum fuisse aequales dolerent, posteri doleant. Occasione sumpta a Ioannis Baptistae praedicatione, quam in primo volumine enarrat, eruditissimus Scriptor contra Centuriatores evincit ad internam iustificationem praeter fidem etiam bona opera esse necessaria; secundum autem volumen, quod in Beatae Mariae Virginis laudibus totum versatur, integram eamque copiosissimam de Deipara doctrinam complectitur, a Sacris Litteris et Catholica traditione desumptam. Per octingentas hasce paginas, praeter exquisitam scientiam, tenerrima, qua Beatus Petrus flagrabat, pietas in « Mariam Virginem incomparabilem et Dei Genitricem sacrosanctam » (ut eius verbis utamur), ingenuo quodam candore effunditur.

Quasi omnibus se profiteretur debitorem, omnibus hominum condicionibus utile ac sanum praebuit animi pabulum: pro eruditis viris editiones ampliores et, quantum tunc fieri potuit, criticas edidit operum S. Leonis Magni et S. Cyrilli Alexandrini, atque epistolarum S. Hieronymi; in usum puerorum *Principia grammatices* parare non est dedignatus ; ad pietatem in populo christiano fovendam, complures libellos composuit, qui *Lectiones et precationes, Institutiones et exercitamenta, Notae in evangélicas lectiones* inscribuntur; viris quoque primariis proposuit *Enchiridion pietatis, quo ad precandum Deum instruitur princeps catholicus.* Eamdem eruditionis et doctrinae copiam, idem indefessum divinae gloriae studium, eumdem animarum zelum redolent vere innumerae a Beato Viro de quibusvis, etiam gravissimis, negotiis conscriptae *Epistolae* (aliquas tractatus potius theologicos, vel asceticos dixeris), quas nuper editas octo omnino volumina complectuntur.

Nullum vero Beati Petri Canisii opus ubique gentium tantam habuit famam, quantam iure meritoque collegit eius *Summa doctrinae christianae.* Cum enim in Universitatibus Ingolstadiensi et Vindobonensi sacram theologiam doceret, persenserat Canisius huius libri necessitatem; facile igitur Ferdinando Imperatori, id ipsum hortanti, dociles praebuit aures, et anno millesimo quingentésimo quinquagesimo quarto pro academiis primum et scholis superioribus suam edidit *Summam,* maximo Episcoporum et Theologorum plausu, nec minore Ecclesiae utilitate. Dilucide et presse confectus, genuinum catholicum magisterium nusquam non exprimens, dici vix potest quantum ad clericos recte instituendos et ad errores refellendos hic liber ad nostra fere usque tempora iuverit. Aequalem, ne dicamus maiorem, doctissimo Auctori pepererunt famam minores et minimi, qui vocantur, *Catechismi,* ex *Summa,* pro scholis inferioribus et pro parvulis elementarium scholarum discipulis, opportune excerpti. Vivo Canisio bis centies huiusmodi libelli editi sunt, et innumeris propemodum editionibus post eius mortem in vulgus diffusi, non in Germania solum, sed in tota fere Europa, in viginti circiter linguas translati.

Non defuit qui Canisii *Summam* cum *Sententiarum Libro* compararet, nec qui Beatum *Catechismi* auctorem talem pro Occidente, qualem S. Cyrillum Hierosolymitanum pro Orientali Ecclesia, fuisse diceret. Beatum quoque Bobertum Bellarminum doluisse ferunt, quod sero Canisii *Catechismum* noverit: si prius cognovisset, suum se non editurum, sed illum in italicum sermonem conversurum fuisse.

Tot tantisque curis, itineribus, laboribus distentus, Beatus Dei Famulus animum semper collectissimum et cum Deo coniunctissimum gerebat;

domi autem cum versabatur, multas quotidie horas, interdum noctis etiam partem, orationi tribuere in deliciis habebat, lacrimis plerumque perfusus et ita a sensibus abductus, ut haud facile ad humanae vitae necessitudines revocaretur. Deiparae Virginis, ut supra significavimus, studiosissimus cultor, Marianas Sodalitates non modo pro iuvenibus, sed pro variis quoque civium ordinibus ubique instituendas curavit. Corporis affiictationi semper deditus, cruentas haud raro asperitates in se exercebat, vigiliis ac ieiuniis saepe quasi armis utens, ad difficultates in sacro ministerio sibi obsistentes citius et melius superandas. Mortificatione ac patientia insignis ad exemplum, nullis unquam neque contumeliis, neque minis, neque ipsa capitis dimicatione ab inceptis deterreri potuit. Ea vero erat humilitate, ut Vindobonensem episcopatum semel atque iterum oblatum constantissime recusaret, et vix adduci potuerit ut illius Ecclesiae procurationem susciperet Apostolica auctoritate a Iulio III Romano Pontifice ei ad annum demandatam. Enixis autem precibus plurimisque lacrimis sanctae memoriae Antecessorem Nostrum Pium V obsecravit, ut a consilio desisterei, eum in Sacrum Purpuratorum Patrum Collegium cooptandi. Cum autem ille de se tam demisse sentiret, magni fiebat ab omnibus quotquot tunc erant inter catholicos, civili, vel ecclesiastica potestate fulgentes, quatuor praesertim Summis Pontificibus apprime carus et a Ferdinando Imperatore, ab Alberto Bavariae Duce aliisque Principibus Viris expetitus. Qui vero tunc in Ecclesia sanctitatis laude florebant, singulari eum amicitia prosequebantur: nam, ut sanctum Ignatium aliosque eiusdem aetatis e Societate Iesu Sanctos, vel Beatos et, quem plus semel iam commemoravimus, sanctum Pium V omittamus, Carolus Borromaeus et Philippus Nerius et alii complures pietate insignes magno in pretio eum habuerunt et summis laudibus extulerunt.

Ignatii Patris monitis institutus, obedientiam in primis coluit; cuius virtutis praeclara per totam vitam praebuit exempla, sed tunc praesertim cum, laboribus magis quam aetate fractus, facta ei omnem regiminis titulum et potestatem deponendi facultate, quibusvis Superiorum, vel inopinati^ ingratisque, dispositionibus libens laetusque se subiecit.

Ultimam laboríosissimae vitae partem Friburgi in Helvetia transegit et incredibile quantum ibidem ad maiorem Dei gloriam, animarum multarum salutem, fidem in compluribus pagis, vel conservandam, vel restaurandam, per annos septemdecim integros gessit. Gravissimo tandem morbo correptus, ad optatum finem magnis itineribus se properare sensit. Sanctis Ecclesiae Sacramentis rite munitus, in eadem urbe in osculo Domini, adstante, ut pie creditur, ipsa Domini Matre, quievit anno salutis millesimo

quingentésimo nonagésimo septimo, aetatis suae septuagesimo septimo, die vigesima prima decembris, quo die Sancti Thomae Apostoli festum agitur.

Illi, vita functo, tamquam communi patri universa civitas, concursu prope incredibili et multis lacrimis, parentavit. Primum in maiore urbis templo, Sancto Nicolao dicato, venerandum corpus est conditum; unde post annos duodetriginta in templum Sancti Michaelis, Collegio Societatis Iesu contiguum, honorifice translatum est, ubi ad hoc usque tempus pie colitur.

Statim ab eius obitu, Petri Canisii nomen et sepulchrum miraculorum fama tota septentrionali Europa inclaruit. E quibus, praeter ea, quae ab hac Apostolica Sede pro Venerabilis Viri beatificatione approbata infra commemorabimus, nonnulla alia hic significasse sufficiat, ut omnibus notum sit quam copiosam Deus retribuat gloriam iis, qui sanctissimum Eius Nomen totis viribus in terris glorificare studuerunt.

Cum in templo S. Nicolai sacrum Canisii corpus, antequam sepulchro conderetur, communi civium venerationi expositum esset, pia quaedam mulier Friburgensis, iamdudum insanabili epiléptico morbo laborans, in templum venit, haec intra se, sicut evangelica illa mulier, magna cum fiducia revolvens: « Si tetigero tantum vestimentum eius, salva ero »[1] Sed, impedita prae turba quominus ad Dei Famulum propius accederet, totam illam noctem, clam in templo delitescens, apud sacras exuvias, iam tumulo inclusas, in oratione permansit; nec frustra: nam, illucescente die, domum rediit prorsus sanata, et ab illo morbo, donec vixit, semper deinceps immunis.

Ad idem gloriosum sepulchrum puella surda mutaque nata auditum et loquelam recuperavit.

Mulier, Simona Toba nuncupata, invocato Canisii patrocinio, oculi, ex quo laborabat, lumen recepit.

Ursulina quaedam, pia monialis, ab apoplectico morbo aliisque infirmitatibus illico et perfecte sanata est.

Canisio deprecatore, compluribus aliis insanabilibus morbis efficax remedium allatum, terribile etiam incendiiim mirabiliter extinctum.

Invalescente igitur cum sanctitatis tum miraculorum fama, annis millesimo sexcentésimo vigesimo sexto et millesimo sexcentésimo trigesimo, sacrorum Antistites Lausannensis et Frisingensis operam dederunt ut de Petri Canisii vita et virtutibus et prodigiis ordinaria quaestio insti-

[1] MATTH., IX, 21.

tueretur. Verum, suborti bellorum tumultus, quominus haec causa progredi posset, omnino prohibuerunt.

Compositis paulisper rebus, anno millesimo septingentésimo trigesimo, novas dederunt Summo Pontifici postulatorias litteras Carolus VI Augustus, aliique Imperii proceres atque Episcopi, Apostolicam Sedem exorantes ut strenuissimo catholicae fidei propugnatori Caelitum honores tribuerentur. His permotus Praedecessor Noster Clemens XII, fel. rec, de Venerabilis Petri Canisii causa apud S. Rituum Congregationem introducenda chirographum subscripsit. Tunc Apostolica auctoritate inquiri coepit de virtutibus, quibus Dei Famulus enituisset; sed, turbulentissimis deinde rei sacrae et publicae excitatis tempestatibus, huius Causae cursus diu intermissus mansit.

Fel. demum rec. Gregorius Papa XVI, Praedecessor quoque Noster, die vigesima octava ianuarii anni millesimi octingentesimi quadragesimi quarti, praehabita cum Consultorum tum Patrum Cardinalium S. Eituum Congregationis affirmativa sententia, rite edixit: « Ita constare de Virtutibus « theologalibus et cardinalibus earumque adnexis in gradu heroico Ven. « Servi Dei Petri Canisii, Sacerdotis professi Societatis Iesu, ut tuto pro« cedi possit ad ulteriora, nimirum ad discussionem quatuor miraculorum ».

Itaque haec de miraculis quaestio institui coepit, atque, post solita antepraeparatoria et praeparatoria comitia, annis millesimo octingentesimo sexagesimo et sexagesimo secundo habita, in Aedibus Vaticanis die duodecima ianuarii anni millesimi octingentesimi sexagesimi quarti Generalis Congregatio secuta est, in qua cum cl. me. Constantinus Cardinalis Patrizi, Causae Relator, coram fel. rec. Pio Papa IX, Praedecessore etiam Nostro proposuisset dubium: «An et de quibus miraculis constet in casu et ad « effectum de quo agitur », Patres Cardinales et Consultores suam quisque sententiam aperuerunt. At de communi hoc suffragio idem Praedecessor Noster apostolicum distulit denunciare iudicium usque ad diem Patrocinio castissimi Deiparae Sponsi sacrum, die decimo septimo aprilis eiusdem anni; quo die, Eucharistico sacrificio ad Vaticanas Aedes oblato, postquam in Patriarchali Liberiana Basilica altare consecrasset in hypogeo Confessionis, in proximo eiusdem Basilicae Sacrario, solemniter pronuntiavit: « Constare de quatuor miraculis in tertio genere, intercessore Venerabili « Petro Canisio, a Deo patratis; scilicet de primo: Instantaneae perfectaeque « sanationis Elisabethae Vanderweit a lethali hepato-emphraxi, quae in « abscessum migraverat, teterrimis stipata symptomatibus; de secundo: « Instantaneae perfectaeque sanationis Annae Mariae Kern ab chronica « rheumatalgia, quae, in insanabilem arthritidem conversa, mortem porten-

« debat; de tertio: Instantaneae perfectaeque sanationis Margaritae Allaz « a labe confirmata et incurabili post diuturnum puimonis morbum; de « quarto: Instantaneae perfectaeque sanationis Mariae Annae Buman a « paralysi, post ingestum venenum, saevissimis convulsionibus stipata ».

Post haec, nihil aliud eximio huic Famulo Dei ad laudis culmen in Ecclesia promerendum deerat, nisi ut penes Sacrorum Rituum Congregationem proponeretur dubium: « An, stante approbatione virtutum et mira« culorum, *tuto* procedi posset ad Beatorum honores Venerabili Petro « Canisio sanciendos ». Quo favorabiliter resoluto, idem Pontifex, anno millesimo octingentesimo sexagesimo quarto, postquam in Patriarchali Archibasilica Lateranensi, die vigesimo quarto mensis iunii, quo Sancti Praecursoris memoria colitur, sacro adstante Patrum Cardinalium Collegio, Missae Pontificali interfuisset, in proximo eiusdem Archibasilicae sacrario, rite ac solemniter decrevit: « *Tuto* procedi posse ad solemnem Venerabilis « Petri Canisii Beatificationem ». Quod decretum publici iuris fieri, et in Sacrorum Rituum Congregationis acta referri iussit, Litterasque Apostolicas, in forma Brevis, de Beatificationis solemniis in Patriarchali Basilica Vaticana quandocumque celebrandis, expediri mandavit. Breve autem ipsius Beatificationis datum fuit in Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die secunda mensis augusti, anno millesimo octingentesimo sexagesimo quinto. Beatificationis vero solemnia in Vaticana Aede Beati Petri die vigesimo novembris eiusdem anni celebrata sunt.

Quinquagesimo septimo anno nondum expleto, ex quo Petrus Canisius Beatorum Caelitum honoribus auctus erat, causae *reassumptio* a fel. rec. Benedicto Papa XV, proximo Decessore Nostro, die vigesima mensis martii anni millesimi nongentesimi vigesimi primi, Apostolica auctoritate decreta est.

Duae autem, quae sequuntur, a Causae Postulatore propositae sunt prodigiosae sanationes, a Deo, Beato Canisio deprecante, in dioecesi Ruremondensi in Neerlandia patratae, ut super iisdem institueretur actio.

Primum ex his miraculis contigit Sorori Ignatiae Walburgae Schneller, e Congregatione a Caritate S. Francisci. Haec, ab infantia infirma semper utens valetudine, tertio fere, aut quarto quoque anno aegrotare solita, convulsionibus etiam aliquando in puerili aetate obnoxia, ab undecimo usque ad vigesimum annum singulis fere mensibus vehementer e genibus laborabat. Annum agens septimum supra vigesimum, Religiosae Congregationi a Caritate S. Francisci nomen dedit, in eaque, expleto tirocinio, die decimonono decembris anno millesimo octingentesimo nonagésimo sexto religionis vota nuncupavit. Typho, quem vocant, primo religiosae vitae

anno, correpta et viribus pene confecta, trigesimo aetatis anno erythomate, quod morbillorum speciem praeseferebat, tentata est. Anno millesimo nongentesimo quarto, inopinate sanguinem evomuit, qui utrum a pulmonibus, an ex stomacbo proveniret duo medici statuere incassum conati sunt. Brevi ex hoc morbo convaluit viresque corporis recuperavit, sed, insequenti anno, cum copiosiorem sanguinis emptionem iterum passa esset, plures exinde ei molestiae, vehementes alvi dolores, vomitus frequentes, aliaque id genus incommoda obvenerunt, in dies percrebescentia. Anno demum millesimo nongentesimo decimo, medici auxilium invocandum fuit. Hic, Sororem Ignatiam hernia « incarcerata », ut aiunt, laborare ratus, chirurgicam sectionem expertus est, ex qua, praeter expectationem, aegrotant tuberculosi intestinali affectam esse, apparuit. Quapropter Doctor Bembauts, qui chirurgicam operationem peregerat, partem tuberculosi morbidam auferendam duxit. Post hanc chirurgicam sectionem Soror Ignatia aliquot annorum spatio aliquantulum melius se habuit, integra tamen valetudine minime recuperata. Etsi enim maximas adhiberet cautelas cibosque nonnisi leves sumeret, anno millesimo nongentesimo decimo quinto, crebris vomitionibus ac vehementibus alvi doloribus rursus premi coepit, interdum vix, aut ne vix quidem, recto corpore incedere valens: quae quidem infirmitates, ineunte anno millesimo nongentesimo vigesimo primo, adeo auctae erant, ut Ignatia nullum iam cibum, ne liquidum quidem, continere posset, et lectulo affixa, ob pectoris ac dorsi dolores resupina iacere cogeretur. Doctor Kettler, qui eam diligenter inspexerat, de acuta intestinorum tuberculosi agi ideoque nova sectione chirurgica opus esse edixit. Periti vero, postea ex officio deputati, Doctores Henricus Pomponi, Albertus Ciotola et Nicolaus Gentile, Sororem Ignatiam occlusione intestinali chronica ex affectione tuberculari laborasse declararunt.

Cum iam omnia remedia humana inutilia evasissent, et mors adventare videretur, Soror Maria Cornelia Casimir, Generalis Antistita, divinam opem,. interposito Beati Petri Canisii patrocinio, implorare constituit. Eius reliquiis a Patribus Societatis Iesu obtentis, novendialis in monasterio supplicatio instituta est, Missis in hunc finem quotidie celebratis et fervidis precibus fusis. Nec frustra: statim ac Beati reliquiae Sorori aegrotanti applicatae sunt, haec melius se habere sensit, et opinione citius perfectae sanitati restituta est, omni gravissimi morbi vestigio deleto.

Alterum miraculum accidit in Collegio S. Ignatii, quod habet Societas Iesu Valkenburgi, in oppido Neerlandiae, in dioecesi Buremondensi. Prater Petrus Schmitz, Scholasticus ex eadem Societate, annum agens quartum supra vigesimum, vix ab « influentiae » morbo, quem vulgo ap-

pellant, convaluerat, cum, paucis post diebus, die duodecima ianuarii anni millesimi nongentesimi vigesimi secundi iterum aegrotare coepit, sed morbo longe graviore, id est angina cum abseessu coniuncta. Arcessito medico et abseessu inciso, aegrotus aliquod levamen inde persensit, et febris recedere visa est. At ecce, praeter spem morbus mox ingravescit, febris maiore impetu redit, acres artuum et dorsi dolores per brachia, manus, pedes, latera migrantes obveniunt, magna quoque cordis debilitas, spirandi difficultas, ciborum fastidium, lucis impatientia, pulsus tenuis, irregularis, citatissimus. Qui aegroti curationem susceperant, Doctores Hapig et Kettler, his morbi notis perpensis et collatis consiliis, de « sepsi » agi persuasum habuerunt. Quod duo a curatione medici de lethali « sepsi » edixerunt iudicium, hoc postea periti quoque ex officio vocati, Doctores Franciscus Xaverius Armellini, Franciscus Pagano et Boleslaus Madeyski diserte confirmarunt. Ob aegritudinis indolem et gravitatem, Doctor Kettler, nullam salutis spem superesse ratus, seri iniectionem proposuit, quae tamen, semel atque iterum peracta, optato exitu caruit; et aegrotus, ad finem properare visus, morientium Sacramentis munitus est. Omni igitur humano auxilio deficiente, infirmus eiusque sodales intercessionem Beati Petri Canisii fidenter invocarunt, novendiali supplicatione inchoata. Collegii Rector articulum digiti Beati Petri aegrotanti obtulit, qui deinceps semper ante pectus eas reliquias gestabat. Absoluta novendiali supplicatione, febris iterum augeri coepit, et medici de bono morbi exitu desperandum asserebant. Iteratis per alios novem dies precibus, et Missae sacrificio iisdem diebus oblato, aegrotus saepius in die exhibitas sacras reliquias deosculans, easque infirmis corporis partibus, ac praesertim cordi, applicans, pro Beati Petri Canisii canonizatione, addita recitatione trium «Ave, Maria », quotidie preces fundebat. Deus autem spem aegroti eiusque Beligiosorum sodalium ad irritum non redegit. Nam, Beato Canisio deprecante, •factum est ut, qui die septimo februarii morti proximus videbatur, hic subsequenti die, mane, inopinato extra periculum esset, et illico fere integrae sanitati restitutus.

Legitime vero recognita validitate processus auctoritate Apostolica in Curia Ecclesiastica Ruremondensi instructi super his miraculis in specie, quae post indultam Beato Petro Canisio venerationem supervenerant, de duabus sanationibus supra memoratis semel atque iterum disceptatum est apud S. Rituum Congregationis Consultores, audientibus de more in Coetu praeparatorio Cardinalibus eidem Congregationi praepositis. Deinde Generalis Congregatio locum habuit coram Nobis die vigesima quarta mensis martii huius anni, in qua cum Consultores, tum Patres Cardinales respon-

derunt: « Constare de duabus propositis sanationibus ». Unum supererat disputandum: «An, supposita duorum miraculorum approbatione, *tuto* « procedi posset ad solemnem Beati Petri Canisii Canonizationem »; et eodem die in eodem conventu unanime suffragium quotquot convenerant emiserunt: « *Tuto* procedi posse ». Nos vero adstantes enixe admonuimus, ut Nostris suas preces adiungerent ad caelestis consilii munus in re tam gravi implorandum. Tandem die vigesima nona eiusdem mensis et anni solemniter ediximus: « Constare de duobus propositis miraculis, nempe de « primo: Instantaneae periectaeque sanationis Sororis Ignatiae Walburgae « Schneller ab occlusione intestinorum, ex affectione tuberculari; de secundo: « Instantaneae perfectaeque sanationis Fratris Petri Schmitz a lethali sepsis « morbo »; et insuper decrevimus : « *Tuto* procedi posse ad solemnem Beati « Petri Canisii Canonizationem ».

His peractis, Praedecessorum Nostrorum exemplis inhaerentes, die trigesima mensis martii huius anni dilectos filios Nostros S. B. E. Cardinales apud Nos convocavimus in Consistorium secretum, in quo venerabilis frater Noster Antonius Cardinalis Vico, Episcopus Portuensis et S. Bufinae, Sacrorum Bituum Congregationi Praefectus et Causae huic procurandae praepositus, novensilis Sancti gesta singillatim ac perspicue exposuit magnoque omnes studio incendit, ut ad legitimam huius Causae absolutionem deveniretur. Paulo post, nempe die secunda mensis aprilis, Consistorium publicum celebratum est, in quo Cardinales et ahi omnes, qui aderant, libentissime aures praebuerunt iis, quae praeclara oratione dilectus filius Iosephus Biroccini, Nostrae Consistorialis Aulae advocatus, de Beato Canisio disseruit.

Interea curavimus ut venerabiles fratres Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi de tanta solemnitate per litteras ad hoc datas adnumerentur, quo, si facultas esset, sententiam et ipsi prolaturi, Nobis adstarent. Quorum cum non pauci in Urbem convenissent, omnes, re penitus explorata tum ex iis, quae in memorato Consistorio publico peracta fuerant, tum ex actis Sacrae Bituum Congregationis, quorum exemplar unicuique traditum est, in Consistorio, quod semipublieum vocant, habito die vigesima secunda aprilis in eamdem, quam S. B. E. Cardinales, sententiam iverunt de Beati Canisii memoria summis honoribus consecranda. Cuius rei publica instrumenta a dilectis filiis Sedis Apostolicae Notariis exarata in tabularium S. B. C. deferri mandavimus.

Solemni igitur Canonizationi huic celebrandae diem praefiximus vigesimam primam mensis maii huius anni, qua gloriosam Bedemptoris Nostri in caelos Ascensionem recolimus. Interea, fideles sumus vehementer cohortati ad ferventes preces ingeminandas, in iis praesertim sacris aedibus, in

quibus Ssmum Sacramentum publice adorandum ex praescripto proponeretur, ut et ipsi ex tanta caeremonia fructus uberiores pereiperent, Nobisque, in tam gravi officii Nostri munere, Spiritus Paraclytus benignus adesset. Quum autem optatissima dies advenerit, omnes cum saecularis, tum regularis cleri Ordines, omnes Romanae Curiae Praesules et Officiales, omnes denique qui in Urbe aderant venerabiles fratres S. R. E. Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates in Vaticanam Basilicam magnifico cultu ornatam convenerunt; Nosque, iis omnibus solemni supplicatione praeeuntibus, eamdem Basilicam ingressi sumus. Tunc vero venerabilis frater Antonius Cardinalis Vico, S. Rituum Congregationi Praefectus et Causae huic procurandae praepositus, perorante dilecto filio Augusto Milani, Nostrae Consistorialis Aulae advocato, vota Nobis et preces detulit Sacrorum Antistitum universaeque Societatis Iesu, ut Beatum Petrum Canisium in Sanctorum numerum referremus. Quod cum iterum tertioque praefatus Cardinalis, per eumdem Consistorialis Aulae advocatum, instantius ac instantissime egisset, Nos tandem, Paraclyti Spiritus lumine f erventer implorato, et Immaculatae Virginis, Angelorum ac Sanctorum omnium patrocinio confisi, « ad honorem Sanctae et Individuae Trini-
« tatis, ad catholicae fidei incrementum et decus, auctoritate Domini Nostri
« Iesu Christi, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura
« deliberatione et voto Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardi-
« nalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum, Beatum Pe-
« trum Canisium, Sanctum esse decrevimus et definivimus ac Sanctorum
« catalogo adscripsimus et, ex S. Rituum Congregationis consulto, uni-
te versalis Ecclesiae Doctorem declaravimus, statuentes ab Ecclesia uni-
ci versali Eius memoriam quolibet anno die vigesima septima aprilis, pro
« die Eius natali vigesima prima decembris, inter Sanctos Confessores non
« Pontifices atque Universalis Ecclesiae Doctores pia devotione recoli et
« in Martyrologio notari debere ». Gratiis deinde ob tantum beneficium Deo actis, ad altare accessimus incruentum Sacrificium oblaturi, atque post Evangelicam lectionem quotquot aderant allocuti sumus, eosdem hortantes ut de tanta solemnitate fructus quam uberrimos caperent, et novi Sancti patrocinium apud Deum interponerent, ut Nos et universam Ecclesiam protegat « a conventu malignantium, a multitudine operantium ini qui-
ce tatem ».[1] Denique Apostolicam benedictionem et plenariam indulgentiam peramanter in Domino impertivimus atque Apostolicas hasce Litteras Decretales sub plumbo expediri mandavimus.

i *Ps. LUI,* 3.

Nunc autem felici nuntio universus christianus populus exsultet et Sanctae Matri Ecclesiae gratuletur, quae, Divini Spiritus munere, tantum filium ad Domini Nostri Iesu Christi gloriam et fidelium praesidium protulerit. Exsultet et inclyta Societas Iesu, quae tot se caelis dedisse incolas, tot Ecclesiae insignes viros, evangelicam veritatem scriptis et laboribus acriter defendentes, in Domino gloriari merito possit.

Sancti Petri Canisii virtutes, humilitatem, obedientiam, castitatem, diligentiam atque constantiam in propriis officiis obeundis, fidem praesertim operosissimam et erga hanc Apostolicam Sedem firmissimam fidelitatem colant christifideles cuncti et imitentur. Praeclaram eius memoriam, hisce Litteris consecratam, integram conservate, quotquot estis Ecclesiae filii, ut Iesu Christi amor in cordibus vestris in dies magis exardescat et « exspoliantes vos veterem hominem cum actibus suis » novum induatis, « eum qui renovatur in agnitionem secundum imaginem Eius, qui creavit « illum ».[1]

In primis vero Canisium imitentur, qui, sacerdotio aucti, clarissimum in eo habent exemplar sacerdotalis sanctitatis cum doctrina sociatae; in eum respiciant, ab eoque discant quibus ornari debeat virtutibus optimus quisque ac sedulus in vinea Domini operarius, qui totam vitam suam ad hoc dirigat, ut regnum Dei in dies amplificetur ac populus Deo serviens et merito augeatur et numero.

Quod denique Nobis maxime cordi est, quod, praepotentibus Sancti Petri Canisii precibus confisi, haud temere Nobis sperandum putamus, hoc Nobiscum omnes orando impetrare conentur: ut cunctae Dominicae oves, quotquot a vero Christi ovili longe aberrant, Boni Pastoris eiusque, quamvis indigni, in terris Vicarii vocem audiant, et ad salutifera veritatis pascua redire properent, divinam eamque infallibilem promissionem iam nunc in se feliciter complentes: « Et fiet unum ovile et unus Pastor »![2]

Omnibus itaque, quae erant inspicienda, rite perpensis, omnia et singula praedicta certa ex scientia et Apostolicae potestatis plenitudine confirmamus, roboramus, atque iterum statuimus, decernimus, universaeque Catholicae Ecclesiae denunciamus; mandantes praeterea ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae hisce Litteris haberetur, si originaliter exhibitae, vel ostensae forent.

[1] *Coloss.*, III, io.

[2] IOANN,, X, 16.

Nemini ergo has Litteras Nostras definitionis, mandati, decreti, relaxationis et voluntatis infringere, vel eis contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quinto, die vigesima prima mensis maii, Pontificatus Nostri anno quarto.

£g Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



£8 **Ego** VINCENTIUS **Episcopus Ostiensis et Praenestinus Cardinalis** VANNUTELLI, **Sacri Collegii Decanus, Datarius.**

£8 **Ego** CAIETANUS **Episcopus Sabinensis Cardinalis** DE LAI.

£8 **Ego** ANTONIUS **Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis Vico.**

£8 **Ego** IANUARIUS **Episcopus Albanensis Cardinab's** GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE.

£8 **Ego** BASILIUS **Episcopus Veliternus Cardinalis** POMPIIJ.

£8 **Ego** IOSEPH **tituli SS. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis** FRANCICANAVA DI BONTIFÉ,

£8 **Ego** RAPHAEL **tituli S, Praxedis Presbyter Cardinalis** MERRY DEL VAL,

£8 **Ego** OCTAVIUS **tituli S, Laurentii et Damasi Presbyter Cardinalis** CAGIANO DE AZEVEDO.

£8 **Ego** PETRUS **tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis** GASPARRI, **a Secretis Status.**

£8 **Ego** ANTONTUS **tituli SS. Marcellini et Petri, Presbyter Cardinalis** MENDES BELLO.

£8 **Ego** FRANCISCUS **tituli S. Pudentianae Presbyter Cardinalis** BOURNE.

£8|**Ego** GULIELMUS **tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis** VAN ROSSUM.

£8 **Ego** MICHAEL **tituli S. Eustachi! Presbyter Cardinalis** LEGA.

£8 **Ego** AIDANUS **tituli S. Mariae in Porticu Presbyter Cardinalis** GASQUET.

£8 **Ego fr.** ANDREAS **tituli** SS. **Cosmae et Damiani Presbyter Cardinalis** FRÖHWTRTH, **Maior Poenitentiarius.**

£8 **Ego** RAPHAEL **tituli** S. **Hieronymi Illyricorum Presbyter Cardinalis** SCAPINELLI DI LÉGUIGNO.

£8 **Ego** VICTORIUS AMADEUS **tituli** S. **Priscae Presbyter Card.** RANUZZI DE BIANCHI.

£8 **Ego fr.** THOMAS PIUS **tituli** SS. **Quirici et lulittae Presbyter Card.** BOG-GIANI.

£8 **Ego** FRANCISCUS **tituli** S. **Marcelli Presbyter Cardinalis** BAGONESI.

£8 **Ego** MICHAEL **tituli** S. **Anastasiae Presbyter Cardinalis** DE FAULHABER.

£8 **Ego** DIONYSIUS **tituli** SS. **Nerei et Achillei Presbyter Cardinalis Dou-**GHERTY.

£8 **Ego** CAROLUS IOSEPH **tituli** SS. **Quattuor Coronatorum Presbyter Cardinalis** SCHULTE.

£8 **Ego** IOANNES **tituli** S. **Susannae Presbyter Cardinalis** BONZANO.

£g **Ego** CAIETANUS **Sanctae Agathae Protodiaconus Cardinalis** BISLETI.

£8 **Ego** LUDOVICUS S. **Mariae in Via Lata Diaconus Cardinalis** BILLOT.

£8 **Ego** CAMILLUS S. **Mariae Scalaris Diaconus Cardinalis** LAURENTI.

£8 **Ego** IOSEPH S. **Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis** MORI.

£8 **Ego** FRANCISCUS S. **Caesarii in Palatio Diaconus Cardinalis** EHRLE.

£8 **Ego** ALOISIUS **S. Georgii ad Velabrum Diaconus Cardinalis** SINCERO.

£8 **Ego** EVARISTUS **S. Adriani Diaconus Cardinalis** LUCIDI.

£8 **Ego** AURELIUS **S. Angeli in Foro Piscario Diaconus Cardinalis** GALLI.

O. CARD. **CAGIANO**
8. B. B. Cancellarius.

£B **A.** CARD. **VICO**
Ep. Portuen. et 8. Bufinae, 8. B. C. Praefectus:

«

Ioseph Wilpert, *Decanus coli. Prot. Apost.*
Ioannes Zani-Caprelli, *Prot. Apost.*

Loco £g Plumbi.

Reg. in Cane. vol. XXXI. n. 15.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

VEN. DEI FAMULI LAURENTIUS IMBERT EPISCOPUS CAPSENSIS ET SOCII BEATI RENUNTIANTIS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — E Christi latere egressa, ac pretioso deinceps martyrum cruoie omni tempore purpurata Ecclesia, vel hoc ipso strenuae caritatis miraculo divinam originem prodit. Quod si, ut scribit Tertullianus, « sanguis martyrum semen est christianorum » licet Ecclesiae gloriari, semen illud ad haec usque tempora fuisse effusum uberrime et agrum Dominicum abunde fecundasse. Medio etiam saeculo decimono Coreana regio in Sinensi Imperio plurimorum ferax martyrum exstitit et, ad sempiternum Sanctae Ecclesiae decus, praestantissimis Christi militibus coronas multas comparavit et palmas. Excitato enim in illis partibus dirissimo insectationis turbine adversus Christi religionem, feliciter illuc invectam, Venerabilis Prater Laurentius Imbert, Episcopus titularis Capsensis, Servi Dei Petrus Maubant et Iacobus Chastan, sacerdotes Europaei, Andreas Kim, sacerdos Coreanus, ipsorum alumnus, pluresque alii fideles gloriosum martyrium fecerunt ab anno MDCCCXXXIX ad annum usque MDCCCXXXXVT, quo postremi interfecti sunt. Venerabilis Laurentius Imbert, ad Aquas Sextias in Gallia Narbonensi ortus, vix emenso studiorum curriculo et sacerdotio initiatus, in Societate Parisiensi Missionum ad exteras gentes, ardenti desiderio flagrans nunciandi gentibus Evangelium,' anno MDCCCXX Sinense Imperium petiit, et provinciam Su-Tchuen Apostolicis laboribus plures annos lustravit. Dein, ob eximia merita episcopali dignitate auctus, Coreanam nactus est Missionem, asperrimam quidem et difficultatum plenam. Sed omnia vicit, caritate in Deum et proximos ductus, itinera impervia, caeli inclementiam, rerum necessariarum penuriam, ethnicorum pervicaciam; uberesque iam in Dominico agro fructus collegerat, cum, paganorum odio in apertam rabiem converso, optimus Pastor pro ovibus suis vitam in discrimen dare non dubitavit. Passionis socii fuerunt ei Petrus Maubant et Iacobus Chastan, sacerdotes, ambo in Gallia nati, et eiusdem Societatis Parisiensis alumni, provehendi catholici nominis studio in Coream appulsi, atque impigri divini verbi praecones, qui pro populi salute semetipsos insectatoribus obtulerunt et, a militibus capti, una cum Episcopo suo in vincula publica coniecti sunt. Coram Praefecto saevissimis excruciati tormentis et virgis caesi ut christianorum nomina

proderent, tandem securi eodem die percussi, tres inclyti héroes, qnam cupide expetiverant, palmam adepti sunt undecimo Kalendas Octobres anno MDCCCXXXIX. His accensendus est alius sacerdos in Corea natus, nomine Andreas Kim. Hic a Venerabili Servo Dei Petro Maubant sacris disciplinis excultus, ob praeclara animi ingeniique ornamenta dignus habitus est, qui ad Ordines promoveretur et, sacerdotio auctus, strenue Missionariis adfuit saeviente insectatione; et post illorum martyrium, dum alios studet in Coream accire sacros praecones, a satellitibus correptus, etiam in vinculis in Evangelii praedicatione perseveravit impávidas, donec, abscisso capite, gloriosam et ipse palmam adeptus est. Percussis ita Pastore eiusque ministris, acrior in fideles osorum christiani nominis ira conflagravi^ sed tunc generosa Christi pugilum manus praeclara antiquorum Martyrum facinora aequavit. Animus meminisse horret atrocitatem simpliciorum, quae, mirabili ac flecti nescia constantia, iidem invicta fidei adsertores perpessi sunt. Durissimo huic certamini ipse fidei nostrae auctor Christus Dominus adfuisse visus est, qui, teste Sancto Cypriano Episcopo et Martyre, « praeliatores et adsertores sui nominis in acie confirmavit, erexit, qui pugnavit et vicit in servis suis ». Septuaginta quinque fuerunt hi fortissimi héroes, quos inter catechistae plures, nobiles et populares, iuvenes et senes, maturae mulieres et florentes aetate ac forma puellae numerantur, qui carceres, cruciatus, ignes, ferrum, extrema omnia perpeti maluerunt quam a sanctissima religione desciscere. Atqui ad tentandam eorum in fide perseverantiam exquisitissima barbari carnifices tormenta adhibuerunt. Aliis elisum laqueo guttur, crura aliis verberibus contracta, alii ad mortem usque flagellis caesi, alii Gaudentibus laminis combusti sunt; alii ferarum more squalentibus in cavéis inclusi, mortalem hanc vitam cum immortali ac beata commutarunt. Tot ac tam dira supplicia omnes invicta fortitudine passi sunt. Ut ipsius Cypriani verbis utamur « Torti steterunt torquentibus fortiores, ac saevissima diu repetita plaga inexpugnabilem fidem expugnare non potuit ». Huius praeclarissimi triumphi longe lateque per christianum orbem fama percrebuit. Nec defuerunt de coelo signa. Martyrum quoque gloriam et decus auxerunt teterrimae poenae quibus plures e tyrannis tantarumque caedium ministris obnoxii fuerunt. Contra insperatae infidelium etiam nobilium conversiones satis superque probarunt sanguinem martyrum vere semen esse christianorum. Propterea inquisitionis confectis legitimis tabulis atque ad Urbem transmissis, et signata Commissione Introductionis Causae a rec. mem. Praedecessore Nostro Pio PP. IX per Decretum die XVII mensis septembris anno MDOCCLXXVT, de horum illustrium fidei adsertorum Martyrio penes Sacrorum Eituum Congregationem causa agi-

tari coepta est, quae longas subiit moras ob persecutionem adhuc in Corea saevientem. Tandem omnibus probationibus accurate perpensis, Nos per Decretum latum septimo Idus maias vertentis anni MDCCCCXXV de septuaginta novem horum Venerabilium Dei Servorum martyrio eiusque causa constare ediximus. Quoad signa, etsi non desiderarentur, dispensatum est. Ad actorum vero legitimam seriem perficiendam illud discutiendum supererai, num ipsi Venerabiles Dei Servi inter Beatos Caelites recensendi tuto forent. Hoc praestitit venerabilis frater Noster Januarius S. B. E. Cardinalis Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Albar nensis, Causae Relator, in generalibus Comitiis ipsius Sacrorum Rituum Congregationis habitis coram Nobis in Vaticanis Aedibus die xn mensis maii huius anni, omnesque tum Cardinales Sacris tuendis Ritibus praepositi, tum qui aderant Patres Consultores unanimi suffragio affirmative responderunt. Nos vero Nostram aperire mentem distulimus atque iterandas censuimus esse preces ut ad sententiam in tam gravi negotio ferendam divinae sapientiae praesidium Nobis compararemus. Verum feria tertia post Pentecosten huius sancti anni, Eucharistico litato Sacrificio, accitis adstantibusque VV. PP. NN. Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuen si et S. Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, et Ianuario S. R. E. Cardinali Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo Albanensi, Causae Relatore, nec non dilectis filiis Alexandro Verde, eiusdem S. RituumJCongregationis Secretario, atque Angelo Mariani, Sanctae Fidei Generali Promotore, ad sollemnem dictorum Martyrum Beatificationem tuto procedi posse decrevimus. Quae cum ita sint, Nos precibus permoti Societatis Parisiensis pro Missionibus ad exteras gentes, simulque annuentes votis Vicariorum Apostolicorum Coreae, qui illis in regionibus, ipsorum Christi Martyrum sanguine purpuratis, Dominico gregi advigilant, de consilio VV. FF. NN. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Sacris tuendis Ritibus praepositorum, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore facultatem facimus ut septuaginta novem Servi Dei, quorum nomina haec sunt: I. Laurentius Imbert, Episcopus Capsensis; IT. Petrus Maubant, sacerdos; III. Iacobus Chastan, sacerdos; IV. Andreas Kim, sacerdos; V. Augustinus Ni, catechista; VI. Barbara Kouen; VII. Agatha Ni; VIII. Damianus Nam, catechista; IX. Maria Ni; X. Petrus Kouen; XI. Agatha Ni; XII. Magdalena Kim; XIII. Barbara Han; XIV. Anna Pak; XV. Agatha Kim; XVI. Lucia Pak; XVII. Ioannes Baptista Ni; XVIII. Magdalena Ni; XIX. Magdalena He; XX. Theresia Ni; XXI. Barbara Ni, soror Magdalenae Ni; XXII. Barbara Ni, neptis eiusdem Magdalenae; XXIII. Martha Kim; XXIV. Lucia Kim; XXV. Anna Kim; XXVI. Rosa Kim; XXVII. Maria Ouen; XXVIII.

Ioannes Pak; XXIX. Maria Pak; XXX. Paulus Tyeng; XXXI. Augustinus Nyou; XXXII. Carolus Tjyo; XXXIII. Sebastianus Nam; XXXIV. Ignatius Kim; XXXV. Iulitta Kim; XXXVI. Agatha Tiyen; XXXVII. Magdalena Pak; XXXVIII. Perpetua Hong; XXXIX. Columba Kim; XL. Agnes Kim; XLI. Petrus Tchoi; X.LI1. Barbara Tjyo: XLIII. Magdalena Han; XLIV. Agatha Kouen; XLV. Agatha Ni; XLVI. Benedicta Hyen; XLVII. Elisabeth Tyeng; XL VIII. Caecilia Byou; XLIX. Barbara Ko; L. Magdalena Ni; LI. Maria Ni; LH. Augustinus Pak; LUI. Petrus Hong; LI.V. Paulus Hong; LV. Magdalena Sou; LVI. Ioannes Ni; LVII. Barbara Tchoi; LVIII. Paulus He; LIX. Petrus Ni; LX. Iosephus Tjyang; LXI. Protasius Tjyeng; LXII. Petrus Nyou; LXIII. Barbara Kim; LXIV. Lucia gibbosa; LXV. Catharina Ni; LXVI. Magdalena Tjyo; LXVII. Franciscus Tchoi, catechista; LXVIII. Andreas Tjyeng; LXIX. Theresia Kim; LXX. Stephanus Min, catechista; LXXI. Antonius Kim; LXXII. Carolus Hyen, catechista; LXXIII. Petrus Nam, catechista; LXXIV. Laurentius Han, catechista; LXXV. Iosephus Bim; LXXVI. Theresia Kim; LXXVII. Agatha Ni; LXXVIII. Susanna Ou; LXXIX. Catharina Tjyeng, omnes in odium fidei ab idolatris interfecti, Beati in posterum appellentur, eorumque corpora et lipsana, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferenda, publicae fidelium venerationi proponantur; atque illorum imagines radiis decorentur. Praeterea eadem auctoritate Nostra concedimus ut de illis recitetur Officium de communi plurimorum Martyrum cum lectionibus propriis per Nos adprobatis, et Missa propria pariter per Nos adprobata celebretur, servatis rubricis, sed tamen intra fines vicariatuum apostolicorum Coreanae ditionis, nempe de Wonsan, de'Seoul et de Tai-kou, nec non in Ecclesiis sive publicis sacellis Societatis Parisiensis Missionum ad exteras gentes. Denique largimur ut supradictis in templis, nec non in Vicariatibus Apostolicis recensitis, sollemnia Beatificationis, servandis servatis, peragantur die per Ordinarium respective designanda intra annum, postquam eadem sollemnia in Patriarchali Nostra Vaticana Basilica, celebrata fuerint. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ac decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrorum Bituum Congregationis subscripta sint et sigillo Praefecti munita, eadem prorsus fides in disceptationibus, etiam iudicialibus, habeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce Litteris ostensis, haberetur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die v mensis iulii, anno MOMXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CAED. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

VEN. DEI FAMULUS PETRUS IULIANUS EYMARD, FUNDATOR CONGREGATIONIS PRESBYTERORUM A SSMO SACRAMENTO ATQUE INSTITUTI ANCILLARUM SSMI SACRAMENTI, BEATUS RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Ab exordiis suis ad nostram usque aetatem per tot saecula semper Ecclesia Christi Sanctorum numero aucta est, qui, tanquam viri a Deo provide missi, temporibus, in quibus hanc vitam mortalem egerunt, atque eorundem necessitatibus aptissimi fuere. Conveniens igitur atque opportunum videbatur, quod etiam in praeterito, a Christi nativitate, saeculo xix, in quo publicus cultus erga Iesum Christum Redemptorem Nostrum sub eucharisticis velis delitescentem ita, sollemnibus praesertim Eucharisticis Conventibus, apud omnium nationum gentes exarsit, ut ipsius saeculi exitus ab iisdem conventibus merito nuncupari possit, vir esset omni nomine dignus, qui studii erga Sacratissimam Eucharistiam magis magisque in dies excitandi propositum potissime haberet, ac propterea tanquam ipsius publici cultus provehendi apostolus ab omnibus reciperetur. Quod sane sine ulla dubitatione testari possumus de Venerabili Dei Famulo Petro Iuliano Eymard, qui quidem non solum haud modico ardore in Iesum Eucharisticum accensus ipse continenterque in vita cornino tus est, sed religiosorum etiam, tum virorum cum mulierum, congregationes ad cultum Eucharisticum peculiariter intendentes instituit, atque ad fovendum apud cuiusvis condicionis gentes amorem erga sanctam Eucharistiam plurima eaque aptissima duxit incepta, ideoque ad inchoandos provehendosque Conventus Eucharisticos iter paravit. Anno igitur MDCCCXi, pridie Nonas februarias, in oppido dioecesis Gratianopolitanae, quod nuncupant *La Mure d'Isère,* ex piis honestisque coniugibus natus est Petrus Iulianus Eymard, qui ab ipsa pueritia quodammodo ostendit, quid postea acturus esset. Etenim in ecclesia aliquando super scamnum post Tabernaculum repertus, atque a sorore, illum quaerente, quid faceret in terrogatus, adhuc puerulus suavissime respondit: « Iuxta Iesum adsto ut vocem eius audiam »; et paulo post sorori eidem, in Eucharisticis dapibus sumendis magna gestienti laetitia, fere quinquennis felicitatem invidebat. Nil mirum itaque si post talis pueritiae tempus, iam singularibus virtutibus exornatae, ad caeleste Agni convivium, duodecim annos natus paratissimus primum accederet; et postea, ut sacra Synaxi se frequentius reficeret, ad longinquum sanctuarium Beatae Mariae Virginis, *du Laus*

nuncupatum, pluries ac diligentissime, omni spreto labore, se conferret; quo ex tempore ob sanctum ac plane insolitum caritatis, quo aestuabat, ardorem, perfectioris vitae semitam alacriter aggressus est. Adulescens, se divinitus ad sacerdotium vocari aperte sensit; sed ob exortas, tunc temporis, e contraria voluntate patris, difficultates, duodeviginti tantum annos natus, Massiliae, in domum Oblatorum Beatae Mariae Virginis Immaculatae exceptus est, ut ibi, clericali tandem habitu indutus, qua alumnus eiusdem Marialis Congregationis, suum tirocinium ageret. Sed gravis morbi, in quem inciderai, caussa, eum moderatores ad patriam domum brevi restituerunt ; in qua per duos annos ut convalesceret mansit; donec, patre vita functo, novis arduisque difficultatibus superatis, a fundatore et generali moderatore praefatae Congregationis Oblatorum commendatus, anno MDCCCXXXI inter Maioris Seminarii Gratianopolitani alumnos cooptatus est. Curriculo studiorum exacto, sacro presbyteratus Ordine auctus, xn kalendas augustas anni MDCCCXXXIV, in Sanctuario, quod, vocabant *de VOsier,* peculiari Deiparae patrocinio se omniaque sua tradens, divinum Sacrificium ad Virginis altare primum piissime litavit; et paulo post apostolici ministerii laboribus se devovit, antea, per triennium, vicarii munere functus in Chattensi paroecia, dein qua parochus vici *Monteynard;* quibus in locis mirabili studio atque alacritate in spiritualem animorum procurationem incubuit. Sed illum ad munera sacra alio modo implenda Deus vocabat. Venia propterea ab Episcopo suo obtenta, Venerabilis Dei Famulus ad Forum Vetus, in archidioecesi Lugdunensi, se contulit, ibique, post tyrocinium de more absolutum, eo praesertim animo tum ut in Congregatione Beatae Mariae cultui peculiariter dicata Deo se consecraret, tum ut sibi ad sacras expeditiones apud barbaros Oceaniae populos iter pateret, Societati Mariae recens constitutaese mancipavit. Eiusdem quidem Congregationis praesides mox eum, qua in. spiritualibus moderatorem, ad Coulegium Bellicense, serius autem, aliis magni momenti officiis mulieribusque expletis, ad alterum Conlegium *de la Seine-sur-Mer* uti moderatorem miserunt. Interea in concionandi munus atque in poenitentiae tribunal quidquid ei temporis supererai sollerter naviterque impendebat; Tertium Marialem Ordinem, a Congregationis moderatoribus eidem commissum, fovendum, perficiendum, cuiusvis condicionis atque ordinis genti aptandum curabat; Opus denique *Perpetuae Adorationis,* quod Foroiuliensium Episcopus iam illi concrediderat, fructuosissime moderabatur. Tandem die festo Corporis Christi anni MDOCCXLV, fere divino afflatu commotus, satis perspicue percepit quodnam esset opus, ad cultum Augustissimi Sacramenti provehendum, proxime facturus; sed tantum post geminatum Beatae Mariae Virginis admonitum, cuius in sacello sanctuarii Fori Veteris piissime auxilium lumenque imploraverat, Dei

voluntati se humiliter subiiciens, iacere novi Instituti sui fundamenta coepit; at quot ei et quam gravia omne genus obstacula ad perficiendum opus obiiciebantur! Ab initiis quidem duplicem Venerabilis Dei Famulus proposuit finem novo instituto, quod tum ad continuam Eucharistici Mysterii adorationem procurandam, tum ad cultum Sacratissimi Sacramenti provehendum atque ad amorem in Illud indefesso studio fovendum intendit. Humilia prorsus Congregationis, quam Dei Famulus, Mariae Societate relicta, a Ssmo Sacramento nuncupavit, initia fuere Parisiensi in civitate anno MDCCOLVI; antea enim Petrus lulianus conspicuos prudentia viros audire, Archiepiscopi Parisiensium veniam obtinere, primam Summi Pontificis adprobationem impetrare voluit. Obtinuit autem ipse laudativum Breve ab Apostolica Sede post tres annos ab inita Congregatione, quae tandem, anno MDCCCLXIII, in pervigilio sollemnitatis Corporis Christi, tertia scilicet die mensis iunii, per Litteras Apostolicas Piscatoris annulo obsignatas, probata et canonice erecta fuit. Tunc ab aliquo iam tempore Ancillae quoque Ssmi Sacramenti exstabant, quarum Institutum in constitutionibus ac propositis suis, iis tantum exceptis quae sacerdotalis ministerii sunt propria, Congregationi presbyterorum Ssmi Sacramenti simile, Dei Servus fundaverat. Congregationem autem suam, cuius sodales, ut essent tanquam *res omnino ligata Domino* Iesu sub Eucharisticis speciebus iugiter exoptavit, usque ab obitum Dei Servus moderatus est; sed anno MDCCCLXVIII, in quo, kalendis augustis, e vita ipse migravit, adhuc exiguus domorum, et modicus sodalium numerus erat. Mox tamen, post Dei Famuli mortem, opus princeps, ab eodem fundatum, fines Galliae transgressum, in orbem diffunditur; ita ut nunc non modo apud gentes Europae, sive in Italia, sive in Hollandia, et in Austria, et in Hispania, in Germania quoque atque in Belgio; sed etiam apud populos transmarinos in Canadensibus regionibus et in Foederatis Americae Septentrionalis Civitatibus, nec non in Bepublica tum Argentina cum Chilensi, domus florescant, in quibus diu noctuque publica perpetuaque adoratione Christum regem, hostiam propitiationis et pacis, sub Eucharisticis velis in solio suo sedentem, piissime colitur; atque ab iisdem, tanquam e camino ignis, scintillae in dies erumpunt ardoris erga Sanctissimam Eucharistiam multis modis excitati et continuo increscentis, quem, Nostris temporibus, christifideles amplissime exhibuere atque exhibent. Sic vota Dei Famuli implentur. Qui opera etiam popularia, ad honorem Sanctae Eucharistiae provehendum, plurima inchoavit atque aluit. Ut enim christifideles adorationis perpetuae consuetudinem haberent, Dei Servus constituit Ssmi Sacramenti Aggregationem, cuius sodalibus adoratio eadem, lege proponitur; iisdemque christifidelibus, ut fructuose ipsa fieret adoratio aptissimam orandi methodum

commendavit; Opus primae Communionis pro operariis, praesertim adulescentibus aetate provectis, formavit; praecipue autem de studio Eucharistiae Sanctissimae apud clerum excitando curavit, cum sibi persuasum haberet ac diceret, sine ulla dubitatione adoratorum numerum, sacerdotum opera,, auctum iri, ipsosque Dei ministros veros in populos cultus Eucharistici apostolos esse futuros. Sic per totam vitam, ad maiorem Dei gloriam, in vinea Domini Dei Famulus laboravit; pietate, qua usque ad mortem a pueritia Iesum Christum sub Eucharistia latentem et Deiparam Virginem, in sanctuariis praesertim *du Laus* et Fori Veteris, honestavit, praecipua fulsit ; obsequio pleno ac devoto Apostolicam Sedem prosequutus est, illudque suae Congregationis presbyteris districte praescripsit; prudentia singulari atque animo mitissimo continenter se gessit, tum in muneribus sacerdotalibus explendis, cum in Operibus regendis a se ipso fundatis; constantissime denique in divina Religionis Mysteria omnes cogitationes suas intendit. Sanctam eius vitam, eiusque operum christianae rei provehendae utilitatem palam quoque testatus est Ioannes Baptista Vianney, quem Nosmetipsi, sollemnissime Pentecostes die proxime praeterita, in Sanctorum numero adscripsimus. Ml mirum itaque si fama sanctitatis, qua Venerabilis Dei Famulus, adhuc vivus, ob spectatissimas virtutes exornatus erat, ex ipso tempore obitus ad nostros usque dies adeo increverit ut, processibus Ordinariis in Gratianopolitana ac Parisiensi dioecesibus de more confectis, iam ab anno MDCCCCVIII apud Sacrorum Rituum Congregationem ipsius Dei Famuli Beatificationis et Canonizationis causa instituta sit. Absolutis igitur ñs omnibus, quae in huiusmodi iudicio pertractanda erant, disceptari coeptum est super Venerabilis Dei Servi virtutibus; quae tanquam heroica qualitate praeditae et exornatae, tertio Idus iunii anno MDCCCCXXII, a Nobis, sollemni decreto, adprobatae ac declaratae fuerunt. Agitata dein quaestione de duobus miraculis, quae a Deo patrata ferebantur per Venerabilis Petri Iuliani Eymard intercessionem, post duas Congregationes, antepraeparatoriam scilicet et praeparatoriam, nec non aliam generalem Congregationem, quae coram Nobis die quinta praeteriti mensis maii habita est, rebus omnibus acerrimo iudicio investigatis, septimo idus maias huius anni proposita miracula constare Nosmetipsi sollemniter declaravimus; ulterius proinde in casu procedi posse. Cum propterea nihil iam superesset, nisi ut Patres Cardinales Sacrae Rituum Congregationi praepositi, ceterique de more consulendi rogarentur, num tuto procedi posse censerent ad sollemnem Venerabilis Dei Famuli beatificationem, in generali conventu, die xn memorati mensis maii coram Nobis habito, tum iidem S. R. E. Cardinales, tum qui aderant Praelati et Consultores, unanimi consensu tuto procedi posse responderunt. Nos tamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem (fistulimus, donec a Patre

lumirmm caelestis sapientiae auxilium impetraremus. Quod cum impensis precibus fecissemus, tandem die n mensis iunii, Eucharistico Sacro religiosissime litato, accitis adstantibusque venerabili fratre Nostro Antonio Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto et Causae Relatore, una cum dilectis filiis Alexandro Verde, eiusdem Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, nec non Angelo Mariani, Fidei Promotore Generali, sollemniter ediximus tuto procedi posse ad ipsius Servi Dei beatificationem. Quae cum ita sint, plurimorum Episcoporum precibus permoti, nec non Presbyterorum Congregationis Ssmi Sacramenti, atque Ancillarum pariter Ssmi Sacramenti, auctoritate Nostra Apostolica, concedimus ut idem Venerabilis Petrus lulianus Eymard, presbyter, Fundator Congregationis Presbyterorum a Ssmo Sacramento atque Instituti Ancillarum Ssmi Sacramenti, Beati nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus et lypsana, seu relliquiae, publicae venerationi proponantur, non tamen in sollemnibus suppficationibus deferenda; itemque permittimus ut eiusdem Dei Famuli imagines radiis decorentur. Praeterea concedimus, eadem auctoritate Nostra, ut de eo, quotannis, Officium recitetur de Communi Confessoris non Pontificis, cum Lectionibus propriis per Nos adprobatis, et Missa propria per Nos pariter adprobata, servatis rubricis, celebretur, in dioecesibus tamen dumtaxat Gratianopolitana, in qua Beatus ipse natus et mortuus est, ac Parisiensi, in qua eiusdem corpus adservatur, nec non in templis omnibus et sacellis, quibus ubique terrarum Congregatio Presbyterorum a Ssmo Sacramento et Societas Ancillarum Ssmi Sacramenti utuntur. Denique largimur ut sollemnia Beatificationis eiusdem Famuli Dei peragantur in praedictis dioecesibus et in templis seu sacellis, quae nominavimus, die per Ordinarium designando, intra annum, postquam eadem sollemnia in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint celebrata. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrorum Bituum Congregationis subscripta et Praefecti sigillo munita sint, in disceptationibus, etiam iudicialibus, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi his ostensis Litteris haberetur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis iulii, anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPABEI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. IOANNEM BAPTISTAM, TITULO SANCTAE MARIAE IN TRANSPONTINA, S. R. E. PRESB. CARD. NASALLI—ROCCA, ARCHIEPISCOPUM BONONIENSEM, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS REGIONIS AEMILIAE: LITTERIS RESPONDENS EX ANNUO CONVENTU BONONIAE DATIS.

Dilecte fili Noster, venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Ex epistula illa, quam, in magno Bononiensi Seminario, ut quotannis soletis, congregati, communiter ad Nos paulo ante dedistis, manifesto apparet nihil vobis potius, nihil carius accidere, quam ut populus unicuique vestrum concreditus, in fidei veritatum scientia et spiritualis vitae exercitatione continuos efficiendo processus, discat suescatque infinitam Servatoris Christi Iesu caritatem flagrantiore in dies caritate rependere. Itaque scribebatis, praeceptis optatisque Nostris de sacra puerorum atque adulescentium institutione ante oculos propositis, çonsultavisse vos, quemadmodum per dioeceses istas ea in usum deduceretis: quo in laudabili officio obedientiae solertiaeque pastoralis vestrae persuasum habemus eorum, quos vobis spondetis, fructuum spem insidere, Deo iuvante, laetissimam. Nec minus fecisse utiliter videmini, cum decrevisti^, fidelibus - iuventuti potissimum - ad christianam sapientiam ube^rius excolendis atque informandis, Thomae Aquinatis doctrinam, per statum quendam recitationum cursum, ab eruditissimis viris, ad popularem intellegentiam accommodate, tractari ac pervulgari. Cetera vero consilia a vobis inita, etsi minoris momenti, quam quae memoravimus, videri alicui possunt, Nobis tamen idcirco perplacent, quia cum actis praescriptisque item Nostris cum eoque cohaerent studio, quo Ecclesia et veteris latinitatis et liberalium artium laudem decusque perpetuo provexit: qui enim non probemus aut constitutum a vobis praemium, illi Bononiensis lycei vestri alumno quotannis tribuendum, qui, facto latinae scriptionis periculo, primas detulerit, aut curas, quas bibliothecis, sacrae supellectili, artis operibus monumentisque tuendis ac servandis deliberatum vobis est adhibere intentissimas"? Quae quidem omnia non obscure docent, quicquid Nos mandaverimus vel suaserimus, haud esse vos cunetaturos, quin emetiamini Nobis ac praestetis effectricem optimarum rerum voluntatem. Grato igitur erga vos cunctos animo, quod, talia nuntiando, maximum Nobis peperistis solacium, caelestium munerum conciliatricem paternaeque benevo-

lentiae Nostrae testem, vobis, dilecte fili Noster, venerabiles fratres, et clero populoque dioecesium quibus praeestis, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die VII mensis iulii, anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. IOANNEM, TITULO SANCTAE MARIAE TRANS TIBERIM, S. R. E. PRESB. CARD. TACCI, SACRAE CONGREGATIONIS PRO ECCLESIA ORIENTALI SECRETARIUM, QUEM LEGATUM MITTIT CONSTANTIAM SOLLEMNIBUS IN HONOREM SANCTAE MARIAE MAGDALENAE POSTEL CELEBRANDIS.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Stati adesse properant dies, cum in honorem Mariae Magdalenae Postel, quam in sanctorum caelitum numerum haud ita multo ante rettulimus, sacra habebuntur sollemnia in pervetusta illa Servatoris Christi Abbatia, quae, sanctae novensilis cura, per impedimenta omne genus, refecta et princeps Congregationis domus constituta, ipsius Matris legiferae ut videtur olere adhuc virtutes, sic venerabile corpus et alumnarum et christiani populi pietati custodit. Eiusmodi quidem sollemnibus - quorum fructuosa actio non erit profecto ab amphssimis civilis laetitiae significationibus disiuncta - decet omnino te, dilecte fili Noster, quo Institutum Scholarum Christianarum a Misericordia patrono apud Apostolicam Sedem utitur, non tam interesse quam praeesse et nobihssimarum animi tui laudum romanaeque purpurae splendorem adiicere. Verum, quoniam tantam huius rei faustitatem Nosmet praecipuo quodam modo participare volumus, te, dilecte fili Noster, nomine quoque ac dignitate Legati Nostri augemus atque ornamus, ut Nostram per ea sollemnia personam rite sustineas. Quod quidem consilium idcirco inire placuit, quia Mariae Magdalenae Postel eo ampliores in luce patriae suae honores deferendi videbantur, quo submissiore ipsa animo, usque ad extremum vitae diem, se, operam sanctitatemque suam, quae ex iudicialibus disceptationibus prorsus singularis apparuit, occultare ac dissimulare non destitit. Porro cur non eam Ecclesia insigniter efferat honestetque virginem, quae, rebus publicis in Gallia, saeculo xvm exeunte, perturbatis, facta sacerdotalis quodammodo particeps officii, tam flagranti Eucharistici cultus et decoris domus Dei exarsit studio, sacerdotibus ea

pietatis caritatisque officia continenter exhibuit deque supplenda Christi militia ita - cogitavit curavitque, ut vere haberi possit quasi quaedam patrona clero, iisque potissimum qui in sacri ministerii perfunctione versantur, divinitus per hanc aetatem proposita? Eadem, praeterea, quis ignorat quam bene de christiana puellarum institutione aut per se ipsa aut per alumnas suas merita sit? Itaque gallicum iter, dilecte fili Noster, Nostram gerens personam auctoritatemque praeferens Nostram, libenter fidenterque suscipito; siquidem Constantienses cives ac dioecesani laeto gratoque Purpuratum Patrem excepturi sunt animo, qui novum praesentia ipsa sua afferat caritatis in eos Nostrae testimonium. Quo quidem testimonio eos putamus dignos quam maxime, cum illa, quam Constantiensi Ecclesiae decessor Noster Bonifatius VIII fidei incorruptae stabilitatem et Romanae Ecclesiae reverentiam laudi dedit, nunquam aut decursu temporum nutaverit aut remiserit. Atque hac ipsa apud Nos opinione florent dilecti omnes e Normannia filii: ex illa, inquimus, regione pulcherrima avitaeque fidei retinentissima, cui Ecclesia debet sibi suaeque gloriae partos de iis complures, quos in sanctis beatisve caelitibus hoc anno sacro numeravimus: quo loco praeterire nolumus aliud Constantiae item et Normanniae decus, Placidam Viel, Mariae Magdalenae alumnam alteramque ab ea Congregationis supremam Antistitam, de cuius sanctitate et prodigiis hoc ipso die legitime per Consilium sacris Ritibus praepositum inquiri iussimus. Iam nihil est reliquum, nisi ut, hac faustae celebritatis occasione, Normanniae cives universi, in primisque Constantiensis dioecesis clerus ac populus, hortatu tuo, deprecatricem apud Deum Mariam Magdalenam Postelpro Ecclesia patriaeque suae salute interponant. Utinam sancta novensilis, quemadmodum Galliam, tam dire eo tempore tamque diu exagitatam, miserata est, sic insigne eidem civilis in pace Christi concordiae impetret beneficium. Caelestium interea gratiarum auspicem paternaeque voluntatis Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xxn mensis iulii anno sacro MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

i

DECRETUM

DAMNANTUR OPERA SAC. DOCTORIS IOANNIS HEHN «DIE BIBLISCHE UND DIE BABYLONISCHE GOTTESIDEE», ET «WEGE ZUM MONOTHEISMUS».

Feria IV die 1 iulii 1925

In generali consessu Supremae S. Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi Dñi Cardinales, fidei et moribus tutandis praepositi, praehabito DD. Consultorum voto, damnaverunt, proscripserunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserenda mandarunt:

Volumen: *Die biblische u. die babylonische Gottesidee. Die israelitische Gottesauffassung im Lichte der altorientalischen Religionsgeschichte,* von D. DR. JOHANNES HEHN, o. Prof. ander Universität Würzburg;

atque hbellum eiusdem auctoris:

Wege zum Monotheismus. Festrede zur Feier des dreihunderteinund-dreissigjährigen Bestehens der Universität zu Würzburg.

Et in sequenti feria V, die 2 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. H". D. Pius Div. Prov. PP. XI, in solita audientia R. P. Adessori impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, 3 iulii 1925.

Aloisius Castellano, *Supremae S. C. S. O. Notarius.*

II

DECRETUM

DE SACERDOTE VINCENTIO PIMENTEL

Sacerdos Vincentius Pimentel, e dioecesi Zamorensi, in Republica Mexicana, repetitae apostasiae aliorumque criminum reus, cum pluribus in locis, per quae continuo vagatus est, lapsus poenitentia alternando, gravia fidelibus scandala exhibuerit; Decreto Supremae Sacrae Congregationis Sancti

Officii, feria IV die i currentis mensis iulii lato, privatus declaratus est et reapse privatur iure deferendi habitum ecclesiasticum ad praescriptum canonis 2300 Codicis iuris canonici; quae privatio, dum perdurat, secumfert prohibitionem exercendi ministeria quaevis ecclesiastica et privationem privilegiorum clericalium.

Datum Eomae, ex aedibus S. Officii, die 9 iulii 1925.

Aloisius Castellano, *Supremae S. C. S. O. Notarius.*

III

DECRETUM

DAMNANTUR ALIQUOT OPERA ET SCRIPTA A SAC. DOCT. IOSEPH WITTIG EDITA.

Feria IV, die 22 iulii 1925.

Emi ac Rmi Dñi Cardinales fidei moribusque tutandis praepositi, in generali consessu Supremae S. Congregationis Sancti Officii, praehabito DD. Consultorum voto, proscripserunt, damnaverunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserenda mandarunt, cum omnibus eorum editionibus, opera et scripta, quae infra recensentur, edita a Sac. Doct. IOSEPH WITTIG, professore ordinario Historiae Ecclesiasticae, Patrologiae et Archaeologiae christianae in Universitate Wratislaviensi.

1. *Die FrUsten,* in: *Hochland,* a. 19, vol. 2 (1922), fase. 7, pag. 1-26.

2. *Meine «Erlösten» in Busse, Kampf und Wehr.* Habelschwerdt, Frankes Buchhandlung.

3. *Herrgottswissen von Wegrain und Strasse. Geschichten von Webern, Zimmerleuten und Dorfjungen.* Freiburg i. B., Herder.

4. *Das allgemeine Priestertum* ; et 5. *Die Kirche als Auswirkung und Selbstverwirklichung der christlichen Seele,* in: *Kirche und Wirklichkeit, ein katholisches Zeitbuch, herausgegeben von* ERNST MICHEL. Jena, Eugen Diederichs, 1923, pag. 21-43 et 189-210.

6. *Leben Jesu in Baiästina, Schlesien und anderswo.* 2 voll. Kempten, J. Kösel et F. Pustet.

Et feria V subsequenti, die 23 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius Div. Prov. PP. XI, in solita audientia R. P. D. Assessori S. O. concessa, relatam sibi Emorum resolutionem approbavit, confirmavit et publici iusis fieri iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, 30 iulii 1925.

Aloisius Castellano, *Supremae S. C. S. O. Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastores providit, nimirum:

I maii 1925. — Cathedrali Ecclesiae Camposinae praefecit R. D. Henricum Mourao, e Pia Societate Salesiana Ven. Ioannis Bosco, hactenus eiusdem dioecesis Administratorem Apostolicum.

— Cathedrali Ecclesiae Barrensi *de Bio Grande,* R. D. Antonium Bezerra de Menezes, hactenus Gubernatorem ecclesiasticum territorii de Piahuy.

— Cathedrali nuper erectae Ecclesiae Valenciensi in Brasilia, R. D. Andream Arco verde de Albuqu erque Cavalcanti, canonicum ecclesiae Metropolitanae S. Sebastiani Fluminis Ianuam.

— Cathedrali Ecclesiae Amazonensi seu de Manäos, R. P. Basilium Pereira, O. F. M.

18 maii. — Metropolitanae Ecclesiae Cincinnatensi, B. P. D. Iosephum Chartrand, hactenus Episcopum Indianapolitanum.

— Cathedrali Ecclesiae Indianopolitanae, B. P. D. Ioannem Timotheum Mac Nicholas, hactenus episcopum Duluthensem.

28 maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Colybrassensi, B. D. Iosephum Ghanima, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi Emmanuelis Thomas, Patriarchae Babylonensis Chaldaeorum.

30 iunii. — Cathedrali Ecclesiae Basileensi et Luganensi, B. D. Iosephum Ambiihl, canonicum ecclesiae collegialis civitatis Lucernensis, ibidemque parochum-decanum.

3 iulii.— Titulari episcopali Ecclesiae Coricensi, B. P. D. Iosephum Miralies y Sbert, hactenus Episcopum Ilerdensem, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Baymundi Guillamet y Coma, Episcopi Barcinonensis.

— Cathedrali Ecclesiae Indianapolitanae, B. P. D. Iosephum Chartrand, hactenus Archiepiscopum electum Cincinnatensem.

8 iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Cincinnatensi, B. P. D. Ioannem Timotheum Mac Nicholas, hactenus Episcopum electum Indianapolitanum.

10 iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Lyddensi, B. P. D. Ioannem Iacobum Monaghan, hactenus Episcopum Wilmingtoniensem.

II iulii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Viminaciensi, R. P. D. Alfridum Iulium Mélisson, hactenus episcopum titularem Irenopolitanum.

14 iulii 1925. — Titulari episcopali Ecclesiae Flaviadensi, R. P. Franciscum Irazola, O. F. M., Vicarium Apostolicum de Ucayali.

15 iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Hipponeusi-Zaritorum, R. D. Iacobum Leen, Congregationis Spiritus Sancti, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Ioannis Baptistae Murphy, Episcopi Portus Aloisii.

— Titulari episcopali Ecclesiae Phobensi seu Anasfcasiopolitanae in Phrygia, R. D. Bernardum Cornelium O' Riley, Vicarium Apostolicum Promontorii de Bona Spe, Districtus Occidentalis.

24 iulii. — Cathedralibus Ecclesiis aeque principaliter unitis Rubensi et Bituntinae, R. P. D. Dominicum Del Buono, hactenus episcopum titularem Augilensem et Vicarium Capitularem archidioecesis Barensis.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

ROMANA ET ALIARUM

SUPPLEMENTI CONGRUAE CANONICALIS

DECRETUM

Ad tollendas ambiguitates et difficultates, quae in praxi exoriturae praevidebantur occasione concessionis a laica potestate nuper, licet ad tempus, factae supplementi congruae canonicalis, plures Ordinarii dubia quae sequuntur pro opportuna solutione ad hanc S. Congregationem detulerunt:

« I. An supplementum congruae canonicalis subsit, necne, legi canonice« eae distributionum ad tramitem can. 395, in casu » ; et quatenus *affirmative* ad primam, *negative* ad alteram partem:

« II. An sit ab ea lege excipienda summa cumulata a die quo congruae « supplementum decretum est, vulgo *arretrati* ».

« III. An et quomodo Canonici et Beneficiati a civili auctoritate non « recogniti, participare debeant de integro congruae supplemento, in Capi« tulis ubi viget systema massae communis, vel potius de illa tantummodo « parte quae sit ab Episcopo assignata, sive pro distributionibus quotidia« nis sive inter praesentes ».

« IV. An quota peculiariter assignata Dignitatibus et Officiis immitti « debeat in massam communem capitularem, in casu ».

« V. An et qua proportione Dignitates et Officia participare debeant « de parte sibi peculiariter assignata quae sit immissa in massam com« munem capitularem in casu ».

« VI. An quota pars, peculiariter assignata Dignitatibus et Officiis, sub« sit legi canonicae distributionum ad tramitem can. 395, §§ 1, 2, in casu ».

« VII. Quamnam partem de massa communi distributionum lucrentur « inserviendo Dignitates et Officia in Capitulis ubi viget systema praeben« darum separatarum in casu ».

Et Sacra eadem Congregatio, omnibus sedulo perpensis, in plenariis Emorum Patrum comitiis subsignatis diebus in Palatio Apostolico Vaticano habitis, responderi mandavit:

Die 16 maii 1925

Ad I. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad alteram et ad mentem. *Mens est:* Episcopus, quod spectat ad actualem separationem tertiae partis supplementi et conversionem eiusdem in distributiones quotidianas, utatur iure et munere suo ad normam can. 395 §§ 1 et 2 Codicis iur. can.

Ad II. *Negative* et ad mentem. *Mens est:* Supplicandum SSmo pro gratia sanationis et condonationis, celebratis una Missa cum cantu, integro adstante Capitulo, et una Missa lecta per singulos Canonicos.

Ad III. Salvis contrariis Capitularibus statutis vel consuetudinibus, *negative* ad primam partem; *affirmative* ad alteram, si pars fuerit ab Episcopo in distributiones conversa.

Die 4 iulii 1925

Ad IV. In Capitulis ubi viget systema praebendarum separatarum, *negative;* in Capitulis vero ubi viget systema massae communis *affirmative.*

Ad V. Non minori ea quantitate quam percipiebant ante assignationem supplementi congruae.

Ad VI. *Affirmative.*

Ad VII. Lucrantur eam partem quae proportionabiliter respondet ad id quod de tertia parte suae praebendae detractum est et in distributiones conversum.

Porro Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. XI, referente infrascripto eiusdem Sacrae Congregationis Secretario, in Audientiis dierum 2 iunii et 8 iulii 1925, datas ab Emis Patribus resolutiones approbare et confirmare, atque gratiam sanationis et condonationis ad oblatas preces ut in resolutione ad secundum, benigne concedere et indulgere dignatus est sub conditione ibidem proposita. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria S. C. Concilii, die 10 iulii 1925.

DONATUS CARD. SBARRETTI, *Praefectus.*

L.ffî S.

f Iulius Episc. tit. Lampsacen., *Secretarius.*

SACKA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIAE

SSmus Dnus Noster decreto Sacrae Congregationis Christiano Nomini propagando, die 7 maii 1925 dato, cathedrali Ecclesiae Iassiensi dignatus est praeficere R. D. Michaelem Robu.

II

NOMINATIONES

Successivis decretis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide renunciati sunt ad eiusdem beneplacitum:

26 iunii 1925. — R. P. Petrus Rogan, e Societate Sancti Ioseph de Mili-Hill, *Praefectus Apostolicus de Buea.*

14 iulii 1925. — R. P. Ioseph Saak, e Pia Societate Salesiana ven. Ioannis Bosco, *Praefectus Apostolicus nuper erectae praefecturae de Luapula superiore in Congo Belgico.*

15 iulii 1925. — R. P. Arsenius Turquetil, e Congregatione Oblatorum B. M. V. Immaculatae, *Braefectus Apostolicus nuper erectae praefecturae de Sinu Hudsoniano in America septentrionali.*

16 iulii 1925. — R. P. Dominicus Langenbacher, e Congregatione Clericorum Regularium excalceatorum SSmae Crucis et Passionis D. N. I. C, *Praefectus Apostolicus de Shenchow.*

17 iulii 1925. — R. P. Silvester Espelage, O. F. M., *Praefectus Apostolicus de Wuchang.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

WLADISLAVIEN.

CONFIRMATIONIS CULTUS AB IMMEMORABILI TEMPORE PRAESTITI SERVO DEI BOGUMILO, ARCHIEPISCOPO GNESNENSI, BEATO VEL SANCTO NUNCUPATO.

Bogumilus, enixis nomen graece Theophilus latine Amadeus, in tota Poloniae regione, praesertim in dioecesibus Wladislaviensi et Gnesnensi, ab immemoriali tempore cum fama sanctitatis et prodigiorum celebratur. E vetusta et clara Poraiorum stirpe progenitalis, circa annum 1116 ortum duxit in villa hereditaria *Kozmin.* Parentes habuit Boguphalum castellanum Gnesnensem, et Catharinam e Griphytarum gente, qui in civili congruente statu, magisque in sancta religione christianisque moribus filios suos Boguphalum et Bqgumilum instituere et educare sategerunt. Ambo fratres Gnesnam missi, tunc principem Poloniae urbem, studiis sedulam operam dederunt sub sancto doctoque viro Othone, postea Bambergensi Episcopo. Deinceps Parisiis humanas divinasque litteras apud egregios magistros perceperunt, exemplum illud clarissimum intuentes et imitantes S. Bernardum Abbatem, Ordinis Cisterciensis fundatorem. Studiis absolutis, in patriam reversi, Boguphalus monasterium Cisterciense in *Leena* ingressus est; Bogumilus autem, amplissimae hereditatis dominus et administrator, prope pagum *Dobrow* ecclesiam aedificavit Ssmae Trinitati dicatam, quam etiam parochiali titulo et congrua dote, ecclesiastica auctoritate interveniente, honestavit. Interim Bogumili avunculus, Janislaus. Archiepiscopus Gnesnensis, noscens adolescentem optimis qualitatibus praeditum et ad statum clericalem magis inchnatum, ipsum adscivit in aulam suam *Unjejoviam,* ubi Dei Famulus, cancellarii munere fungens, insimul studio et pietate ad sacros Ordines se disponebat. Sacerdotio auctus et probatus, prius parochiae Dobroviensi praepositus est, postea decanus ecclesiae cathedralis Gnesnensis ab ipso Archiepiscopo renuntiatus, eidem reservata cura praedictae parochiae, altero sacerdote coadiuvante. Utrumque officium ita conciliasse recteque peregisse perhibetur, ut, singulis diebus festis, Dei Famulus, recitatis in choro praedictae cathedralis horis canonicis, pedester pergeret in pagum *Bóbrow,* qui ultra erat decimo et quinto milliario, ad Missam celebrandam suumque ministerium gerendum, sacrisque expletis, Gnesnam rediret ad communem mensam sui collegii.

Prodigia quoque, eo temporis spatio, aliquando patrata feruntur, Bogumilum nempe sicco pede fluvium Yartam transire, similique modo ad ulteriorem ripam et in Dobroviensem ecclesiam populum deducere, fluvii pisces ad se vocare et pauperibus in cibum distribuere, atque superfluos benedicere ac in flumen immittere, arcana voce dicente: « Crescite et multiplicamini ». Quibus omnibus perspectis nil mirum si, anno 1167, Archipraesule Ioanne vita functo, Capitulum cathedrale ad successoris electionem legitime procedens, unanimi suffragio proclamaverit Bogumilum Archiepiscopum Gnesnensem. Qui tamen, re cognita, de se suisque viribus hurnihter sentiens, reluctavit, sed tandem omnium votis ab Alexandro Papa III probatis acquiescens et divinae voluntati obtemperans, oblatam dignitatem et onus pastorale suscepit. In Episcopum consecratus suaeque archidioeceseos capta possessione, quin de prioris vitae ratione ac studio vigiliis, orationibus, ieiuniis remitieret, cuncta episcopalia munia egit omni cura, soUicitudine et vigilantia adhibita in clerum et populum, Boni Pastoris verbo et exemplo instructus et sedulus imitator. Insuper e lauto et copioso suo patrimonio generosas tradidit largitiones piis operibus dioecesanis, praesertim scholis erigendis in puerorum et adolescentium utilitatem, quae iuxta morem sacris aedibus proximae et continentes erant, earumque regimini et incremento salutaribus constitutionibus consuluit. De Cisterciensis Ordinis propagatione sollicitus ac beneficus, ingentem'e suis bonis destinavit portionem, quam ad manus patris Boguphali Wongroviae voluit esse depositam eo fine, rit exinde ingens monasterium Cisterciense fundaretur et sustentantur. Ex proventibus huius fundationis condita fuit Eremus *Coronoviae* (in dioec. Posnanien.) an. 1288. - Postquam per quin-' que annos Ecclesiam et archidioecesim suam sanctissime rexisset ac gubernasset, non absque matura deliberatione, precibus, consilio, instinctu afflatuque caelesti communita, exoptans reliquum vitae tempus impendere in bonorum caelestium contemplatione suique spiritus perfectione^ petita et obtenta venia ab ipso Summo Pontifice Alexandro III, tunc Venetiis commorante, archiepiscopatum abdicavit atque oneri pariter et honori cessit anno 1170. Tum a Camaldulensibus in Hungaria degentibus solitariam vitam ac regulas edoctus, Gnesnam rediit, et in solitudinem prope pagum *Dobrow* se recepit priscam vitae rationem repetens. Per decennium a recessu numquam exivit, nisi ad confessiones excipiendas et ad verbum Dei praedicandum, eo ferventius quo magis dulciera et uberiora gustabat in solitudine et dona caelestia et virtutum incrementa. Hoc exemplum non raro evenisse compertum est in aliquibus Dei Famulis sanctisque viris atque episcopis, uti in S. Ioanne Silentiario, qui Coloniensi in Armenia episcopatu dimisso, in sancti Sabbae laura monasticam vitam duxit et sancto

fine quievit. Tandem solitarius Bogurnilus, laboribus atque austeritatibus consumptus, lethali morbo correptus atque sacramentis Ecclesiae refectus obdormivit in Domino anno 1182, die 10 iunii. - In illa novissima hora traditio adhuc viget quod Beatissima Virgo Maria inter Poloniae sanctos Patronos apparuit Dei Famulo, ita ostendens suam benevolentiam, devotionis praemium, ac bonum omen ac pignus gloriae futurae. In ecclesia Dobroviensi exsequiis rite celebratis atque exuviis in ea honorifice conditis, statim ingens populi multitudo sepulcrum adire coepit, validum patrocinium auxiliumque, in suis necessitatibus, intercedente Bogumilo, a Deo impetratura, atque una cum hac frequentia et pietate christifidelium ad sacrum corpus, exortus dicitur cultus publicus Dei Famulo exhibitus. Quem cultum immemorialem ab anno 1182, in quo Dei Famulus obiit, ad haec usque tempora constantem et perseverantem fidenti animo et per testimonia et documenta authentica comprobare actores aggressi sunt. Inter plurima- quae in tabulis processualibus episcopalis Curiae Wladislaviensis recensentur, praecipua sunt: Vita S. Bogumili a Stephano Canonico regulari ad Nicolaum Calisii in urbe, ex antiquissimis gravium auctorum chronicis excerpta, primum Varsaviae edita anno 1649, Bomae deinde anno 1661; Acta Bollandiana ad mensem iunium, aliaque plura testimonia, documenta ac monumenta ex quibus omnibus colligitur et exhibetur cultus immemorialis praefati Servi Dei a sequentibus titulis: Nomen Beati vel Sancti; imagines radiis et aureolis coronatae; reliquiae publicae venerationi propositae; elevatio corporis a Fulcone Gnesnensi Archiepiscopo, quinto post sanctum Bogumilum, qui sedis et Ecclesiae Gnesnensis, circa annum 1000 erectae, decimus quartus antistes numeratur, anno 1232 circiter peracta; eiusdem translatio f acta, die 19 ianuarii anno 1668, ab Ecclesia Dobroviensi ad collegialem TJnjejoviensem, cura et decreto Nicolai de Prazmowski, Archiepiscopi Gnesnensis, ad maiorem cultum provehendum; insignia prodigia patrata; numerosae et frequentes peregrinationes; ad sepulcrum oblationes, dona et vota argentea; Festum cum Officio et Missa celebratum; demum nomen Bogumili in sacramentis baptismi et confirmationis administrandis impositum pueris et iuvenibus et relatum in libris parochialibus et in regestis episcopalibus. In ipsa urbe *Konin* propriis sumptibus scholas pias Congregationis Calasanctianae fundavit parochus et decanus Koninscensis D. Bogumilus Kranicki, nomine et fundatione gloriosus et munificus. Itaque super huiusmodi cultu in dioecesi Wladislaviensi, in cuius finibus inveniuntur pagi Dobrow et Unjejow, Processus Ordinarius Informativus adornatus fuit annis 1903 et 1909 una cum subsequenti Bini Ordinarii sententia, atque ad sacrorum rituum Congregationem anno 1910 transmissus ac rite apertus, suspensionem subiit ob recentiora decreta

11 novembris 1912 et 31 ianuarii 1913 tantum ex parte observata circa scripta perquisita et non reperta. Deinde Emi Archiepiscopi et Episcopi Poloniae enixe postularunt et per decretum S. E. O. die 11 augusti 1920, a Summo Pontifice Benedicto Papa XV fel. rec. obtinuerunt, ut, attentis peculiaribus adiunctis et informationibus, in hac Gausa procedi posset iuxta ordinem veteris iuris' cum dispensatione ab integro novo ordine per recentiora decreta supra relata inducto. Quapropter, instante Brno Dno Iosepho Trezzi, huius causae postulatore, atque attentis votis et postulationibus BB. PP. DD. Archiepiscoporum et Episcoporum totiusque Nationis Poloniae, Emus et Emus Dnus Cardinalis Ianuarius Granito di Belmonte, Episcopus Albanensis, eiusdem Causae Ponens seu Belator, in ordinariis sacrorum rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanas aedes coactis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sententia E.mi* D. *Iudicis ab-Tilmo ac Rmo Dno Episcopo Wladislaviensi delegati super cultu praefato Servo Dei ab immemorabili tempore exhibito, seu super casu excepto a decretis sa. nie. Urbani Papae VIII, confirmanda sit in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Bmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto B. P. D. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, omnibus sedulo perpensis, rescribere censuerunt: *Affirmative seu sententiam* esse confirmandam.* Die 19 man 1925.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem Sacrae Bituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua B.escriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habuit et confirmavit, die 27, eisdem mense et anno.

£8 A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Bufinae,
S. R. G. Praefectus.

L. £g S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

. CONSTANTIEN.. ET ABBINCEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI SORORIS PLACIDAE VIEL, SECUNDAE SUPERIORISSAE GENERALIS CONGREGATIONIS SORORUM SCHOLARUM CHRISTIANARUM A MISERICORDIA.

Quaestio agitur de Causa Beatificationis et Canonizationis ineunda Servae Dei Sororis Placidae Viel. Post primam Antistitam, Sororem Mariam Magdalenam Postel, Fundatricem Instituti Scholarum Christiana-

rum a Misericordia, quam, hoc anno sancto, mense maio, Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI, Beatorum Canonizatione et incruento Sacrificio, augustiore ritu et sacris ceremoniis, in Vaticana Basilica Sancti Petri, Apostolorum Principis, celebratis, Sanctorum catalogo adscripsit, congruisque honoribus decoravit, secunda Superiorissa Generalis eiusdem Instituti successit haec Dei Famula Placida Viel. Exordiri valde iuvat, ut eum qui legit vel audit, benevolum faciant, docilem et attentum, ab ipsis verbis novensilis Sancti Ioannis Baptistae Vianney Confessoris, parochi *Ars,* qui, caelesti quodam mentis instinctu afflatus, de prima et altera Antistita ita allocutus est: « Cette Communauté (seu Institutum Scholarum « Christianarum) a été fondée *par une Sainte* et la Supérieure qui la renace place, marche à grands pas sur ses traces » (Summ., pag. 461, § 55). Hanc sententiam sancti Parochi *Ars,* acta Canonizationis ex una parte, atque acta introductionis ex altera, utroque prospero eventu, mirifice confirmant. Quod vero attinet ad Sororem Placidam, summatim quaedam ex actis processualibus excerpta, sententiae Patrum Cardinalium S. B. C. eiusque Apostolicae approbationi praemittere liceat. In pago *Quettehou,* Constahtiensis dioecesis, octava ex undecim filiis coniugum *Hervé Viel* et *Victoire Anne Lalande,* die 26 septembris anni .1815 ortum duxit infantula, eadem die sacramento Baptismatis abluta indito triplici nomine: Eulalie, Victoire, Jacqueline. Ab honestis parentibus, qui familiae victum manu quaerebant, proles religiose instructa et educata, succrescebat: prae caeteris autem, singulari modestia et pietate recens, puella quae undecim annos agens vulgo appellabatur *Victoire la Sainte-la sainte Fille,* eo magis quia ipsa delectabatur congregare puellas aetate fere aequales christiana doctrina imbuendas, eis repetens catechismi partes quas domi vel in ecclesia didicerat. Ad sacram Mensam admissa sese ostendit devote paratam, atque angelica puritate et ferventi amore Panem caelestem suaviter gustavit adeo ut parochus eidem significaverit Iesum Christum ad maiora charismata eam destinasse, ideoque semper paratam et promptam se offerre debere ad faciendam divinam voluntatem. Parentum cura, puella concredita fuit habili et honestae sarcinatrici ut suere disceret, apud quam et arte et magis virtute proficiebat, merito laudata: *la bonne Victoire, la petite sainte.* Post paucos menses, in paternam domum reversa, dum rei familiari incumberet, puellas sibi adscire, et religionem ac pietatem, uti antea, docere in deliciis habebat. Ad annum aetatis decimum sextum cum pervenisset, Deo disponente, occasione sibi oblata, adiit suam amitam religiosam abbatiae Ssmi Salvatoris, unam ex primis sodalibus Antistitae et Fundatricis M. Magdalenae Postel. Tunc excogitavit se totam Deo mancipare in illa religiosa domo. De hac re certiores fecit parentes et fratrem germa-

num Michaelem, eorumque difficultatibus superatis religionem ingressa est anno 1883. Tirocinio summa laude peracto, habitum religiosum accepit die I[a] maii anni 1835,' assumpto nomine Soror Placida et professionem emisit die 21 septembris anni 1838. Hac ipsa die, cum esset in magna existimatione Matris Fundatricis, Soror Placida, licet adhuc iuvenis, suadente et probante Superiore Communitatis Daniel, postea Episcopo Baiocensi, electa fuit consiliaria Instituti et Magistra tironum et postulantem, quae sub eius custodia et ductu proficientes, illam uti matrem exemplarem et magistram obedientia, imitatione et amore filiali prosecutae sunt. Insuper magni momenti officia eidem commissa rectissime adimpleta fuerunt; speciatim ad comparanda et colligenda necessaria et opportuna subsidia ad ecclesiam Instituti renovandam et instaurandam. Adnotatu dignum est iter quod de mandato Matris Fundatricis aggressa est Soror Placida cum religiosa Francisca-Xaveria ad negotia Communitatis Parisiis gerenda apud Ministeria. In illa civitate missioni profuit tum Superior Generalis Fratrum a Scholis Christianis, tum ipsa Begina Galliae, magis autem protectio sancti Angeli Custodis et S. Ioseph quam in pluribus circumstantiis efficacem et beneficam illae Sorores expertae sunt. Sub hoc tempus, Sorore Placida peragente, de mandato Antistitae et Superiorum, Parisiis exorta est prima domus Congregationis Scholarum Christianarum a Misericordia, favente et cooperante M. Haumet, parocho ecclesiae S. Margaritae. Hanc domum Parisiensem sub invocatione B. Mariae Virginis de Consolatione, aliae subsecutae sunt in Gallia, Germania, etc. Post varias peregrinationes Dei Famula die 27 iunii an. 1846 reversa in abbatiam Ssmi Salvatoris invenit Antistitam M. Magdalenam Postel devexa aetate et gravi morbo vexatam, quae, Ecclesiae Sacramentis receptis piissime e vita migravit die'16 iulii eiusdem anni, suarum virtutum et bonorum operum supremam ac beatam a Summo Deo acceptura remunerationem.

* Post obitum sanctae Matris, Capitulo legitime coacto, Sorores, scientes etiam defunctae voluntatem, et egregias qualitates Sororis Placidae, eam elegerunt Superiorissam Generalem Instituti, auctoritate ecclesiastica electionem confirmante. Tunc, magis eluxit humilitas Servae Dei, quae postulavit et obtinuit annum dilationis antequam sumeret titulum Superiorissae Generalis, etsi hoc munere fungeretur in religiosa Communitate, concredito officio Procuratricis Generalis et etiam Vicariae, ipsa absente, alteri Sorori Mariae quae prius et postea eiusmodi electioni minus faventem se ostenderat. Cum opera incepta ad progressum et complementum adduci deberent, Dei Famula pro bono Communitatis peregrinationes prosequi coacta fuit; quas agere non solebat nisi prius ad sepulcrum Fundatricis pergeret, eam dejyrecatura ut sibi sociam et auxiliatricem itineris et operis se praebe-

ret. Neque silentio praetermitti possunt quaedam mira quae ei contigerunt sub protectione caeli manifesta. Duo lupi feroces ipsi obviam venientes per rosarii ostensionem fugerunt. Currus quo vehi volebat, et impedita usa non fuit, paulo post malum et gravem eventum subiit. Duo viri vultu obtutuque oculorum tetri et valde suspecti viatricem sequebantur, quae timens et tremens invocavit Beatissimam Virginem Mariam: improviso mulier cum infante se obtulit conspiciendam atque benigna et comis se facit viae ducem usque ad itineris vehiculum in quo collocata, dum ipsa respiciebat benefatricem ad gratias agendas, mulier et infans ab eius conspectu iam evanuerant. In hisce peregrinationibus Dei Famula plures virtutes exercebat, et patrocinio Beatissimae Virginis Mariae eiusque castissimi Sponsi Ioseph confisa tranquille et placide peragrabat regiones Qerma^niae et Austriae in quibus etiam a Bege Prussiae et ab Henrico V bene accepta, gratias et favores impetravit et assecuta est. Stipe collecta ecclesiam Communitatis instaurare, amplificare atque exornare sategit, adiuta et directa ab architecto Francisco Halley. Instaurationi impensa fuerunt septingenta millia francorum ex quibus decem millia a Statu contributa. Ipsa ecclesia ab Episcopo Delamare die 28 augusti an. 1856 consecrata fuit in honorem Beatae Mariae Virginis cuius simulacrum ibi magna veneratione colitur una cum statua S. Michaelis Archangeli ex voto posita ob efficacem protectionem ab Antistita et Sororibus impetratam flagrante bello anni 1870. Sed fidelis discipula et imitatrix sanctae Fundatricis M. Placida omne studium posuit in sui perfectione et in recto regimine Communitatis per silentii et recessus observantia, per caritatis et zeli exercitationem et opportuna ad bonum incitamenta. Praecipua eius cura versabatur pro tironum et iuvenum Sororum omnígeno incremento. Hinc nil mirum si Institutum a Deo benedictum ita propagatum sit ut dum anno 1846 numeraret triginta domos et- centum septuaginta Sorores, deinceps pluribus auctum domibus, ad mille et ultra religiosas ascenderit. Neque solum Antistita Placida de vita religiosa Sororum totis viribus curabat, sed etiam de ipsius Instituti vita completa et perenni per Apostolicam eius approbationem adlaboravit. Quare anno 1859 Bomam venit et quod sibi proposuerat, Deo iuvante et Apostolica auctoritate, obtinuit per Litteras laudis in forma Brevis die 29 augusti anni 1859, secuta postea definitiva Constitutionum approbatione die 5 iunii anni 1902. Quod attinet ad Causam Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae Magdalenae Postel, Romae plures notitias et documenta accepit valde utilia et opportuna processui Informativo construendo in ecclesiastica Curia Constantiensi. Insuper praeparare studuit modestam Instituti fundationem in hac Alma Urbe, Catholicae Religionis centro, firma et perenni Sede Romani Pontifi-

eis, Christi Vicarii. Ad quam domum stabiliendam Soror Placida bonam spem et gratam consolationem recepit in privata audientia Summi Pontificis Pii IX fel. rec. oculis eius, verbis, vultuque benigno recreata et acceptissimo dono cumulata in perpetuam tanti Pontificis memoriam. Tandem Mater Placida Viel, a pluribus annis cordis et hydropis morbis afflicta, ad extremum redacta, Sacramentis abeuntium, prout ipsa petierat, devotissime susceptis, morte instante rosarium aliasque preces recitans ipsosque dolores pro animabus in Purgatorio detentis patienter sustinens, Sororibus adstantibus, inter alia, haec verba protulit: «Oh! mes Sœurs, je fais le « sacrifice de ma vie pour que l'esprit de notre vénérée Fondatrice se main- « tienne en pleine vigueur dans l'Institut »; et, morientium precibus rite persolutis, M. Placida in pace Christi quievit anno .1877, die 4 martii, hora decima ante meridiem. Nuntio mortis vulgato, ingens populi multitudo ad domum religiosam afliuxit, sed paucis datum fuit cadaver invisere et super illo aliqua obiecta, devotionis causa tangere. Postquam in ecclesia abbatiae Ssmi Salvatoris iusta funebria, praesente cadavere, celebrata fuerant, corpus ad coemeterium delatum est omnibus conclamantibus: « La Sainte, « est morte, la Mère des enfants, des pauvres, des malades »; atque ipse Episcopus Germain, interpres fidelis omnium e clero et populo, nobilem orationem in laudem Famulae Dei pronunciavit. Mox ipsum corpus ad pedes Crucis ipsius Coemeterii inhumatum fuit; serius, anno nempe 1883, translatum in ecclesiam abbatiae ibique depositum quiescit in sacello Beatae Mariae Virginis. Fama sanctitatis Placidae Viel, in vita et post obitum adeo inclaruit ut processus informativus super ea in ecclesiastica Curia Constatiensi confectus sit et Bomam ad Sacram Bituum Congregationem transmissus. Instante autem Bevmo P. Henrico Bondet, Presbyterorum a Sancta Maria Procuratore Generali et huius Causae Postulatore, revisione scriptorum Servae Dei rite peracta et probata, attentisque Litteris postulatoriis Emorum S. B. E. Cardinalium Ioannis Tacci, Protectoris Instituti Sororum Scholarum Christianarum a Misericordia et Ludovici Dubois, Archiepiscopi Parisiensis, atque plurium Bevmorum Archiepiscoporum, necnon Capituli Ecclesiae Cathedralis Constantiensis una cum Moderatoribus Seminarii, parochis ecclesiarum et Antistita Generali instituti religiosi Scholarum Christianarum a Misericordia, Emus et Bevmus Dominus Cardinalis Antonius Vico, Episcopus Portuensis et S. Bufinae, eiusdem Causae Ponens et Belator in Ordinario Sacrorum Bituum Congregationis coetu, subsignata die ad Vaticanas Aedes coacto, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio Introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Bevmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce

et scripto R. P. D. Angelo Mariani, Fidei Promotore Generali, omnibus sedulo perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu signandam* esse *Commissionem Introductionis Causae, si /Sanctissimo placuerit,* die 21 iulii 1925.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Pio XI per infrascriptum Cardinalem Sacrae Bituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Sororis Placidae Viel, secundae Superiorissae Generalis Congregationis Sororum Scholarum Christianarum a Misericordia, die 22 eisdem mense et anno.

£8 A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Bufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. *rB* 8.

Alexander Verde, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO PRO • ECCLESIA ORIENTALI

NOMINATIONES

Decretis Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, auctoritate Ssmi Domini Nostri, renunciati sunt:

3 iunii 1925. — B. D. Iacobus Kallarakel Administrator dioeceseos Changanacherriensis ritus siro-malabarici.

25 iulii 1925. — B. P. Paschalis Bnbinson O. F. M., Visitator Apostolicus pro Palaestina.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 30 giugno 1925, presso l'Emo e Emo Signor Cardinale Antonio Vico, Ponente della causa di beatificazione e canonizzazione del Ven. Servo di Dio Giovanni Bosco, Sacerdote, fondatore della Pia Società Salesiana e dell'Istituto delle Figlie di Maria Ausiliatrice, si è tenuta la Sacra Congregazione dei Biti *Antipreparatoria,* nella quale dai Emi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima, si è discusso il dubbio sopra l'eroicità delle virtù esercitate dallo stesso Ven. Servo di Dio.

Martedì, 21 luglio 1925, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è tenuta la Congregazione dei Sacri Biti *Ordinaria,* nella quale al giudizio degli Emi e Emi Signori Cardinali, componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie :

1. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Placida Viel, seconda Superiora Generale dell'Istituto delle Scuole Cristiane della Misericordia.
2. Intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio e Messa propria nella Festa di Nostro Signore Gesù Cristo Be.
3. Intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio e Messa propria nonché dell'Elogio da inserirsi nell'appendice del Martirologio in onore del Beato Vincenzo Strambi, Vescovo di Macerata e Tolentino, della Congregazione dei Chierici Begolari Scalzi della Ssma Croce e Passione di N. S. G. C.
4. Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Suor Maria di Gesù, al secolo Emilia d'Oultremont, Fondatrice della Società delle Suore di Maria Biparatrice.

Martedì, 28 luglio 1925, presso l'Emo e Emo Sig. Cardinale Granito Pignatelli di Belmonte, Ponente della Causa della Beatificazione e Canonizzazione della Ven. Serva di Dio Lucia Filippini, Fondatrice e Superiora dell'Istituto delle Maestre Pie, dette dal suo cognome Filippini, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Biti *Antipreparatoria,* nella quale dai Bmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima, si è discusso il dubbio sopra tre miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione della stessa Venerabile, i quali vengono proposti per la sua Beatificazione.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE " •

Con Biglietti della Segreteria di Stato il S. Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

14 giugno 1925. Monsig. Angelo Mercati, *Prefetto degli Archivi Vaticani.*

» » » Monsig. Pilippo Giobbe, *Sostituto della .8. C. pro Ecclesia Orientali.*

7 luglio » Monsig. Mariano Ugolini, *Diacono Ministrante alle Messe della Cappella Pontificia.*

12 » » Emo Sig. Card. Ottavio Cagiano de Azevedo, *Membro della 8. C per gli Affari Ecclesiastici Straordinari.*

20 » » Monsig. Ermenegildo Pasetto, Vescovo titolare di Gerra, il Brno P. Pasquale Bobinson, O. P., M., e il Brno P. Pietro Vidal, S. L, *Consultori della 8. C. di Propaganda Fide.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

20 giugno 1925. L'Emo Sig. Cardinale Giovanni Bonzano, *Protettore delle Suore Ancelle del 8. Cuore di Gesii,* di St-Quentin.

8 luglio » L'Emo Sig. Cardinale Guglielmo Van Bossum, *Protettore delle Suore Missionarie dell'Immacolata Concezione* (Montreal-Canada).

Assistenti al Soglio Pontificio:

23 giugno 1925. Monsig. Raimondo Netzhammer, Arcivescovo titolare di Anazarbo.

21 luglio » Monsig. Alessandro Berlioz, Vescovo di Hakodate.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

18 marzo 1925. Monsig. Nicola Antonio Pusino, della diocesi di Boiano.

15 maggio » Monsig. Carlo Cornelio Prinsen, della diocesi di Bois-le-Duc.

3 luglio » Monsig. Giovanni Lakajnar, della diocesi di Diakovo.

Prelati domestici di 8. 8.:

14 maggio 1925 Monsig. Giovanni Preti, della diocesi di Borgo San Donnino.

15 giugno » Monsig. Giorgio Walsh, della diocesi di Galveston.

23 » » Monsig. Francesco Wall, dell'arehidiocesi di Dublino.

» » Monsig. Simone Weber, dell'arehidiocesi di Friburgo.

23 giugno 1925. **Monsig. Adolfo Büsch, della archidiocesi di Friburgo.**
» » » **Monsig. Benedetto Kreutz, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Pietro Bataille, deU'archidiocesi di Tours.**
25 » » **Monsig. Giovanni Nepomuceno Jindra, della diocesi di Kòniggrätz.**
30 » » **Monsig. Giovanni Delay, deU'archidiocesi di Lione.**
3 luglio » **Monsig. Isidoro Alexandre, della diocesi di Nevers.**
5 » » **Monsig. Luigi Camilleri, della diocesi di Malta.**
13 » » **Monsig. Giuseppe Trezzi (Boma).**
18 » » **Monsig. Biccardo Schuller (Boma).**
21 » » **Monsig. Tommaso E. Horgan, della diocesi di Sacramento.**
» » » **Monsig. Michele Kicely, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Patrizio Guerin, della medesima diocesi.**
23 » » **Monsig. Libanio Lafayette, della diocesi di Pouso Alegre.**
» » » **Monsig. Teófilo Guimares, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Giovanni M. Langlois, della diócesi di Lafayette.**
» » » **Monsig. Guglielmo J. Teurlings, della medesima diocesi.**
» » •» **Monsig. Alvaro Giuseppe de Lima, deU'archidiocesi di S. Luigi del Maragnano.**
» » » **Monsig. Francesco Saverio Eberle, della diocesi di Augsburg.**
» » » **Monsig. Giuseppe Maria Friesenegger, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Federico Mueller, della medesima diocesi.**
24 » » **Monsig. Giacomo Schäfer, della diocesi di Magonza.**

ONOEIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, elasse civile:

16 marzo 1925. **Al sig. barone Leone de Villenfange de Vogelsanck, della diocesi di Liegi.**
13 giugno » **Al sig. Luigi Heinzel, dell'archidiocesi di Zagabria.**
20 » » **Al sig. Edmondo Mouffe, della diocesi di IsTamur.**
» » » **Al sig. avv. Ugo Baur, deU'archidiocesi di Friburgo.**
21 » » **Al sig. dott. Giuseppe Puetz, dell'archidiocesi di Colonia.**
23 » » **Al sig. Stefano Strausz, deUa diocesi di Strigonia.**
24 » » **Al sig. Giuseppe Weydmann, di Strasburgo.**
25 » » **Al sig. Francesco Saverio Anacleto Da Silva, della diocesi di Macao.**
27 » » **Al sig. Giovanni Gaülot, della diocesi di La BocheUe.**
30 » » **Al sig. Pietro Paolo Wiegman, della diocesi di Haarlem.**

6 luglio 1925. Al sig. marchese Luigi Carlotti, della diocesi di Verona.
7 » » Al sig. Desiderio de Farkas, dell'arehidiocesi di Zagabria.
8 » » Al sig. Antonio Revello, della diocesi di Cuneo.
9 » » Al sig. prof. Giuseppe Limburg, dell'arehidiocesi di Wratislavia.
» » » Al sig. conte Ettore Cagninacci, della diocesi di Ajaccio.
21 » » Al sig. Carlo Scotti (Roma).
22 » » Al sig. Garebed Matossian, della diocesi di Alessandria d'Egitto, di rito armeno.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

3 febbraio 1925. Al sig. Gennaro Balsimelli, dell'arehidiocesi di Napoli.
14 maggio » Al sig. Stefano Aperio Bella (Costantinopoli).
21 giugno » Al sig. Augusto Broussier, della diocesi di Namur.
» » » Al signor Adolfo de Moffarts, della medesima diocesi.
24 » » Al sig. Giorgio Jensen, del vicariato apostolico di Danimarca.
» » » Al sig. Antonio Bon (Indocina).
» » » Al sig. Francesco Pluijmackers, della diocesi di Buremonda.
27 » » Al sig. Giuseppe Eloy, della diocesi di Arras.
» » » Al sig. Pietro Vismans, della diocesi di Haarlem.
30 » » Al sig. Giovanni Bamboldo van der Laus, della diocesi di Bois-le-duc.
» » » Al sig. Pellegrino Origoni, dell'arehidiocesi di Milano.
» » » Al sig. avv. Giulio Besozzi, della medesima archidiocesi.
4 luglio » Al sig. Osvaldo Martin, dell'arehidiocesi di Calcutta.
» » » Al sig. Giorgio Faulkner, della medesima archidiocesi.
» » » Ai sig. Costantino Panioty, della medesima archidiocesi.
5 » » Al sig. Leone Andrea Lemoine, dell'arehidiocesi di Parigi.
» » » Al sig. Giuseppe A. IT. Stein weg, deiTarehídiocesi di Utrecht.
13 » » Al sig. Giuseppe Mancini (Boma).
» » » Al sig. Saverio Le Tourneau della Perraudiètre, della diocesi di Lavai.
21 » » Al sig. Ludovico Clemens, della diocesi di Paderborn.
22 » » Al sig. Guglielmo d'Arcy, dell'arehidiocesi di Liverpool.
23 » » Al sig. Tommaso Gordon Hensler, della diocesi di Southwark.
24 » » Al sig. Davide J. Champion, della diocesi di Cleveland.
25 » » Al sig. Paolo Tillette de Mautort, della diocesi di Amiens.

La Gran Croce dell'Ordine di San Silvestro Papa:

24 luglio 1925. Al sig. barone Oscar Mitis, dell'arehidiocesi di Vienna.

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papà:

30 giugno 1925. Al sig. dott. Giacomo Cecconi, della diocesi di Fano.
10 luglio « Al sig. Egidio Legnani, dell'archidiocesi di Milano.
14 » » Al sig. Paolo Coupleux, della diocesi di Lilla.
24 » » . Al sig. dott. Enrico Battagliotti, dell'archidiocesi di Torino.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

6 luglio 1925. Al sig. Vittore Calvo, Aiutante di Camera di S. M. il Ee di Spagna.
9 » » Al sig. Carlo Belloni, della diocesi di Adria.
'> » » Al sig. Ignazio Ferrari, della medesima diocesi.
13 » » Al sig. Adolfo Lohmiller, della diocesi di Bottenburg.
14 » » Al sig. Eligio Coupleux, della diocesi di Lilla.
» » Al sig. Leone Coupleux, della medesima diocesi.
21 » » Al sig. Faustino Bonomi, della diocesi di Brescia.
24 » ." » Al sig. dott. Giuseppe Mayr, dell'archidiocesi di Vienna.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Bevma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si ë degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S. :

23 maggio 1925. Monsig. Venceslao Binder, dell'archidiocesi di Vienna.
» » » Monsig. Giovanni Ellinger, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Carlo Handloss, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Francesco Hlawati, della medesima archidiocesi.
» » ;.,•» (Monsig. Andrea Huher, della medesima archidiocesi.
» » ». Monsig. Teodoro Innitzer, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Lehner, della medesima. archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni Lhotta, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Michele May er, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Leopoldo Metzger, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Engelberto Müller, della medesima archidiocesi.
.» » » Monsig. Guglielmo Panesch, della medesima archidiocesi.
» ,» » Monsig. Giuseppe Pascher, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Vittore Schmidt, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni Spens-Booden, della medesima .archidiocesi.
» » » Monsig. Carlo Weczersik, della medesima archidiocesi.

23	*maggio*	*1925.*	**Monsig. Giovanni Grippel, della archidiocesi di Vienna.**
»	»	»	**Monsig. Giacomo Fried, della medesima archidiocesi.**
»		»	**Monsig. Giovanni Mörzinger, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**Monsig. Ernesto Tomek, della medesima arehidioeesi-**
»	»	»·	**Monsig. Giuseppe Wagner, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**Monsig. Francesco Zehentbauer, della medesima archidiocesi.**
20	*giugno*	»	**Monsig. Giovanni Battista Gerber, della diocesi di Erbipoli.**
»	»	»	**Monsig. Ivone Fischer, della medesima diocesi.**
26	»	»	**Monsig. Giuseppe Monticone (Boma).**
»	»	»	**Monsig. Leonardo Cercone (Boma).**
27	»	»	**Monsig. Stefano Momidtowski, della diocesi di Premislia.**
»	»	»	**Monsig. Teófilo Chciuk, della medesima diocesi.**
»		»	**Monsig. Adalberto Szmyd, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Matteo Czopoz, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Ignazio Kutakowski, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Francesco Majcher, della medesima diocesi.**
»	».		**Monsig. Valentino Mazanek, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Sigismondo Meski, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Giuseppe Mewodowski, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Bronislao Swieykowski, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Adalberto Szafranski, della medesima diocesi.**
»	»	«	**Monsig. Giuseppe Brockhoff, della diocesi di Paderborn.**
»	»	»	**Monsig. Gregorio Benavides, della diocesi di Alajuela.**
»	»	»	**Monsig. Giovanni Vincenzo Solis, della medesima diocesi.**
»	»		**Monsig. Luigi Leipold, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Ferdinando Biegler, della diocesi di Seco via.**
»	»	»	**Monsig. Giulio Slivka, della diocesi di Budweis.**
»	»	»	**Monsig. Vincenzo Fernando (Ceylan).**
30	»	»	**Monsig. Giuseppe Gentili, della diocesi di Fano.**
»	»	»	**Monsig. Alessandro Bivelli, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Stefano Baksió, dell^archidiocesi di Zagabria.**
1	*luglio*	»	**Monsig. Gioacchino Sansonetti, della diocesi di Lecce.**
»	»	»	**Monsig. Gioacchino Pascali, della medesima diocesi.**
3	»	»	**Monsig. Francesco Aufing, della diocesi di Münster.**
4	»	»	**Monsig. Vincenzo Stermeczky, della diocesi di Alba Beale.**
9	»	»	**Monsig. Domenico Belmonte, della diocesi di Ariano.**
11	»	»	**Monsig. Antonio Olyntho de Paiva Dutra, della diocesi di Pouso Alegre.**
»	»	»	**Monsig. Giovanni Calazans ÎNTogueira, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Antonio Furtado de Mendonça, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Giovanni Battista Bigotti, della medesima diocesi.**
	»	»	**Monsig. Pietro Giuseppe da Silva Brito, della medesima diocesi.**

11 luglio 1925. Monsig. Gentile Moura Vianna, dell'archidiocesi di S. Luigi dei Maragnano.
» » » Monsig. Gregorio Luigi de Barros, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Gioacchino Martino Dorado, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Braulio Nuñez, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Filippo Condurli Pacheco, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Antonio Schwab, della diocesi di Augsburg.
13 » » Monsig. Luigi Merhar, della diocesi di Lubiana.
22 » » Monsig. Antonio Grava, della diocesi di Ceneda.
» » » Monsig. Giuseppe Messner, della diocesi di S. Gallo.

Camerieri segreti di Spada e Cappa Supr annumerari di S. S.:

28 ottobre 1924. Il sig. principe Severino Swiatopolk-Czertwertynsky, della diocesi di Lublino.
30 giugno 1925. U sig. marchese Giuseppe M. purazzo, dell'archidiocesi di Genova.
8 luglio » Il sig. Giuseppe Botas Campos, della diocesi di León.
23 » » Il sig. nobile Giovanni Kamienski, della diocesi di Wilna.
24 » » Il sig. barone Francesco Lopez y Boyo, della diocesi di Lecce.

Camerieri d'onore in àbito paonazzo di S. S.:

16 aprile 1925. Monsig. Giovanni Bosso, dell'archidiocesi Torino.
23 maggio » Monsig. Teodoro Gürtler, dell'archidiocesi di Vienna.
» » » Monsig. Ferdinando Heinz, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Biccardo Jock, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giacomo Pich, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Guglielmo Pichelr, della medesima archidiocesi. -
» » » Monsig. Leopoldo Bóssmiller, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Augusto Schaufhofer, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Leopoldo Schranzhofer, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Carlo Straniak, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Teodoro Stief, della stessa archidiocesi.
» » » Monsig. Bodolfo Wimmer, dalla medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Carlo Drexler, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni Gartner, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Luigi Hackenberg, della medesima archidiocesi,
» » » Monsig. Giuseppe Miklas¿ della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Süpp, della medesima archidiocesi.
1 luglio » Monsig. Fortunato Giuseppe Mantovani, dell'archidiocesi di Verona.

1 *luglio* *1925.* Monsig. Angelo Vieira de Sampaio, della diocesi di Petrolina.
» » » Monsig. Antonio Giuseppe da Costa Eego, della medesima diocesi.
« » » Monsig. Giuseppe Esteves Guedes, della diocesi di Arassuahy.
3 » » Monsig. Pietro Eavelli (Eoma).
4 » » Monsig. Tiburzio Rejöd, della diocesi di Transilvania.
11 » » Monsig. Giuseppe Canterucci, della diocesi di S. Marco e , Bisignano.
13 » » Monsig. Antonio B arreca (Boma).
22 » •» Monsig. Silvio Attilio Sericano, della diocesi di Tortona.
24 » » Monsig. Domenico Costero, della diocesi d'Ivrea.
25 » » Monsig. Stefano Szabó, deH'archidiocesi di Colocza.
» » » Monsig, Francesco Kujáni, della medesima archidiocesi.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. 8.:

27 *giugno* *1925.* Il sig. Vladimiro Kaczorowski, della diocesi di Premislia (r. lat.).
» » . » B sig. Stanislao Golinski, della medesima diocesi.
» » » Il sig. Giuseppe Kçdzierski, della medesima diocesi.
1 *luglio* *1925.* Il cav. Giuseppe Vagliasindi, dell'arehidiocesi di Catania.
23 . » » Il sig. Giovanni B. Ebner, dell'arehidiocesi di Vienna.

Cappellani d'onore extra Urbem.

23 *maggio* *1925.* Monsig. Gottardo Blümel, dell'arehidiocesi di Vienna.
» » » Monsig. Ferdinando Guschl, della medesima diocesi.
» » » Monsig. .Arturo Lauf, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Schauenburg, della medesima diocesi.
30 *giugno* » Monsig. Ferdinando Gambardella, dell'arehidiocesi di Amalfi.
1 *luglio* » Monsig. Leone Greco, della diocesi di Lecce.
» » » Monsig. Vincenzo Biezzo, della medesima diocesi.
23 » » Monsig. Emilio Visintainer,-della diocesi di Trento.
25 » » Monsig. Francesco Erdey, dell'arehidiocesi di Colocza.

Cameriere d'onore extra Urbem.

23 *maggio* *1925.* Monsig. Giuseppe Scheiner, dell'arehidiocesi di Vienna,

NECROLOGIO

17 *luglio* *192-5.* Monsig. Enrico Lorenzo Janssens, Vescovo tit. di Betsaida.
19 » » Emo Sig. Card. Ludovico JSTazario Bégin, del titolo dei Ss. Vitale, Gervasio e Protasio, Arcivescovo di Quebec.
» » » Monsig. Luca Pappata va, Vescovo di Lesina.

Annus XVII - Vol. XVII i Septembris 1925 Num. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE DECRETALES

I

BEATA MARIA MAGDALENA POSTEL, FUNDATRIX INSTITUTI SORORUM SCHOLARUM CHRISTIANARUM A MISERICORDIA, SANCTORUM FASTIS ADSCRIBITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Divina misericordia Nobis datum fuit, ex officio ab alto commisso, ad Dei laudem et fidelium aedificationem, Canonizationis honorem, in hoc piaculari anno, pluribus tribuere, quorum heroica vita et miracula, per eos gesta, gloriam et magnificentiam Domini enarrant.

Hanc auctoritatem Sanctos canonizandi Christus Ecclesiae Suae tradidit, ut, etiam in terris, ubi locus eorum certaminis fuit, triumphi coronam utcumque reportent et gloriae, qua gaudent in caelis, ex parte Ecclesiae militantis gloria quoque respondeat. Haec autem sanctitatis declaratio nos viatores merito urget ut erga eos venerationem sentiamus, intercessionem ac protectionem invocemus et cognitio eorum vitae nobis ostendat agendi rationes ad eorum virtutes imitandas et aeternum praemium consequendum.

Vita igitur Mariae Magdalenae Postel nos docet quanti sint facienda puerorum christiana institutio et laboris amor, quas virtutes ipsa maxime exercuit et Dominus per miracula sancivit. Ex primis iuventutis annis per ieiunia et tormenta corpus cohibuit, ut illud animus promptius habere posset in exercitio heroicae caritatis erga sacrosanctum Sacramentum et proximos, praesertim orphanos, pueros et pauperes. Quam caritatem maxime

exercuit dum humanarum divinarumque rerum eversio in Gallia patrabatur: ipsa/ quamvis puella, omnia pericula spernens, mirabilia peregit in Ecclesiae et concivium bonum, sic demonstrans quanta sit vis amoris qui in Deo fundatur.

Optimum factu esset christifidelibus, honoris et imitationis causa, omnia Mariae Magdalenae insignia referre facinora; verum cum heic absit integrae narrationi locus, ea summatim revocamus.

Barflorei, Constantiensis dioeceseos, in Gallia, die vigesima octava mensis novembris, anno millesimo septingentésimo quinquagesimo sexto, a Ioanne Postel et Teresia Le Vallois, quorum virtutes quasi ab hereditate promanare videbantur,'nata est infantula, cui nomina imposita Iulia, Francisca, Catharina.. . . . .

A teneris unguiculis, vel, melius, cum ad vitae lumina surrexit, omnibus divinae dulcedinis est ditata thesauris: decretum ipsum, quo eius virtutes approbantur, declarat eam, primis ab annis, tam egregie perfecteque vitam traduxisse, ut consummatae sanctitatis fastigium fuerit consequuta. Idcirco absque dubio affirmari potest eius animum usque a pueritia divinis inspirationibus docilem ac tractabilem fuisse.

Parentes, aurea quadam mediocritate pollentes, minime otio vacabant, immo nulli sollicitudini in filios pietate imbuendos unquam parcere visi sunt.

Iulia autem, ob prodigium veluti inauditum praevenientis gratiae, extemplo vivo ardore non modo ad caritatem excolendam, verum etiam ad humilitatem et sui contemptum exercendum excelluit: et omnes, de hac naturali puellulae indole mirati, una voce susurrabant: « Quidnam puella ista erit, a qua mirum in modum tanti amoris praecocitas revelatur!».

Mater, cum primitus eam in templum adduxit, suaviter monuit, ne oculos huc illuc converteret, uti pueri peragere solent inscii, sed menti semper immotum haberet, se coram Deo esse, cui Angeli hymnum gloriae concinunt. Iulia matris hortationes ita accepit et corde servavit, ut numquam ex eo usque ad extremum vitae suae annum mentem in Deum affixam ad aliena deflexerit.

Iam ceteris aequalibus puellis virtutum exemplar facta, penes omnes quasi vivens et obambulans prodigium indicabatur; siquidem non solum pueritia ioca spernebat, sed tanta pietatis signa monstrabat, ut quam saepissime in paternam domum ad se aequales convocatas ante parvum sua manu erectum altare, preces sacrasque cantiunculas edoceret. Quisnam puerascentis Iuliae magister, nisi Deus, qui in eam spiritum caritatis iam infuderat? Quotidie pueris egenis et famelicis, quibus, uti perita ludimagistra, christianae catechesis rudimenta illustrabat et parochi ser-

mones referebat adamussim, libenti animo panem suppeditare non destitit, ipsa saepe impransa permanens; pluries se vestibus exuens, vel eas ab aliis quaeritans, puellulas, amictu carentes, tegere in deliciis habuit.

Non minus caritate excelluit extra domesticos parietes; cibum enim et pecuniam pro egenis sublevandis a divitibus expostulabat, et igne divini amoris incensa, morbo laborantibus solatium praebens, veluti ancilla humiliora obibat officia, hoc est, ligna ferendo, domi munditiae dando operam, pultim et iuscula comparando, lectulos concinnando, et similia, quae peragere solent mulieres iam pueritiae aetatem excedentes. Suavissimus olim caritatis gestus in ea apparuit cum pueros panem hordeaceum comedentes intuita, panem suum egregie confectum, sibi a parentibus datum, cum illis commutavit, obsonium adiungens atque eorum durissimo ingratoque suis visceribus cibo vescens hilariter.

Quamvis infantula, consilia nova exprimere valet, tali referta sapientia, ut senilia appellari possint; in omnibus enim ipsa causas reperire studet, quae ad divini Largitoris bonitatem eiusque gloriam referuntur. Hoc tantum modo sit satis innuere exemplum. Fulgur et tonitrus, hominibus et praesertim pueris saepe tremoris terrorisque causa, in puellae animum, contra, maximam ferebant laetitiam; ingenue enim ipsa latebatur, eo saltem tempore, idest fulgurante et tonante caelo, improbos homines, quodam terrore captos, a blasphemiis aliisque peccatis abstinere et ita minime offendi Deum, Beatam Virginem et Sanctos.

Hisce singularis iudicii et veritatis praeclaris signis succrescit Iulia et, superveniente hora qua celebranda, est schola, mater, sollicita semper, apud Mariam Annam Vaze, magistram pietate insignem, filiolam collocat, quam breviter in litterarum studio et in Dei amore proficientem laetans admiratur. Quid ohm hac in schola contigerit, satagente puellula, silentio praeterire nequimus; nam manifeste patet inter eam et Deum, a primis inde annis, iam magna et mira haberi, quae admirationem populi iure excitarunt. Ad luliae aures pervenerat, duos milites, ex gravi contentione inter se orta, statuisse, more quo solent stulti ad mutuum odium effundendum, gladio duellum perficere in proximo agro familiae Postel pertinente. Illico a magistra et a pueris sociis preces implorans, ut hoc malum avertatur, in scholae conterminum hortum egressa, Crucifixi imaginem gestans numi proeumbit, tantasque effundit Deo preces, .ut (oh, singulare prodigium!) milites ex improviso arma proficientes sese osculando réconcilient. Oppidani omnes saevientium militum reconciliata corda precibus luliae tantummodo tribuentes, narrantur quanta sit in infantula fides in orationis efficacia erga Deum a quo semper innocens manibus et mundo corde iuvamen assequitur.

Haec pietatis signa magis magisque in dies elucescebant, duce pientissima matre, quae secum filiolam dulcissimam frequenter in templum adducens, ad Dei amorem pietate sua excitabat, praesertim erga Sanctissimam Eucharistiam, qua Iulia, ob minimam aetatem, refici nondum poterat. At puella ingenioso amore hanc privationem supplere studebat; nam, refecta optima genitrice Angelorum pane, propior facta, ad maternum pectus caput reclinans, haerebat immota, quasi et ipsa, desiderio aestuans, divini Sacramenti suavitatem praegustaret.

Illis inde diebus, omnes puellulae actiones amorem Dei redolebant, et quo melius cum divino Largitore frequens esset sermocinatio, solitudini vacare coepit, cupiens tantum inesse mundo, ut indoctos ad Dei laudem excitaret et parvulos vias Domini edoceret. Ex eius ore, habitu et incessu exemplum modestiae et castimoniae prodibat, quo omnes valde mirabantur, affirmantes Iuliani a mundo seiuhctam prorsus esse, ideoque non humanam creaturam, sed angelum per vias deambulare: tanta in ipsa aderat sensuum custodia, tanta morum simplicitas, tantus in Deum et proximos amor!

Attingens nonum aetatis suae annum, quod ardenter exoptaverat, tandem est assequuta; nam parochus, bene noscens puellae singularem delectationem in mortificatione, in humilitate et in orationis spiritu, eamque fervore et consilio existimans maturam, ad Eucharistiae Sacramentum admisit, quo castissima virgo usque ad ultimum vitae tempus, nulla praetermissa die, vesci non destitit. Et quo melius cum Deo vinculo caritatis se obstringeret, acriora in austeritate est conata, suum corpus poenitentiis adeo castigando, ut mirandum optimo iure sit, quomodo puella novennis aggredi haec potuerit: siquidem duas panis uncias, una cum aqua, quotidianum cibum constituere satagebat, et procerto ob exinanitionem procubuisset, nisi confessarius, certior de re factus, hanc agendi vitae rationem suo imperio mitigasset. Verum Iulia, ne membra languescerent, iussui obtemperans, alia patravit, quibus clare est patefactum magnum mortificationis studium; plurimas enim horas somno carpsit, ut orationi incumberet, lapidem in lectulo stravit, quo tormento uteretur et sua latera ciliciis ferreisque catenulis obstrinxit. Verba durissima patris saepe toleravit, qui non pravo animo, sed re familiari in peius mente, parum iracundus factus, aegre ferebat filiam suam asperrimam adeo poenitentiae viam fuisse aggressam, iam malefirma valetudine laborantem.

luliae, semper hilari vultu et invicto animo tristia ferenti, Deus suorum charismatum retributionem multam est elargitus, et saepe concives, in templum accurrentes, eam veluti in ecstasi immotam et quadam circumdatam aureola conspexerunt, eiusque ab ecclesia egressum exspectantes,

sanctam vel angelum advocare suescebant, stupentes, quod tam insignia munera divinae bonitatis iam animum puellae locupletarent, quae nondum duodecimum annum expleverat.

Ad altiora Deus hanc Famulam, a concivibus iam sanctam praedicatam, sensim adducens, utpote quae austeriorem vitam degere cupiebat, in parentes consilium iniecit, ut Iulia in asceterio Valloniensi, cui nomen a monialibus ex Ordine S. Benedicti, ad politiorem educationem suscipiendam collocaretur. Laeto cum animo puella hoc sanctitatis et austeritatis coenobium ingressa, illico divinis humanisque scientiis elucescit et sanctimoniales, de mirificis signis sanctitatis luliae stupescentes, mente agitant novam laudis famam huic Benedictino Instituto illam esse daturam et eam scientia Domini quotidie proficientem vocant : « Filiam Domini », vel « Filiam boni Dei ».

Vota, quae tempore primae Communionis emiserat, Iulia renovavit in asceterio, idest custodiendi lilium perpetuae castitatis et se dicandi ad Dei gloriam et proximorum utilitatem. Hac in pacis solitudine, inter virgines poenitentiis assuetas, vigiliis, ieiuniis et flagellationibus ipsa indulget usque ad annum decimum septimum suae aetatis, quo, iussu parentum, paternam domum repetit; nam, disponente Deo, perfectissima magistra fieri debet ea aetate, qua aliae adulescentulae solummodo alumnarum nomine nuncupantur. Maximo cum moerore monialium et sociarum Iulia ab asceterio discessit; sed vix apud parentes consedit, concives omnes, magno affecti gaudio, dictitabant, angelum rursus e caelo descendisse ad nova pauperibus auxilia ferenda, ad pueriles animos vehementiore caritatis studio pietatisque fingendos. Et feliciter ita accidit; nam Iulia citissime scholam constituit pro puellis, praesertim pauperibus, quas edocere curabat non tantum rudimenta scientiae, sed etiam utiles labores matribus familias consentaneus. Mox eius suavitas animos puellarum allexerat, et istae tam sponte ad Iuliani confluebant et eius consuetudinem diligebant, ut aegro animo ferrent, constituta hora, in paternam domum reverti.

Sciens tales futuros homines quales sunt praeceptores, tenerrimas animas ad misericordiae opera, praesertim in orphanos et viduas excitabat, et plurimae exstiterunt alumnae, quae postea dignissimae matres familias habitae sunt ex hoc luliae caritatis magisterio.

Tam humilium subhmiumque officiorum exercitio Iulia vacante, tenebricosa tempora in Gallus exorta, non solum societatis ordinem, sed religionis leges evertebant, totque scelera patrabantur a quibus enumerandis animus abhorret. Sacerdotes in vincula fuerunt coniecti, sanctimoniales in exsilium missae, templa quassata, sacra vasa abrepta, Sanctorum ima-

gines, limo pollutae, per vias derelictae. Iulia, oculis in. caelum intentis, imminens pertimescens periculum pro oratorio suae domus, vicarium a Nostra Domina Barflorensi ad se arcessitum enixe- rogavit, ut parvam aedem benedieeret, ibique, Missam celebrando, Eucharisticum Sacramentum deponeret, hisce verbis allocuta: « Relinque, pater amantissime, Do«minum in fragili nostra navícula; Ipse, contra tempestatis furentes flu-it ctus nobis suppeditans auxilium, a naufragio servabit. Egomet fida socia « manebo.. Per dies ac noctes preces Iesu Christo Redemptori effundam, «ut sacrilegae arceantur manus et mala dirimantur, quotidie gliscentia: « meique capitis nullum • periculum prorsus timens, Mos ministros inve« niam, qui victimam expiatoriam quotidie offerant Deo sacrasque reno« velit Species ».

Huiusmodi vota, tantam caritatem redolentia, parochus secundat, et per diuturnos aerumnarum túrbidos annos, luliae domus tutum refugium fuit pro asservando Eucharistico Sacramento, reliquiis et sacerdotalibus indumentos custodiendis. Hac in re, adolescentiae virtus tam constans; mira et heroica fuit, ut merito Virgo-Sacerdos Iulia appellaretur. *

Nemo fervidissimas eius preces retexere potest, quas quotidie pro vexata Ecclesia fudit, vel benignitatis aut caritatis signa, quibus usa est in Dei ministris, capite damnatis, domi recipiendis. Impavida perseverans ante homines, qui diversum suadere tentabant, consuetudinem vitae usque retinens, qua fuerat usa in colligendo et educando pauperes, invicto animo fatebatur se nullo angi timore : iamdiu enim ad mortem esse paratam pro Dei gloria ac veritatis testimonio affirmandis.

Itaque dominicis diebus christifideles in propriam congregabat domum, qui pietatis et religionis officia persolverent; sacerdotum latibula pluries invisebat, ab illis consilia expostulans, de iis quae pro animarum salute essent sibi peragenda; tantaque usa est prudentia et consilio, ut ne unus quidem abditus et in mortem quaesitus, ipsa satagente, carnificum manibus fuerit traditus. Obsequium et reverentiam concivium igitur haec omnia summopere augebant, et cuncti ad invicem omni sollicitudine utebantur ut Iulia a persequutorum odio atque indagine incolumis evaderet. Et apostolum suum Deus sustentabat adiutor ac solator assiduus, in aerumnis, in miseria, in tribulationibùs, quae anno millesimo septingentésimo nonagésimo quarto asperiores in dies sucerevere; vehemens enim dolor luliae animo haesit ob patris amantissimi obitum, quamvis certior esset, illum, miserescente Domino, aeternae salutis praemium fuisse assequutum.

De die in diem rebus Gallicis in deteriora mentibus, sacerdotibus caesis vel in exsilium missis aut sublatis, omni penitus ministerii adiumento

fideles caruerunt. Evangelii praeconis suscepto munere Iulia huc illuc progTediebatur, ut divini verbi semen spargerei, inscios et indoctos edocendo, debiles excitando, et fortes muniendo: eique potestas facta est ut, quousque, properaret, Eucharistiam, domi servatam, secum ferret, illam adducendi causa ad aegrotos, siqui adessent, atque a profanis osorum manibus servandi, quorum, cum sacras Species devote secum traheret, uti olim Tarcisius Christi gerens Sacramenta, pluries rugitus audivit, more furentium daemonum, sacra profanare quaerentium.

Exstincto tandem, post decennium, furiali rebellionis incendio, ex quo sospes, opitulante Deo, Iulia evasit, numquam vigiliis, sumptibus et laboribus parcens, populo restituta ubertate, inconcussae fidei praemium suae Famulae Deus elargitur, eam replendo lumine, quo per obscuriores tenebras et varia discrimina in posterum adduceretur. Siquidem quaedam puellula luliae scholam celebrans, gravi morbo confecta diem supremum obitura, magistram suam dulcissimam, sic, inspirata voce, olim alloquitur: « Acribus subiecta aerumnis, Societatem, mater, institues: Tamerville « manebis, et multos per annos filiae tuae numero exiguae nulla aestima- « tione dignae habebuntur; in quoddam asceterium te nonnulli sacerdo- «tes adducent; senio confecta morieris et filiae tuae in dioecesi tunc « frequentiores exstabunt, tuque constanti animo de tua Ecclesia curam «geres assiduam». Hoc yatieinium, cuius eventus Iulia plene posthac vidit comprobari, duo magna Providentiae consilia complectitur, nempe Sodalitatis institutionem et veteris Ecclesiae restaurationem. At, quot labores, cruciatus, discrimina animum luliae occuparunt, ut divina decreta ad felicem exitum perducerentur!

Anno millesimo octingentesimo quinto, aetatis Famulae Dei undequinquagesimo, cum labores, vigiliae, austeritates vires luliae iamdudum enervavissent, et ultra plurimi dissensus ex cultu Barflorei reconstruendo procederent, bellum luliae a consanguineis, cum quibus vivebat, indictum est ob eius caritatem in pauperes nimis effusam. De his angustiis Deus tantummodo testis. Tum, campum laboribus patentiorem intuita, natale oppidum absque moerore relinquit, Deo promittens se numquam in avitam terram redituram, et Caesaroburgum petit, ubi, ad pedes pro voluta presbyteri Aloisii Cabart, qui Deo potius quam sibi vivebat, animum ei patefacit, suum exponens consilium, nempe Societatem instituendi pro iuventute, Dei et laboris amore erudienda, et, veluti propitiationis hostiam sese offerendi ad egenos iuvandos omnesque, favente Deo, aerumnas a patria, si possibile foret, depellendas.

Hisce verbis auditis, Vir Dei: « Ubinam sunt - inquit - filióla in Christo «carissima, subsidia tua?» «Ea mihi divina Providentia suppeditabit».

respondit Iulia, et suas manus ostendens: « En, Pater, laboris et pauperta- « tis opes! » Obstupens Sacerdos, ait: «Tu sane es illa fortis mulier, quam «c mente teneo, assiduusque quaero: bue te Deus adducit: Sorores divinae « Providentiae iamdiu amisimus: pueri, divino verbo carentes, otio vacant, «nudi et famelici iacent: domum itaque pretio eonducam et illico opus « aggrediemur, te duce, te magistra ». Et Iulia: « Patrocinante misericor- « diarum Matre ».

Absque mora, pretio locata domo, trecentae alumnae scholam repente celebrant, eodem spiritu, eodem studio, eodemque successu, quo olim eamdem in Barflorensi patria concives celebra verant, et in nova palaestra effulsere luliae sollertia, prudentia, humilitas ac ceterae virtutes, quibus quasi per manum ad perfectionis semitas adducebantur puellae instituendae.

Transacto biennio, die octava septembris, Iulia, una cum tribus ex Filiabus, coram eodem presbytero Aloisio Oabart, ab Ordinario dioeceseos delegato, sua perpetua religionis vota emisit et adscivit nomen, uti dicebat, mulieris quae multum dilexit Dominum, idest Mariae Magdalenae. Ita oritur parva Congregatio, canonice constituta et episcopali auctoritate erecta, cuius fundamenta sunt: plena, perfecta, absoluta obedientia; iisque ad sacrificium labor; iugisque cura in pueris et puellis edocendis atque omnibus prece iuvandis. Brevi Caesaroburgi gratuitae augentur scholae et instituta laboris, tantaque fuerunt divitum subsidia ut in pauperes multa merces erogari posset; ipsa verum Antistita, una cum Sororibus extrema voluntariae paupertatis experiente, nullo unquam occupata moerore.

Novis ad Magdalenam Filiabus accedentibus, parvus grex crescebat, sed, quoque pauperum, orphanorum viduarumque indigentium sucerescente numero, omnia Sororibus necessaria erogabantur in eos, ideoque concives dicebant Dei Famulam et socias fame deficere. At invicta Mater, oculos ad Deum extollens, spem suam in divina Providentia collocans, ab incepto opere non récessif, quamvis ipse sacerdos Cabart consilium daret, ut, ne exinanitione périrent, socias dimitteret. Anno millesimo octingentesimo undecimo Congregatio Sororum a Providentia, quae tempore civilis furoris fuerat expulsa, restituta pace, pristinam sedem rursus repetere festinavit. Compellente itaque necessitate, novas suae caritatis institutiones, non sine dolore Magdalena relinquere coacta, Dei tantum ope innixa, paucas supellectiles super currum deponit, duas puellas egestate laborantes, quas christianam catechesim edocebat ut ad Sacram Synaxim exciperentur, veluti pretiosissimum thesaurum secum adducit et ad pagum vulgo *Octeville-VAvenel* se confert. Hic, praeter scholae aulam, stupescentibus et gementibus Sororibus, nihil aliud pro domo servatur,

nisi quoddam stabulum ex quo pridie abductae fuerant pecudes. Tam humili casa laetari Magdalena visa est, et Sorori Mariae, munus oeeonomae gerenti et gratulanti quod Antistita assequeretur optatum, respondit se revera maximo affici gaudio quod assimilari Infanti Iesu, in praesepio iacenti, digna habita fuisset. Incredibile dictu est, quot angustias humilis Christi ancilla eiusque sociae diu perpessae fuerint, pane vestibusque carentes; verum unico suffixae consilio, ut plurimas Deo animas lucrifacerent.

Idem presbyter Cabart Filias visuras accurrerat, lacrimas efïundens pro tanta inopia, dum Antistita fatebatur, se, ita Dei voluntate expostulante, usque ad ultimum suae vitae terminum in tali stabulo commorari paratam esse. At Deus aliter disposuerat.

Sex post menses, die septima septembris, relicto pago *Ocieville-V Avertei,* parva Societas locum vulgo *Tamerville* petit, Valloniis proximam paroeciam, ubi Sorores eadem praestant, quae prius et ubique et semper praestiterant. In conduCticio pagi coenobio collectis duodecim puellis orphanis, ex rerum venditione quas conficiebant alimenta ac vestes pro Sororibus comparabantur. In tanta rerum inopia acrior cito incubuit dolor: nam, transacto biennio, locatam domum herus vendit: quare Sorores, die S. Michaeli sacro, discedere urgentur et rursus absque loco et foco sunt. Magdalena, nullo prorsus vexata moerore, hilari vultu, uti olim Indiarum Apostolus, exclamat « Plura, Domine : cruces adde, vel ultra ! ».

Itaque, parvum Virginis Mariae simulacrum suis ulnis sustentans, Vallonias cum Sororibus pergit in parvam domum ab ipso presbytero Cabart locatam, spe quidem freta, se antiquam *Tamerville* sedem non multo post revisuram. Sed, increscente inopia, idem Dei minister, quotidie languescentes Filias invisens, ita animo defecit, ut confiteri coactus fuerit, sibi impossibile esse alia sacrificia pro Filiabus a Misericordia explere, et tempus adesse, ut consilio renunciaret servandae Societatis, manifesto divinae Providentiae ope carentis. Petant igitur - erat eius sententia - Magdalena et Soror Maria Caesaroburgense hospitium, et aliae Sorores, nulla interposita mora, restituantur parentibus, vel ab aliis Sodalitatibus excipiantur. Animum non deiecit Antistita et respondens se, in Deo fidentem, numquam inceptum opus relicturam, ita sermonem absolvit : « Filiae meae « perennem mihi spoponderunt obedientiam : omnes egomet aequali amore « prosequor: qui mihi eas commisit et curam avium gerit, subsidia suppo- rt ditabit ut eas aumento reficiam; nullam igitur ex eis egomet derelin- « quam ».

Interim ph homines e pago *Tamerville* una voce Magdalenam hortaqantur, ut eo aliquando rediret; verum parva Sodalitas, quae Valloniis

minus, aerumno sam degebat vitam, hic per aliquod temporis spatium commorata est. Tandem, anno millesimo octingentesimo decimo quarto, cum suis pagum *Tamerville* repetens, angustam domum, immo quasi stabulum, Antistita conduxit in loco qui dicitur *Hamél-au-Bon,* ubi Sorores, non solum telis et filo operam dabant, sed hortum excolebant ut haberent quod comederent et quod Vallonias ad vendendum mitterent vel per se ferrent. Sic domestica res progrediebatur in melius. Plurimis collectis orphanis, princeps schola Magdalenae committitur ; « apes - uti Episcopus Constan« tiensis Sorores a Misericordia appellare suescebat - alveare suum remeant, « unde numquam erant egressurae ». Illico omnes paroeciae puellae ad Magdalenam accedunt, assiduoque labore subsidia Instituto suppeditant, quibus maius pro orphanis et pauperibus solamen habeatur.

Vertente autem anno millesimo octingentesimo vicesimo, ipse presbyter Cabart instituit, ut duae Sorores ad pagum *Tourlaville* mitterentur, quae in sua parochia rudimenta christianae catechesis pueros edocerent et proximorum bono incumberent. Antistita, cum Sororum adesset penuria, nesciebat quomodo optatis satisfaceret, sed divini Spiritus lumen illico manifestum apparuit; quadam enim nocte, Magdalenae recumbenti visum est Sororem Euphrasiam, mox e vita abreptam, conspicere ita aUoquentem: « Incipe, Mater dulcissima; petenti succurre ». Et Antistita: «Nulla Soror « est mihi, filióla dilectissima, ut postulantis vota expediam ». Eadem verba semper proferens, ter Soror Euphrasia apparuit; tandem Magdalena, inam> stam Dei voluntatem experta, duas Sorores secum in pagum *Tourlaville* duxit, ubi dirutam et quassatam domum invenerunt. Haud multo post, Antistita tres Sorores oppido *JPresville* concessit habendas et brevi circa se crescens est intuita ovile.

Sed terminus laboriosae peregrinationi a divina Providentia constitutus, locus exstitit cui nomen abbatia S. Salvatoris *le-Vicomte.* Vi Gallicae perturbationis, ingens aedificium est sujbversum: siqui potuere, se fugae dederunt: siqui restitere, interfecti sunt: templum profanatum ustumque: paullo post eversa aedes, una cum praedio quod circum erat, venalis fuit: at cito emptores ad vendendum compulsi sunt. Anno itaque millesimo octingentesimo trigesimo secundo, in mente revolvens praedium domumque emere et omnino carens pecunia, Magdalena in Deo tantum spem collocat, et, miraculo quodam, maxima argenti copia adveniente, potitur abbatia, quam cito ad pristinum restituit decorem, templi praesertim magnificentia, cultu, ordine et ornamentis. • *

Collegio et scholis institutis excipiuntur alumnae, quae, cibo vestibusr que refectae, mirabili Antistitae caritati hymnum grati animi quotidie persolvunt. Iam sedes princeps Societatis Filiarum a Misericordia erat

constituta, cum, ex improviso, Deus Magdalenae novam parat procellam: die enim vicesima quinta novembris anno millesimo octingentesimo quadragesimo secundo, post agitatam ventis et turbine noctem, turris campanaria ex abrupto dehiscit; immenso fragore desinunt muri, secum chorum et altaria trahentes. Fere omnes, dolore vexati, tantam ruinam arguunt significare ecclesiam iam non esse redintegrandam : una tantum animo non deficere visa est, Magdalena, Filiasque suas monebat ut aequo animo cruciatus tolerarent, meritum in humiliatione praemiumque in aerumnis exspéctarent. Subinde vero, arcessita Sorore Placida, illi epistolam Reginae tradendam committit, quae illico deprecantis Antistitae in auxilium accurrit, magna missa subsidiorum copia ad templum restau randum atque ornandum. Uti Magdalena praedixerat, numquam ad opus conficiendum defuit pecunia, adeo ut omnes quam citissime illud religionis et artis monumentum, piorum caritate restitutum, satagentibus Magdalena eiusque Filiabus, admirari potuerint.

Prophetico puellae verbo, de quo supra innuimus, adamussim exitus respondet: nam numerus Postulantium quotidie succrescit et Magdalena tandem proximum suae vitae finem adesse sentit et Filiabus praenuntiat.

Adhuc tamen deerant perpetuae normae disciplinares Congregationis : itaque Antistita Constitutionibus et Kegulis, iam in oppido *Tamerville* descriptis, opportunas additiones confecit. Sed Vicarius Generalis, presbyter Delamare, mandavit ut Sodalitas eisdem regeretur Regulis, quas Ioannes Baptista de la Salle, nunc inter Sanctos adscitus, iam constituerat. Libens Magdalena paruit et annum octogesimum secundum agens, obedientiae virtutem profitendi causa, a proposito sibi vitae regimine discedere non renuit: una cum Filiabus nova emisit vota, dum Begiis litteris recognita fuerat Filiarum a Misericordia Congregatio, et f. r. Gregorius decimus sextus, Praedecessor Noster, auctoritate sua et decreto exsistentiam confirmavit Sodalitatis, quae centum quinquaginta Filias plurimis iam locis recensebat, tantam Antistitam veneratione et obsequio circumdantes.

jErgo huic amantissimae Matri nihil reliquum erat nisi. a laboribus requiescere et iustitiae corona praecingi.

Cum idem Vicarius Generalis ad invisendam Magdalenam se contulisset, pro se et Filiabus, Sacratissimo Cordi Iesu dicatis, illa benedictionem implorat, proximam aeternitatis vitam pandi animadvertens. Magna autem debilitate corporis laborans, miris cum pietatis signis, Magdalena, ad ago nem supremum sustinendum expostulat ut Extrema Unctione confirme tur: quod cito factum est. Postridie vero, cunctis iam demortuam existi mantibus, ad Oratorium, nullius freta auxilio, se contulit ut divino Missae Sacrificio interesset et Angelorum Pane sese reficeret.

Binis diebus post, Sacro Viatico restaurata, Horas canonicas tranquilla et caelesti quodam gaudio recitat atque, accepto libro, haec S. Bernardi verba digito signat et Filiabus ostendit: « Religiosus, labori minime vacans, « Religiosi nomine non est dignus ».

Circumdante Filiarum moerentium cohorte, Antistita, hilaris in vultu et plena tranquillitate gaudens, illis benedicit et pollicetur se earum usque memorem in caelis futuram. Eadem hora, qua Christus spiritum emisit, Magdalena, annos nonaginta peragens, die decima sexta mensis iulii, anni millesimi octingentesimi quadragesimi sexti, instar candidissimae columbae ad caelestia regna migravit, Sancta ab omnibus habita et tamquam apud Deum valida patrona conclamata. Et revera huius mulieris apostolicae sanctimoniae fama per nonaginta annos, ab ortu ad vitae occasum, apud concives, in asceterio Valloniensi, in discipularum domibus, apud ipsos inimicos, splendidissima apparuerat, plurimis supernaturalibus muneribus confirmata. Post obitum vero adeo ubique locorum increvit ut spe atque fiducia referti, opem Dei Famulae impetraturi, ad sepulcrum accurrerent cuiuscumque gradus et conditionis homines. Et mirabilis Dei manus, patrocinante Magdalena Postel, innumera prodigia patravit: ita pluries turbatis animis pacem ipsa restituit ac tranquillitatem, peccatores ad bonam frugem revocat, mulieri morbo prostratae valetudinem refert, nonnullos infirmos, turpissima lepra laborantes, sanat, atque innumera alia id genus patrat.

Succrescente in dies huius famae fulgore ob praeclariora tantae Dei Famulae prodigia, Causa Beatificationis apud Sacrorum Rituum Congregationem agitari coepta est et per Decretum f. r. Leonis Papae decimitertii, Praedecessoris etiam Nostri, pridie Kalendas Iunias anno millesimo nongentesimo tertio, sancito heroico gradu virtutum, non multo post, suscepta de miraculis quaestioni?, tria inter innumera ex his selecta fuere, idest mirae sanationes puellae Constantiae Denneboy Leterrier a deformatione congenita membrorum, Sororis Hortensiae Desquesne a phthysi hereditaria (quae sanationes in ipsa Abbatia S. Salvatoris *le-Vicomte* contigerunt), et puellae luliae Ladron ab eczemate impetiginoso capillitio.

Quae tria miracula, post severissimum medicorum iudicium, vera et authentica declarata fuerunt, et Dominica nona post Pentecosten, anno millesimo nongentesimo septimo f. r. Pius Papa Decimus, Praedecessor quoque Noster, sanxit solemni decreto: « Constare de hisce tribus proposi« tis miraculis. » Unum supererai, utrum nempe « tuto » decerni possent Beatorum caelitum honores Venerabili Dei Famulae Mariae Magdalenae Postel: cui dubio venerabiles fratres S. R. E. Cardinales eidem Congregationi Sacrorum Rituum praepositi responderunt: Affirmative. Dilato su-

premo Summi Pontificis iudicio ad diem octavam decembris eiusdem anni, tandem solemniter pronuntiatam est: « Tuto procedi posse ad solemnem Venerabilis Servae Dei Mariae Magdalenae Postel Beatificationem».

Itaque die decimaseptima mensis maii, anno millesimo nongentesimo •octavo, maxima Instituti Sororum Scholarum Christianarum a Misericordia laetitia, solemnes Beatificationis ritus in Vaticana Aede, magnifico apparatu frequentique adstante populo, celebrati sunt.

Non heic vero prodigiorum exstat finis Beatae Mariae Magdalenae Postel, quae, devoto animo a christifidelibus invocata, per famam sanctitatis suae, aperte indicat manum Domini, mirabilem in Sanctis suis, minime esse abbreviatam, summoque adhuc auxilio expostulantium vota explere.

Quare f. r. Benedictus XV Praedecessor Noster Commissionem reassumptionis causae sua manu signavit, et, instructis super assertis duobus novis miraculis iudicialibus tabulis ad Beatae Antistitae Canonizationem assequendam, illa Apostolicae Sedi proposita sunt.

Primum itaque prodigium ita contigit. Maria Magdalena Balley, ex oppido *Carentem,* quae a nativitate optima floruit sanitate, quinque annos agens, scilicet mense novembri anni millesimi nongentesimi quinti, correpta fuit gutturis morbo, quem paucis diebus medicus curavit. Eodem ferme tempore puellae sinister oculus erubuit et palpebrae tumefactae sunt, ita ut lucis vim Maria minime sustineret. Ab eodem medico omnis salutaris artis remedia adhibita fuere, sed frustra; morbus enim de die in diem ingravescebat. Ad Doctorem, valde peritum in arte oculos medendi, puella adducta est a matre et eius examini ter subiecta. Doctoris medicamina nullius utilitatis puellae fuerunt, et cum morbus longius procederet, eius insanabilitas posita est extra aleam dubitationis: agebatur enim de « cheratite ulcerosa », ob quam puella vim visivam in oculo sinistro pefdiderat, succrescentibus quotidie doloribus. Omni sanationis spe deposita, mater et filia, quae in Abbatia S. Salvatoris *le-Vicomte* excepta fuerat ut alicui manuum labori incumberet causa sibi vitae subsidia comparandi, novendiales preces in honorem Beatae Mariae Magdalenae Postel fundere constituerunt. Quibus expletis die decima martii, anno millesimo nongentesimo decimo quinto, puella subito sanata evasit, eiusque sanationem perfectam et constantem medici unanimi sententia confirmarunt.

Alterum miraculum respicit puellam Armandam Tiphaigne, quae a primis annis sat firma valetudine fruebatur, licet eius calvariae culmen mollius quam in ceteris pueris appareret. Tertio vero aetatis anno expleto, indicia certa habita sunt, quibus statui potuerat puellam gravi revera morbo laborare: nam eius caput mollem quoque tactum reformidabat. Progressu temporis ingravescente morbo a parentibus adducta est ad medi-

eos, qui aperto edixerunt agi de « hernia meningis ac liquoris encephalici « (hydromeningoceles) sub fontanella, quae dicitur, in posteriore occipi- « tis parte » ; ideoque haud possibilem esse sanationem per humana remedia. Rebus sic stantibus, iuxta consilium cuiusdam Sororis Abbatiae S. Salvatoris *le-Vieomte,* quae Armandae parentibus reliquiam Beatae Mariae Magdalenae Postel dederat ut ea ad sanationem puellae uterentur, per no vendíales preces fidenti animo est invocata Beata, qua intercedente, impetrata sanatio obtenta est subita atque perfecta.

Itaque, binis praehabitis Congregationis Sacrorum Rituum comitiis, in quibus supradicta miracula solertissimo examini sunt subiecta, die quarta decembris anni millesimi nongentesimi vigesimi tertii coram Nobis sequens dubium discutiendum a venerabili fratre Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Causae Relatore, propositum fuit : « An et de quibus miraculis « constet, post indultam a Sede Apostolica Beatae Mariae Magdalenae Postel « venerationem, in casu et ad effectum de quo agitur? » Venerabiles fratres S. R. E. Cardinales et dilecti filii Patres Consultores suas, quisque ex ordine, pandiderunt sententias, quas Nos, intento quamvis ac laeto animo prosecuti, Nostrum iudicium differre duximus, maiorem divini luminis copiam enixe imploraturi.

Quare auspicatissima Dominica die, qua tres Sapientes Deum Puerum adoratum perrexerunt, solemniter ediximus: « Constare de utroque proie posito miraculo, de primo nempe instantaneae perfectaeque sanationis « puellae Mariae Magdalenae Balley ab ulcerosa et decem per annos reci- «diva cheratite, sublato quoque^leucomate, quod antea fuerat obortum; « deque altero instantaneae perfectaeque sanationis Armandae Tiphaigne « ab encephalocele seu, ut vocant, cerebri hernia »; quod decretum publici iuris fieri mandavimus octavo Idus ianuarii, anno millesimo nongentesimo vigesimo quarto.

Ad operis coronam dubium discutiendum supererai: «An, stante appro- «batione duorum miraculorum, post indultam ab Apostolica Sede eidem «Beatae Mariae Magdalenae Postel venerationem, tuto. procedi posset «ad solemnem ipsius Canonizationem ». Et in generalibus comitiis, die decima octava mensis martii anni millesimi nongentesimi vigesimi quarti, coram Nobis habitis, omnes qui convenerant, tum S. R. Ecclesiae Cardinales, tum Patres Consultores «tuto » procedi posse unanimiter respondendum censuerunt. Tam grave iudicium suprema Nostra Apostolica auctoritate claudere distulimus, et tantum solemnissima die Pentecostes eiusdem anni solemniter ediximus: « Tuto procedi posse ad solemnem Beatae Mariae Magdalenae Postel Canonizationem ».

His praemissis et constitutis iussimus ut decretum hoc publici iuris

fieret et in solemnissima canonizationis caeremonia cuncta servarentur quae ab Antecessoribus Nostris ad celebritatem eius et decus sapienter sunt praescripta. Primum igitur S. E. E. Cardinales die secunda mensis aprilis huius anni in Consistorio advocavimus sententiam suam Nobis ¿prolaturos; qui, dilecto filio Francisco Pacelli, Consistorialis Aulae Advocato, de gestis Beatae Mariae Magdalenae Postel dicente, audito, Nos, uno ore, ad huius causae legitimam definitionem cohortati sunt. Insuper mandavimus ut per Litteras S. Congregationis Consistorialis non modo viciniores Episcopi, sed etiam remotissimi dé tanta solemnitate admonerentur, quo, si facultas esset, sententiam et ipsi proferrent atque adstarent.

Ex propinquis et dissitis regionibus non pauci cum venissent, habita causae debita cognitione, tum ex illis quae eo usque gesta fuerant, praesertim in Consistorio publico, coram Nobis habito, tum ex actis Sacrorum Bituum Congregationis, quorum exemplar singulis traditum est, in Consistorio semipublico die vigesima secunda aprilis coram Nobis pariter habito, in eamdem, in quam dilecti filii Nostri S. B. E. Cardinales, sententiam, iverunt; cuius rei instrumenta publica a dilectis filiis Sedis Apostolicae Notariis confecta, in tabularium Sacrorum Bituum Congregationis delata sunt.

Solemni igitur Canonizationi celebrandae hanc diem vigesimam quartam mensis maii praefinivimus et interea a christifidelibus vehementer ferventes preces postulavimus, praesertim in sacris Aedibus in quibus Sacrosanctum Sacramentum publice adoratur, ut et ipsi ex tanta caeremonia uberiores fructus perciperent, Nobisque in tam gravi officii Nostri munere Spiritus Sanctus benigne adesset.

Quum haec dies statuta advenerit, tum saecularis, tum regularis Cleri Ordines, Curiae Bomanae Praesules et Officiales, et qui in Urbe aderant dilecti filii Nostri S. B. E. Cardinales et venerabiles fratres Patriarchae, Primates, Archiepiscopi, Episcopi et Abbates in Vaticanam Basilicam, magnifico cultu ornatam, convenerunt: Nosque, iis omnibus solemni supplicatione praeeuntibus, eamdem ingressi sumus.

Tunc vero dilectus filius Noster Antonius S. B. E. Cardinalis Vico, Sacrorum Bituum Congregationi Praefectus et huic Canonizationi procurandae Praepositus, perorante dilecto filio Vincentio Sacconi, Consistorialis Aulae Advocato, vota Nobis et preces detulit sacrorum Antistitum ut Beatam Mariam Magdalenam Postel in Sanctorum numerum referremus. Id cum iterum tertioque iidem Cardinalis Antonius Vico et Nostrae Consistorialis|Aulae Advocatus instantius et inst.antissime egissent, Nos, caelesti lumine ferventer implorato, « ad honorem Sanctae et Individuae « Trinitatis,! ad catholicae fidei incrementum et decus, auctoritate Domini

«Nostri Iesu Christi, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, « matura deliberatione, et voto dilectorum filiorum Nostrorum S. B. E. « Cardinalium, necnon Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum et « Episcoporum consilio, praedictam Beatam Mariam Magdalenam Postel, « Fundatricem Instituti Sororum Scholarum Christianarum a Misericordia, « Sanctam esse ediximus ».

Memoriam porro Sanctae Mariae Magdalenae Postel, quotannis die decima septima mensis iulii recolendam, in Martyrologio Bomano notari mandavimus. Denique, ob tantum beneficium, gratias omnium bonorum largitori Deo ex animo egimus et solemne Sacrum Htavimus ac postremo cunctis adstantibus plenariam peccatorum indulgentiam amantissime impertiri sumus.

Vos omnes, christifideles in Basilica Vaticana coadunati hodie Nobiscum ferventes preces extulistis ad novensiles Sanctas, quas eadem ardens caritas erga Iesum et pueros Eius, similes reddidit. Ex toto autem orbe Ecclesia militans, laetitia perfusa ex hac sanctitatis declaratione, hodie protectionem harum Virginum invocat, quae, Deo dicatae, in suis aedibus mira coram Eo peregerunt et mysticam familiam constituerunt, cui traditum est earum caritatem perennem reddere et per dissitas civitates et Nationes diffundere.

Sit exemplum Sanctarum Mariae Magdalenae Postel et Magdalenae Sophiae Barat prae oculis christianorum parentum, ut ipsi videant curam habendam in filiorum institutione; catechesim eos doceant; amorem in Deum et proximos in eis excitent, atque odium erga otium et vitia ; ut sint vere Christi sectatores et suis concivibus se utiles reddant. Sit harum Sanctarum vita quotidie coram eis qui institutioni puerorum praesunt, ut sciant, quam necessarium sit etiam civiles disciplinas in christiana catechesi fundari, quo discipuli optimi cives fiant.

Vita actuosa harum Virginum nos omnes doceat, quibus sensibus vita nostra sit dirigenda, quantum Deo pergrata exstent ardens in Eum et erga proximum amor atque odium in vitia et otium. Sanctas ita Mariam Magdalenam Postel et Magdalenam Sophiam Barat imitatione prosequentes possimus, Eis intercedentibus, vitam aeternam assequi, et perpetua frui beatitate.

Omnia praedicta certa scientia et Apostolicae potestatis plenitudine confirmamus, roboramus atque iterum statuimus, decernimus, universaeque Catholicae Ecclesiae denunciamus; mandantes ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis ac siguió viri in, ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae hisce Nostris Litteris haberetur, si örigi- naliter exhibitae vel ostensae forent.

Nemini ergo has Litteras Nostras definitionis, decreti, mandati et voluntatis infringere, vel eis contraire liceat. Si quis vero,- temerario ausu, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac sanctorum Petri et Pauli Apostolorum Eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quinto, die vigesima quarta mensis maii, Pontificatus Nostri anno quarto.

✠ Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



£8 **Ego** CAIETANUM **Episcopus Sabinensis Cardinalis** DE LAI.
£8 **Ego** ANTONIUS **Episcopus Portuensis et Sc Rufinae Cardinalis Vico.**
£8 **Ego** IANUARIUS **Episcopus Albanensis Cardinalis** GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE.
£8 **Ego** BASILIUS **Episcopus Veliternus Cardinalis** POMPILJ.
£8 **Ego** IOANNES **Episcopus Tusculanus Cardinalis** CAGLIERO.

£8 **Ego** RAPHAEL **tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis** MERRY DEL VAL.
£8 **Ego** DESIDERATUS **tituli S. Petri ad vincula Presbyter Cardinalis** MERCIER.
£8 **Ego** IOSEPH **tituli SS. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis** FRANCICANAVA DI BONTEPÊ.
£8 **Ego** PETRUS **tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis** GASPARRI, **a Secretis Status.**
£8 **Ego** FRANCISCUS **tituli S. Pudentianae Presbyter Cardinalis** BOURNE.
£8 **Ego** GULIELMUS **tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis** VAN BOSSUM.
£8 **Ego** MICHAEL **tituli S. Eustachii Presbyter Cardinalis** LEGA.
£8 **Ego** AIDANUS **tituli S. Mariae in Porticu Presbyter Cardinalis** GASQUET
£8 **Ego fr.** ANDREAS **tituli Ss. Cosmae et Damiani Presbyter Cardinalis** FRUEHWIRTH, **Maior Poenitentiarius.**

£g **Ego** RAPHAEL **tituli** S. **Hieronymi IHyricorum Presbyter Cardinalis** SCAPINELLI DI LEGUIGNO.

83 **Ego** VICTORIUS AMADEUS **tituli** S. **Priscae Presbyter Card.** RANUZZI DE BIANCHI.

83 **Ego** FRANCISCUS **tituli S. Marcelli Presbyter Cardinalis** RAGONESI.

83 **Ego** MICHAEL **tituli S. Anastasiae Presbyter Cardinalis** DE FAULHABER

83 **Ego** DIONYSIUS **tituli SS. Nerei et Achillei Presbyter Cardinalis Dou**-GHERTY.

83 **Ego** FRANCISCUS **tituli S. Sabinae Presbyter Cardinalis** VIDAL Y BARRAQUER.

83 **Ego** CAROLUS IOSEPH **tituli SS. Quattuor Coronatorum Presbyter Cardinalis** SCHULTE.

83 **Ego** IOANNES **tituli S. Susannae Presbyter Cardinalis** BONZANO.

83 **Ego** ALEXIUS **tituli S. Mariae de Victoria Presbyter Cardinalis** CHAROST.

83 **Ego** CAIETANUS **Sanctae Agathaé* Protodiaconus Cardinalis** BISLETI.

83 **Ego** LUDOVICUS **S. Mariae in Via Lata Diaconus Cardinalis** BILLOT.

83 **Ego** CAMILLUS **S. Mariae Scalaris Diaconus Cardinalis** LAURENTI.

83 **Ego** IOSEPH **S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis** MORI.

83 **Ego** FRANCISCUS **S. Oaesarii in Palatio Diaconus Cardinalis** EHRLE.

Ego ALOISIUS **S. Georgii ad Velabrum Diaconus Cardinalis** SINCERO.

83 **Ego** AURELIUS **S. Angeli in Foro Piscario Diaconus Cardinalis** GALLI.

O. CARD. **CAGIANO**
S. M. E. Cancellarius.

• • ©• **A.** CARD. **VICO** • • • .
*Ep. Portuen. et S. Rufinae, S. R. C. Praefectus**

Ioseph Wilpert, *Becanus Coli. Prot. Apost.*
Ioannes Zani-Caprelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £g Plumbi.

Meg. in Cane. vol. XXXI, n. 17.

II

BEATA MAGDALENA SOPHIA BARAT, FUNDATRIX SOCIETATIS SORORUM A SACRO CORDE IESU, SANCTORUM FASTIS ADSCRIBITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christianae Religionis fundamentum est caritas. Cuius rei veritas ab ipsa humani generis redemptione elucet. Mirabile namque documentum in ipsa habemus infiniti amoris Dei in hominem: «Sic enim Deus, dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret».[1] Atque ipse Redemptor affirmavit Se in mundum venisse ad excitandum amorem hominum erga Deum et proximum: « Ignem veni mittere in terram et quid volo nisi ut accendatur ? ».[2] Ex hoc autem amore, tamquam e purissimo fonte, manat cultus Sacratissimi Cordis Iesu, qui, iam a Sancta Margarita Maria Alacoque excitatus, latius per orbem propagatus est per Beatam Magdalenam Sophiam Barat, quae totam vitam insumpsit ut christifidelium animos eodem, quo ipsamet exardebat, amore erga divinum Cor verbis et operibus inflammaret.

Civilis furoris incendiis per Galliam flagrantibus, anno millesimo septingentésimo septuagesimo nono, die decima tertia mensis decembris, loviniaci (vulgo *Joigny),* in parvo oppido dioeceseos Senonensis, inBurgundia, ortum duxit Beata Magdalena Sophia Barat, humiles quidem genere, sed pietate claros nacta parentes, quibus nomen Iacobus et Magdalena Faufè, eodemque die, in paroecia S. Tebaldi, sacris baptismatis aquis regenerata. Becte omnes in dubium revocabant, illam vix ortam cito vita functuram, ex eo quod eius mater, vicinioris domus incendio perterrita, filiolam praematuro partu in lucem edidisset. Quo factum est, ut infirmam valetudinem puella a natura fuerit sortita; nihilominus eius nativitas futurum amoris ignem portendere est visa, quo et erga Cor Iesu postea flagravit et, animarum saluti praeclare consulens, quamplurimos errantes Deo lucrifecit. De tenella Magdalenae aetate id patet: ex gratius corporis habitu tantam voluntatis vim manasse tantumque affectuum vigo-

[1] IOANN.. III, 16.
[2] Luc, XII, 49.

rem, ut aliquid extraordinarii iam tum illa ostendere visa fuerit. Sex menses vix nata, uti postea Sororibus enarrare solebat, rationis usum adepta, omnia recte intelligere poterat, quae circa se fiebant ac dicebantur, et incendii narratio, quod nativitatis praematurae causa exstitit, adeo puellae memoriae adhaesit, ut ea, prima verba proferens, interroganti, quinam eius parentes fuerint, puerili gratia et gravi quodam modo, se ex igne prodiisse responderit. Procerto, supernaturali lumine illustrata, futurae sortis et muneris praesaga, de illo loquebatur igne, quo homines, uti iam Christus Eedemptor, ad mutuum amorem et concordiam revocare cupiebat.

Curis parentum, praesertim matris, quae trium filiorum animas ardenti in Deum amore, cordis rectitudine et bonitate in dies alebat, puella adamussim respondens, quam citissime documenta virtutum accepta, speciali characteris firmitate expressit, nec non moribus ad modestiam compositis, preces ex animo frequenter Deo effundens, pietatis excolendae causa.

Nondum quinquennis virginitatem Deo vovere constituit et vitam relir giosam amplecti, quin ipsa nec monasteria nec moniales unquam vidisset, uti postea coenobii sodalibus iterare solebat. Et ad rem fatebatur, se ad hoc pervenisse consilium, cum a quodam sacerdote audisset, duas moniales, rabie compulsas, inter se olim clamosa dictasse iurgia; quam indignam agendi rationem Magdalena Sophia hisce verbis est detestata: « In huiusmodi claustro monialem vitam ego numquam amplectar ».

Eximiis animi dotibus et imprimis alacri ingenio et constanti memoria a natura Magdalena instructa, christianam doctrinam absque ullo negotio didicerat, et cum instanter petiisset ut ad sacram Synaxim admitteretur, severo examini de christiana catechesi a paroeciae vicario subiecta, post nonnullas difficultates, ex aetatis defectu procedentes, demum victrix Sophia, decennis adhuc, ad Altaris Sacramentum est excepta.

In huiusce animulae sacrario, quid in solemni primae cum Deo coniunctionis die evenerit, nos latet; attamen talis mutui amoris effusio intercedere debuit, ut procerto quidem habeatur inter creaturam et Creatorem, nexum illum caritatis fuisse vinctum, qui perenni vita in caelis arctissime nectitur.

Eucharistico pane refecta, Aloisii, fratris amantissimi, hortatu et ductu ad solidiorem pietatem mores composuit. Hic, facunda doctrina et integritate morum praestans, cum agnovisset, Magdalenam sororem dulcis^simam uberrimis gratiae charismatibus et plurimis naturae donis esse ditatam, nulli pepercit studio, ut eam, nimis ad puerilia ioca inclinatam, ob indolis vivacitatem, ab ipsis retraheret et virtutibus parandis litterisque addiscendis institueret.

Itaque, assentientibus parentibus, sorori vitae regulam imposuit, qua maximam diei partem studio litterarum et scientiarum puella severissime cogebatur incumbere. Haec vitae methodus, solummodo a fratris amore originem ducens, cito nimis rigida visa est matri, quae Aloisium filium est hortata, ut rigorem temperaret. De qua tamen austeritate numquam Sophia conquesta est, immo fratrem suum maiore semper amore prosequens, ei grati animi sensus multiplici modo ostendere quotidie studuit.

Brevi temporis spatio, litteris graecis et latinis, addita hispanici et italici sermonis notitia, profecit ac tam prompte et expedite latina lingua utebatur, ut maximam admirationem in eisdem sacerdotibus excitaret, quibuscum postea assidue, muneris sui causa, de plurimis negotiis latine disseruit.

Ad quartum decimum aetatis annum pervenerat Magdalena et, ad instar Infantis Iesu, in domestica aede abscondita, aetate, scientia gratiaque proficiebat; eum, ex inopinato, caelum eius vitae serenum aspera tempestas tenebris obduxit. Furor et caedes ubique in universa Gallia, anno millesimo septingentésimo nonagésimo tertio, exarsere et omnia minis obruta iacuerunt. Sacerdotibus repente fuit impositum, ut *Constitutioni civili Cleri* fidem iurando testarentur; qua re Gallica Ecclesia iniquo arbitrio subripiebatur ab immediata Sanctae Sedis auctoritate.

Aloisius, Magdalenae frater suavissimus, cum in eo esset, ut sacerdotio initiaretur, instantiis parentum obsequens, rei gravitatem ignorantium, iuramentum coram civilibus potestatibus praestitit; verum cum cito animadvertisset, se in gurgitem profundum fuisse elapsum, ut immediatam a fel. rec. Pio VI Praedecessore Nostro illatam excommunicationem effugeret, ipso facto eiuravit. At, increpante in dies cruento terrore contra sacrorum cultores, Aloisius Lutetiam Parisiorum perrexit, ut inibi obscuram degeret vitam et impiorum hominum conatus everteret. Qua spe decepta, coniectus in vincula fuit, e quibus nulli discedere datum erat, nisi patibulum ascendendi causa.

Quis acerbum matris et Sophiae cruciatum ob tantum filii et fratris amantissimi infortunium, verbis exprimere poterit? Cuinam erit curae turbatos animos ac pacem restituere? Assidua solummodo precum effusio ad Deum, qui suis filiis in aerumnis solatium praebet. Et sane enixe ambae divinam implorabant opem, et Magdalena insuper filiales sollicitudines adaugebat ut mater, cibum doloris causa recusans et penitus rationis lumen amissura, a tanto moerorê- retraheretur. Nec mora: pio enim ministro Deus in auxilium occurrit; saevus Bobespierre, qui Galliam diuturno tempore crudeli oppresserai tyrannide, ab imperio est

deiectus; quo factum est ut capitis damnatorum captivitati finis imponeretur.

Mense februario anni millesimi septingentesimi nonagesimi quinti Aloisius frater, in patriam reversus, prae oculis habuit Magdalenam a paterna domo dimovere et eam ad divina consilia, quaecumque futura forent, perficienda disponere. Obstiterunt parentes; solus Lutetiam Parisiorum rursus petiit Aloisius, ibique occulte sacerdotio initiatus, quamplurimas sorori coepit inscribere epistolas, quibus eam ad virtutes et ad sui abnegationem comparandam hortabatur. Ioviniacum denuo reversus, obtinuit, ut Magdalena generoso animo familiam relinqueret et studia alacriter in Parisiensi civitate prosequeretur.

Sub annum aetatis vicesimum philosophiae et rerum sacrarum studio animum adolescentula adiecit, duce et magistro Aloisio, a quo in eadem domo duae vel tres puellae, se Deo vovendi cupidae, lectiones quotidie audiebant, mentem doctrinae pabulis enutriendo et solida pietate animam roborando.

In hac studii, laboris, et orationis palaestra, quantum pia adolescentula progressa fuerit, eventu est patefactum. Pluries enim fratri suo pientissimi, quem confessarium elegerat, notum fecit, se totam Deo obligare voto vehementer cupere, ut viam percurreret, quae ad perfectionis ápices adducit; quamobrem mundi caduca et fallacia magis magisque despiciens, asperum vitae genus est aggressa, flagellis, aculéis, ieiuniis et vigiliis corpus iam debilitate laborans per singulos fere dies torquendo.

Interiorem vitam, cuius delicias delibaverat, maximo prosequens amore, inter Carmen* poenitentes filias se recipere cogitavit, ut Iesu Crucifixo sacrificii perennis rigidioribus vinculis se obstringere valeret. Yerum hoc evangelicum sinapis granum, dirigente Deo, magnam succrescere in arborem necesse erat, ut Sacratissimi Cordis Iesu amor ille dilataretur, sine quo fundamenta religionis et humanitatis illico dilabuntur. Et praecipua laus est Magdalenae tribuenda, quod cultum Sacro huic Cordi debitum et S. Margaritae Alacoque divinitus patefactum, illa omnibus aetatis- suae viribus, latius, ut infra patebit, diffuderit.

Dum adhuc in parva Parisiensi aede, veluti in templo, in adornando vitam virtutibus, Magdalena morabatur, vir spectatissimus, cui nomen Iosephus Varin ex inclyta Societate Iesu, munere pietatis magistri fungens, consilia sequutus E. Patris De Tournely, sacerdotis sanctitate praeclari, e vivis erepti triginta vix annos agentis, novam mulierum Congregationem excogitaverat, quae ad puellarum institutionem, praesertim honestioris loci, se totam manciparet. Industrii hominis concepto operi obvius occurrit Deus, sinens, ut ille cum Magdalenae fratre amicitiam iniret; pariter-

•que adoleseentulae virtutes et dona perciperet. Brevi B. P. Varin sibi .Sophiam adiutricem et sociam a Deo concessam esse sensit et illico in ea clare conspexit divinum instrumentum Congregationis instituendae, quae, nomine Cordis Iesu adscito, posset, ob puellarum apostolatum ad cultum propagandum, infirmam societatem, iam philosophorum vesana doctrina defessam, ad civilium et christianarum virtutum semitam reportare.

Haerebat adhuc Sophia, utrum Carmelitarum Instituto nomen daret, an Missionum apostolico ministerio, quarum zelo, toto vitae suae tempore, aestuavit; tandem Dei voluntatem est amplexa, cessit fratris sui et Patris Varin consiliis atque suae submissionis, uti olim Nazarena Virgo, verbum protulit, in eo tantum fidem collocans, qui debilium vis et infirmorum solatium appellatur.

Itaque Magdalena primus angularis lapis Societatis efficitur, magno cum animi gaudio Aloisii fratris et B. P. Varin, qui cito sentiunt illius sententiam tempestivos fructus daturam; cum enim studiorum et religiosae vitae tribus vel quattuor sodalibus Sophiae mens patefacta est, ardentissime eius exemplum ac vestigia illae sequi exoptarunt. Vertente anno 1800, in privato sacello, ante simulacrum B. M. Virginis Iesum Infantem complexus excipientis, sese omnes S. Cordi Iesu primitus devoverunt, cuius diei faustissima memoria quinquaginta post annos, maxima laetitia ab universa -Sororum Societate celebrata fuit.

Succrescente puellarum numero nimis parva Parisiensis domus visa est eiusque domicilium usquam mutare oportuit, eo magis quod tranquillitas, duce primo Napoleone, omni Galliae sensim restituebatur. Eam opportunitatem nactus, B. P. Varin sedem Societatis a S. Corde Ambianum transvexit; verum, antequam Magdalena ad eam civitatem pergeret, domum paternam una cum fratre suo repetit, parentum benedictionem impetratura.

Paullo post, ipsa et primae domus sodales Ambianum accedunt, statimque aliis adolescentulis adiunctis, duce quadam pientissima muliere, excipiuntur in Instituto, ubi memoratus B. P. Varin primaeva Societatis fundamina, uti erat in votis, denique ponit.

Quo in exoptato hospitio, Magdalena, caelestium rerum meditationi et virtutum exercitio impensius vacans, non solum humiliora officia obibat, sed puellas ex infima plebe laeto cum animo erudiebat.

Maximae vero exortae illico sunt difficultates, tam ex miserrimis rei familiaris conditionibus, quam ex aspera indole Antistitae, prorsus ad religiosam vitam proclivis. De die in diem domesticis negotiis in peius mentibus, B. P. Varin congruum remedium afferre festinavit, et cum in Magda-

lenam, iam omnium virtutum documenta praestantem, singulae Sorores animum et vota converterent, ille, quodam utens effugio, eam domus Antistitam renunciavit, quamvis ceteris sodalibus iuniorem; agebat enim adolescentula vigesimum primum aetatis annum.

Magdalena Sophia mente volvens illa Christi verba: «Discite a me, quia mitis sum et humilis corde », utpote quae humilitatis virtute prae ceteris semper excelluerat, vix ad Antistitae munus se designatam esse percepit, in genua coram sodalibus, effuso fletu, procumbens, se gravi ponderi obeundo imparem declaravit ac instanter petiit, ut alia quaelibet ex Sororibus tabi praeficeretur officio. At incassum; Sociarum et E. P. Varin voluntatem expugnare omnino non potuit, et ex huiusmodi electione parum abfuit, quin vitam prae dolore amitteret; attamen, licet invita, arduum munus ex obedientia suscepit.

Tam egregie composito primo Filiarum a S. Corde Iesu nucleo, Magdalena seipsam filiali fiducia in difficilfimo suo officio adimplendo, Deo committens, materna caritate operam dedit, ut inceptum opus a Deo sancitum absque ullo negotio procederet. Noscens autem eos, qui in auctoritate sunt constituti, virtutibus omnibus praeditos esse debere, se ad pietatis officia infiammato studio contulit, regularis observantiae exemplum suis monialibus in seipsa exhibens; omnemque adhibuit curam ut Sorores humilitatem, virtutum omnium fundamentum, amplecterentur. Et haec humilitas non tam ei familiaris quam ingenita apparuit, et ita dulcissima Mater loquebatur, ita se gerebat, ut potius quam Fundatrix infima ex Monialibus videretur.

Quamobrem vehementioris erga eam amoris sensus in Sororibus succensi fuere et omnes libenti animo Antistitae illam praestiterunt obedientiam, quam suis insignibus virtutibus ipsa suavissimam et facillimam reddebat.

Principi domui, quae in civitate Ambianensi suos uberrimos fructus iam referebat, mox, piissimi suasoris Iosephi Varin curis et consiliis, altera addita fuit in monasterio, quod ad Gratianopolim positum, Sanctae Mariae ab Alto dicebant, a quo, ob gallicam civilem perturbationem, expulsae fuerant moniales et monasterium in carcerem mutatum.

Interim Pia Societas, humili exorta origine, sensim mirum in modum effiorescebat et, pervulgata fama, variis in locis plurimae augebantur do mus, quae ad Iesu Cordis honorem et gloriam dilatandam atque ad puellarum institutionem alendam sé dicabant; hinc Sorores undique desiderabantur ab universo Episcoporum coetu: ex quibus argui potest, parvam hanc Societatem a Deo copiosis gratiae benedictionibus fuisse cumulatam, adeo ut, anno millesimo octingentesimo quadragesimo, iam quadraginta

dörrras numerarentur, in quibus excipiebantur innumerae mulieres Christi amorem sitientes et christianae puellarum institutioni praeclare vacantes. Verum Societas, cuius negotia in dies congerebantur, ea indigebat moderatrice generali quae universas undique sparsas domos unico caritatis vinculo obstrictas teneret. Una voce et consensu, Magdalenam Sophiam', quam Sorores omnes filiali amore prosequebantur, utpote probitate, prudentia et consilio insignem, etsi invitam et reluctantem ad Generalis Moderatricis munus explendum, universae Societati praefecerunt Antistitam; quae in divina acquiescens voluntate, per sexaginta fere annos, pondus pergrave aequa mente ita sustinuit, ut omnium amorem et aestimationem sibi semper conciliaverit. Maximum et arduum opus Magdalena suscepit, cum coenobia sua condere instituit; ignota sibi non erant instantia pericula et mala ob temporum nequitiam perferenda. Humilis tamen Foemina, nec generis claritate, nec familiaris rei copia insignis, immo omni ope destituta, ea sola peregit, quae potentem locupletemque requirunt virum opusque inceptum, numquam obstaculis detenta, alacriter ac fortiter prosequuta, feliciter perficere sategit.

Antequam ingentes numero domos inviseret, princeps Magdalenae fuit cura, ut Constitutiones ac Regulae, in quarum elaboratione prudentissimi R. P. Iosephi Varin consiliis est adiuta, rec. me. Leoni XII Antecessori Nostro subiicerentur, qui Apostolica auctoritate eas ratas habuit et approbavit. Tantum haec res solatium attulit Moderatricis animo, ut ea accepti beneficii numquam fuerit oblita diuturno vitae tempore.

Has Instituti leges perfectissime a Sororibus servari cupiebat, utpote quae Illius erga Cor Iesu Sacratissimum amoris secretum celabant, a quo tantum corruptae hominum societatis salus est exspectanda. Et re vera, cum ad dissitas Americae regiones Sorores mittere licuit, hoc praecipue iis commendare studuit, ut cultus erga Cor Iesu ubique propagaretur. Nec satis. Maximam semper in se referens prudentiam et agnoscens grave periculum, quod religiosis familiis in Gallia tunc ingruebat, earum incolumitati consulendi causa, effecit ut regendae Sodalitati leges a civili potestate recognoscerentur. Quod factum est a Galliarum Imperatorum Napoleone I, qui eas approbavit sub titulo: « Dames de l'instruction chrétienne ». Vix hac habita approbatione? dolosus humani generis inimicus magnam contra Societatem tempestatem excitavit. Etenim, in Ambianensi domo, quidam sacerdos qui multos per annos conscientiae moderatoris officio fuerat perfunctus, vesana ambitione elatus, aliena consilia nihili ducens, Fundatoris titulum ad se spectare stulte censuit, ac prorsus ignorans Instituti finem et spiritum, cuius moderamen Dei Providentia R. Patri Varin commiserat, suo solummodo indulgens arbitrio, quasdam variationes in

Regulas curavit inducendas, auferendo et nomen a primis exordiis Societati impositum. Itaque huius hominis facinus inter Sorores omnes schismatis semina raptim diffudit. Hinc discordiae sunt exortae, hinc lites, hinc a Sororibus detracta aestimatio Dei Famulae, quae gravi morbo iam laborans, enixas preces spem et caritatis aestum in Cor Iesu sperantes effudit, poenitentias iteravit, ut Deus, dives in misericordia, impendenti ruinae remedium praeberet et tranquillitatem universae Societati restitueret. Roganti non defuit solatium; brevi enim tempore, corporis vires exhaustae in pristinum sunt restitutae. Tunc pientissima Mater, grates Deo solvens, nulli temporis morae indulgens, Lutetiam Parisiorum petiit, et Societatis Regulis, antea Patrum a Societate Iesu consilio et prudentia, exaratis, unanimiter sancitis, universa Sororum Congregatio se libenter subiecit; Sodalitatis nostis obmutuit, et dissociatae Filiae Sophiam Matrem et Moderatricem peramanter rursus complexae sunt.

Aliis fundationibus Instituto per hos annos accedentibus in extremis Americae plagis, in Gallia et in Italia, et praesertim in alma Urbe - ubi ad Sanctissimae Trinitatis in Hortorum Colle ad Montem Pincium prima domus constituta est, quam aliae duae postea secutae sunt, diu praesentia et exemplo Legiferae Matris recreatae - Magdalena curis innumeris distenta, angustiis districta et laboribus, ob gravissimum Sodalitatis universae pondus, heroicae mansuetudinis, prudentiae et fiduciae in Deum signa perspicua ostendit. Innúmera et ardua pro Societatis suae emolumento suscepit itinera; et graves infirmitates impedire non potuerunt, quominus ipsa huiusmodi itinera perageret. Saepissime suam nobilem missionem respiciens, semper Cordi Iesu innixa, haec verba fundere audita est: « Cor Iesu, tua res Sodalitas est; qui eam coepisti, Tu ad exitum feliciter perduees »; quaeque autem consilia virtutum Sororibus Antistita praeberet in visitandis domibus, haud facile dictu est. Haec solummodo verba meminisse iuvabit, quae iterare solebat: «Nec commoda, nec honores; nostra * hereditas labor; nostra scientia Cor Iesu: quaenam nostra merces? quod« nam praemium? Animas, animas semperque animas ad Cordis Iesu glo« riam. Quid pro nobis? Paupertatem, contemptum, dolores »; et similia geminabat suspiria, quae animum igne divini Cordis accensum revelabant. Hanc quidem caritatis flammam tanto impetu verbis exprimebat, ut vel álgidos animos penitus excitaret ac succenderet: sibi enim immotum fixumque manebat, bona omnia ab hoc divino Corde in Societatem universam profluxisse, ideoque moniales suas ita animo comparatas esse debere, ut vitam ipsam pro Illius gloria profundere minime dubitarent. Hoc ferventissimo amore solummodo infiammata, aedificium suae Societatis veluti humeris gestans, praeclarissima Antistita fidenti animo incedebat, quamvis

nullo fere die doloris causae defuerint. Anno millesimo octingentesimo trigesimo nono aerumnarum et difficultatum numerus est auctus; colleeto enim Romae Consilio Generali Congregationis, cui decernendum erat de nonnullis quoad Constitutiones variationibus et praesertim de transferenda Romam Antistitae Generalis residentia, ad illam servandam a periculis inter tot frequentes civiles perturbationes, exortae fuere maximae dissensiones tam ex parte Archiepiscopi Parisiensis et Galliarum Antistitum, quam ex parte Sororum et potestatis civilis, quae apertis verbis conclamabant, Gallias fuisse Societatis incunabula ideoque numquam huius Societatis, ab ipsis semper adiutae, desertionem toleraturas, nihili aestimantes decretum fel. rec. Gregorii XVI Praedecessoris Nostri qui variationes illas pro aliquo temporis spatio, experimenti loco, concesserat. Quid Magdalenae agendum in tanta animorum controversia? Sed tandem post quattuor annorum vicissitudines et dolorum seriem, in quibus patientiae, fortitudinis et caritatis virtutes Antistitae heroice effulsere, favente Deo, Pontificis Maximi Praedecessoris Nostri pervigil prudentia omnem controversiam praecidit; suo enim sapientissimo decreto mandavit, ut nulla amplius induceretur in Regulis variatio. Itaque, e medio ablata omni contentionis causa, procellae fluctibus domitis, pax et tranquillitas animis est restituta et Mater Barat, paullo post, haec verba Sororibus inscribere potuit: « Gratias Domino persolvamus pro cruciatibus, quos passae sumus; et agnoscamus, Crucem arborem esse vitae, a qua omnia bona « dimanant ».

Post aliquod vero tempus gravior exsurgit dolor: difficultatum numerus percrebuit, quando princeps sodalitas Parisiensis translata fuit in aliam nobilem aptamque sedem, cui nomen vulgo *Hôtel Biron.* Ex urbe Gratianopolitana, hac tempestate, Mater Barat Lutetiam Parisiorum reversa, auribus hausit noxiae calumniae vocem, cuius fallaciam numquam Beligiosorum Ordinum historiae meminisse licuit. Improbi quidem homines asserebant *Hôtel Biron* nihil aliud esse, nisi aedem splendidam atque opulentam, ubi magnae effingebantur matronae, quibus, posthabitis mulieris gravioribus officiis, suppeditabantur fatuae artis scientiaeque notitiae, nullam prorsus utilitatem agendi vitae rationi conferentes. Moderatricis anima, cui tantummodo erat curae Iesu Christi honorem dilatare et hominum fovere salutem, quasi venenata sagitta vulnerata est; sed cito, ardentissimo zelo incensa, pravam iniuriam pro viribus reiecit, quae, factorum lumine, omnino falsa patuit, eo magis quod fundationum numerus in dies mirifice undique succresceret. Et profecto Beata Magdalena, cum S. Teresia comparari potest, ob plurimas domorum fundationes, in variis mundi •plagis, Deo adiuvante, peractas.

Romae, uti dictum est, iam bina Monasteria erant constituta, de quibus praefatus rec. me. Gregorius XVI Praedecessor Noster solemniter proclamabat ea veluti bina propugnacula esse Urbis: idemque tanta benignitate Societatem a Sacro Corde complexus est, ut Matrem Sophiam, Romae, anno millesimo octingentesimo trigesimo secundo aegrotantes! invisent et cum illa suaviter deseruerit. Quam benignitatem et aestimationem Pius IX et ipse expressit, quotannis unam vel aliam ex inciytis hisce domibus visitando. Verum, si talis aestimatio et dilectio laetitiam suavissimam Magdalenae animo afferre poterant, crebriores contra urgebant aerumnae. Siquidem anno millesimo octingentesimo sexagesimo, bello per Italiam furente, Sororibus expulsis, duo monasteria Legifera Societatis Mater amisit, et pertimuit, ne bellum in Americae regionibus exortum, grave excidium domibus ibi post longos perdurosque labores erectis, pararet.

At eius fortitudo fracta minime fuit et nihil potius sibi habuit, quam ut Religiosae Sorores iuventutem, non solum pietate, sed et profanis disciplinis, temporibus et personis consentaneis, magis magisque excolerent. Itaque plurimas instituit Congregationes a Iesu Infante, a Iesu Corde, ab Aloisio Gonzaga, ab Angelis Custodibus, a S. Anna, a Maria Consolatrice nuncupatas, quibus puellarum mentes, a mundanis aversae, ad caelestia semper erigerentur. Et hic praetereundum non esse ducimus Filiarum Mariae Congregationum institutionem, in quibus, praeter nonnulla pietatis exercitia et caritatis opera, castimonia praesertim et modestia, inter ceteras christianas virtutes, puellis mandantur ; et neminem latet, quanto usui fuerit et ad praesens adhuc sit bonis familiarum moribus optima haec institutio.

Numquam profecto dicendi finis fieret, si omnia recenseri velint quae virtutes omnes Dei famulae respiciunt; id tantummodo patet in omnibus sui status officiis usque ad ultimum vitae tempus, in ea claruisse eminentem prudentiam, incomparabilem iustitiam, ardentissimam caritatem et invictam fortitudinem, quas omnes non solum Moniales, sed et hesterni homines, scientia et pietate praeclari, admirati sunt et summis laudibus extulerunt. Et, ut speciatim aliquid de caritate in proximum innuatur, praeteriri illa nequit caritas quam Mater Barat in pauperes effudit, quos uti praedilectam Christi gregis portionem considerans, tamquam sollicita et amantissima Mater adamavit, eorum necessitatibus continuo prospiciendo, vestibus, cibis, lectulis aliisque clam illos iuvando; quod si Monasterii vires deficerent ad tot inopes sublevandos, subsidia a piis largitoribus exquirebat. Intensiore ac maiore cura pauperibus sacerdotibus subveniendum curabat et praesertim egenis clericis alendis et erudiendis pecuniam suam largissime impendit, ut Christi Ecclesia locupletaretur

sacerdotibus, qui Sacri Cordis Iesu cultum et honorem augerent latiusque propagarent.

Non est ergo mirandum quod Deus suam hanc praeclarissimam Famulam, adhuc in vivis, complurium supernorum charismatum splendore illustraverit: ipsa enim, saepe intimas hominum latebras scrutata, futura praenovit; crebro a sensibus in divina abrepta apparuit et plurimos morbo laborantes sanavit. De quibus nonnulla breviter attingere liceat. Manus cuidam Sorori gravissimo morbo confectae imponens, statim illi vires restituit; animae in Purgatorio detentae, suffragiorum subsidio expostulantes, sibi frequenter apparent; in summa rerum inopia pecuniam multiplicat; sacras Scripturas nullo conatu interpretatur; in ipsa bruta animantia imperium exercet, quae gratum animum benevolentiamque mirifice Moderatrici ostendunt. Alia huiusmodi, quibus Magdalenae sanctimonia plane confirmatur, enumerare supervacaneum aestimamus.

Verum, post diuturnam aerumnarum seriem, perfractis poenitentiarum rigore corporis viribus, senio confecta (agebat enim octoginta quinque aetatis annos), in Parisiensi domo, vaticinatam a se ipsa horam adesse videns, Capitulum Generale convocavit, nihil praetermittens quod ad Societatis bonum et Sororum disciplinam verteret. Et in extremo eius vitae puncto, rursus humilitas Sophiae effulsit; nam proprio officio exonerari postulavit, ut ad obitum quieto animo se disponeret, ideoque Vicariam Generalem pro Instituti regimine in sui subsidium adlegit. Quibus peractis, Sorores in unum convenire iubet, eis obitus sui diem hisce verbis praenuncians: « Filiolae iucundissimae, oportet ut ego vos extremo iungam amplexu: tres « enim post dies caelestia regna pergere mihi dabitur ».

Vaticinio eventus respondit. Die enim vicesima secunda maii anni millesimi octingentesimi sexagesimi quinti, cum matutinis horis, communibus pietatis exercitiis interfuisset, Missae sacro expleto, apopleptico morbo correpta est, sed, recuperatis sensibus, filias suas hortata, ut omnes ad Christi Cordis honorem fovendum et ad Societatem provehendam se pro viribus darent, eis, serenitatem mentis adhuc servans, benedixit, fausta adprecando. Accitis illico medicis, ac spem nullam recuperandae valetudinis adesse pronuntiantibus, declaratum est, infirmitatem ad mortem redire.

Die vigesima quinta mensis maii, idest tribus diebus post a praedictione, extremis Religionis subsidiis receptis et rec. me. Pii IX Apostolica Benedictione refecta, die Iesu Christi in caelum ascendenti sapro, magno fervore Crucifixi imaginem deosculata, eamque saepe suo pectori superimponens, sese consocians infirmorum precibus recitantibus, mirabili pace Magdalena Sophia purissimam animam Deo reddidit. Illico ab eius facie tanta erupit tranquillitas, ut nemo obitum adverterit; confessarius ipse, qui morienti

adstiterat, memoriae reliquit, caelestem splendorem adeo Sophiae vultum illustrasse, licet doloribus transfiguratum, ut affirmari posset imaginem insignis praedestinatae ipsam post obitum exhibuisse.

Nulla interposita mora, inter Beatae Antistitae documenta repertum est eius spirituale testamentum iam mense aprili anno millesimo octingentesimo sexagesimo tertio exaratum, quo insignia virtutum praecepta Sororibus traduntur, spiritus ad Sacri Cordis Iesu gloriam diffundendam magnopere commendatur; venia culparum, suffragia pro Moderatricis anima expostulantur.

Vix audita beati obitus notitia, plurimi christifideles ad cadaver invisendum accessere, quod tribus diebus expositum mansit, ut eorum pietati satisfieret. Et verae religionis signa omnes demonstrantes, eius patrocinium invocarunt, coronas precatorias, flores et sacra numismata exuviis applicando. Urgentior popufi frequentia facta est, cum parentalia persoluta sunt; confertissima enim pauperum turba, quibus tot caritatis argumenta, omni vitae tempore, Magdalena attulerat, funebrem currum sponte comitata est, inter suspiria et fletus Monialium, puellarum et civium, adeo ut affirmari quidem possit, numquam alias Lutetiae Parisiorum visa fuisse tot amoris gratique animi testimonia. Exsequiis expletis, in sacello Deiparae Perdolenti sacro Matris Magdalenae Barat corpus exceptum, modestissimo in hypogeo, tanquam in dormitionis loco quievit, quo frequens fidelium peregrinatio properavit, sanctitatis humillimae mulieris famam aestimantium, illa S. Bernardi verba in mentem revocantem: « Quanto humilior fueris, tanto te maior sequetur gloria ». Nec tamen, corpore humo tecto, tam beatae mulieris memoria periit; nedum enim in Europa, sed etiam in Americae regionibus famam sanctimoniae diffusam apud homines genere, doctrina et dignitate conspicuos, in dies augescentem ob caelestia prodigia, Deus penitus confirmavit, ex quibus nonnulla breviter innuamus. Princeps Burghesius, implorato Matris Magdalenae auxilio pro Helena nuricula sua, prolem consequitur, cui nomen Camilla; Baldoina De Schutz ab insanabili tumore, obstupescente medico, liberatur; puella, nomine Nancy Blakewell, breviore pede impedita et acutissimo dolore cruciata, illico, Sophiae invocata ope, ad sanitatem restituitur; cuiusdam sanatae pater, nullum pietatis indicium referens, ad bonam frugem reducitur; muta puella loquitur; paralyticus sanatur; puer, cui tractum brachium amputandum erat, illico ab huiusmodi periculo morboque incolumis evadit. Numquam vero finem faceret qui enarrare vellet peccatorum conversiones et multiplices sanationes in America patratas. Qua miraculorum copia in dies succrescente, ad SS. Bituum Congregationem causa delata est, et die decima octava iulii anno millesimo octingentesimo septuagesimo nono, Causae

relatore Emo ac Emo Cardinali Raphaele Monaco La Valletta, Praefecto Emo et Rmo Cardinali Dominico Bartolini, Secretario S. R. Congregationis Placido Balli, fel. me. Leo XIII Praedecessor Noster Commissionem Introductionis Causae propria manu signare dignatus est.

Processuum tabulis Ordinariis et Apostolicis rite expensis Pius Papa X Praedecessor Noster, Dominica VI post Epiphaniam anno millesimo nongentesimo quinto solemniter pronuntiavit, Venerabilis Sophiae virtutes heroicum attigisse gradum. Postea instituta fuit actio de duobus specialibus miraculis, quae per ipsam a Deo patrata ferebantur. Ipsorum primum accidit in Americana S. Ludovici urbe anno millesimo octingentesimo sexagesimo septimo.

Maria Anna a Iesu Bakewell, undecim annos nata, coepit coxalgia laborare, cruciarique doloribus acerbissimi», praesertim ob cruris turgorem cuius brevi excrevit longitudo. Morbus autem ab ipso sui exordio tam graviter eruperat, omnibusque remediis obstiterat, ut aut exspectanda mors esset aut membrorum perpetua deformitas. His in angustiis institutae sunt no vendíales preces et Ven. Dei Servae Barat reliquiae quaedam cruri aegrotantis appositae. Conceptam spem non fefellit eventus. Subito enim sopore correpta puella, quum noctem placidissime transegisset, mane lectulo surrexit integre perfecteque sanata.

Miraculum alterum anno millesimo octingentesimo octogesimo secundo contigit in Urbe Biedemburg: Maria Klippel, e Sororibus Societatis a Sacro Corde Iesu, e non levi conatu in patrio vexillo super domus fastigio erigendo occasione visitationis Austriae Imperatoris, gravibus doloribus in ventris regione correpta est. Ingravescente in dies morbo, a medicis iudicatum est de appendicite et perityphlite agi ex laceratione intestini, quod caecum nuncupatur. Tribus e postremo accessu elapsis mensibus, quum fractis viribus et macie consumpta Maria ad extrema esset perducta, per novendiales supplicationes imploratum est Ven. Dei Servae patrocinium. Necdum ultimus precationis excesserat dies, quum aegróta, quo temporis momento sacratissimum Christi Corpus recipiebat, illico se perfecteque sanatam sensit.

De quibus miraculis Dominica secunda Sacri Adventus, anno millesimo nongentesimo septimo, praefatus rec. me. Pius X Praedecessor Noster solemniter pronuntiavit: «Constare de duobus propositis miraculis». Qui Dominica tertia post Epiphaniam, anno millesimo nongentesimo octavo pronuntiavit: « Tuto procedi posse ad Ven. Servae Dei Magdalenae Sophiae Barat Beatificationem ». Cuius Beatificationis solemnia in Basilica Vaticana peracta sunt die vicesima quarta maii anno millesimo nongentesimo octavo.

Haud multum temporis a Beatificationis solemniis excesserat, quum Matris Magdalenae Sophiae suffragiis nova prodigia, divinitus patrata, praedicarentur. Vigilantissimus huiusce Causae postulator, Baphael Maria Virili, Archiepiscopus titularis Ptolemaiden., miracula, quae Sacrae Congregationi probaren tur, exhibuit ad obtinendam Beatae Canonizationem.

Bespicit primum Sororem Mariam de Salm-Salm ex Instituto Sacri Cordis Iesu. E nobili familia orta Soror haec sanos parentes habuerat, quamvis mater tenuis esset valetudinis. Octo annorum aetate, exercitia equitationis plures per horas in deliciis habere solebat. Tribus post annis, eius mater lateralem spinae dorsualis deflexionem in eadem animadvertit. Quare familiae medicus orthopaedicum, ut aiunt, apparatum consuluit: quod per tres circiter menses parum profuit. Quindecim annos nata, adolescentula in educandatum Blumenthal ingressa est, ubi malum in dies ingravescere coepit. Quare medicus ei curationis domum consuluit; verum cum gravior fieret morbus, post tres hebdomadas, doctor ipse eam incurabilem declaravit.

Anno millesimo octingentesimo nonagésimo secundo, tamquam novitia inter Sorores Sacri Cordis Iesu admissa, in Instituto laboriosis exercitiis subiecta fuit, prouti sunt aulas Collegii quotidie verrere, aquario» urceos in quinquaginta puellarum dormitoria transferre, atque alia id genus. Ex quo factum est, ut spinae dorsualis deflexionem Antistita in eadem novitia inspiceret, quae maioribus incommodis et doloribus affecta, ab expediendis omnibus consuetis officiis impediri visa est. Autumnali tempore, anno millesimo nongentesimo duodecimo, aegrota missa est in domum *Jette,* ubi Beatae Fundatricis Magdalenae Barat sacrae exuviae asservantur. Hic memorata Soror fidenter Dei Famulam invocavit, ut a Deo, non sanationem consequeretur, sed solummodo vires ad Communitatis regulas servandas et sui officii munera adimplenda. Ad quam gratiam facilius obtinendam, intercessione eiusdem Famulae Dei, ipsa, quamvis maximo cum incommodo, per novem dies, hora quam regula praescribit, e lecto surgere statuit.

Per sex dies, constituta hora e lectulo surrexit, sed adeo capitis dolore et virium debilitate laboravit, ut rursus Beatam orarit atque obsecraverit. Postea oleo lampadis ante Fundatricis veneratas exuvias ardentia inuncta fronte, per mediam fere horam, minus oppressum dolore sensit caput et cuiusdam libri lectioni incumbere valuit. Septimo vero die, rursus ingravescente morbo, parum olei e lampade auferens, illoque pectus inungens, ad recumbendum se contulit, et illico altissimo somno est correpta. Hora quinta e lecto surgens, ex improviso animadvertit, extraordinariam accidisse mutationem; vim insuetam supervenisse sensit fracto corpori;

indutam vestem breviorem factam respicit; brevi motus, qui prius difficiles et impossibiles sibi exstiterant, absque ulla difficultate peragit et ad parvum Communitatis lacum, maxima cum facilitate remos agitans, naviculam per aquas transvebit. Perfectam sanationem se adeptam esse sentiens, vertente die, nemine de hoc prodigio certiore facto, animi laetitiam minime celans, flexis genibus humi procumbit et Fundatricem Matrem sibi adstantem intuetur, gratesque illi fervidissimas ex animo persolvit.

Concordans medicorum sententia hoc minime scientiae tribuendum, sed prodigio affirmavit; et confirmatum est perfectam et instantaneam sanationem Sororem de Salm-Salm fuisse assecutam.

Paucis expeditur alterius prodigii narratio, quod eiusdem Beatae intercessione, omnipotens Deus patrare dignatus est: Soror Bosa Coyne, et ipsa e Societate Sacri Cordis Iesu, iuxta declarationem Doctoris Egan, qui aegrotam inspexerat, gravi pulmunari tuberculosi, absque ulla sanationis spe, laborabat.

Horis vespertinis, die vigesima tertia maii, anno millesimo nongentesimo decimo nono, sacellum monasterii Sacri Cordis in loco *Manhattanvilïe* adivit, et uberiore fiducia Deum exoravit ut, intercedente eius famula Beata Magdalena Sophia Barat, se a tam diuturna ac molesta infirmitate liberarci. Expletis precibus, fervidissimo amore conceptis, ipsa aegre in suum cubile revertitur, et se lecto recipiens, tranquillitatis somno,- quo iam diu numquam refecta fuerat, iucundatur. Mane quam citissime e lecto surgens, antiqua morbi symptomata recessisse animadvertit. Protinus normalem -Sororum vitam prosequuta, cibos communitatis absque ullo fastidio digerii; difficilioribus laboribus, quovis remoto incommodo, dat operam. Obstupescentibus Sororibus, prodigiosa huiusmodi sanatio, intercedente Beata Magdalena Sophia Barat, omnipotenti Deo, persolutis de more gratiarum actionibus, illico adscribitur. De utroque proposito miraculo die vigesima octava mensis decembris anno millesimo nongentesimo vigesimo quarto discussum fuit coram Nobis dubium et Nos ipsi decrevimus et solemniter pronuntiavimus: « Constare de duobus miraculis ; de primo, « instantaneae et perfectae sanationis Sororis Mariae de Salm-Salm e Socie- « tate Sacri Cordis Iesu a scholiosi habituali quae ad insanabilem statum « pervenerat, deque altero instantaneae perfectaeque sanationis Sororis « Bosae Coyne, e Societate Cordis Iesu, a lethali phthysi ».

Quod autem supererai, num scilicet ad summum fastigium honorum, quibus Ecclesia praeclariores filios suos, qui tanta gloria se dignos exhibuerunt, augere solet, extolli *tuto* posset Beata Magdalena Sophia Barat, id in generalibus comitiis S. B. Congregationis, die vigesima mensis ianua-

rii huius anni, coram Nobis coactis expensum est, omnesque, qui aderant, unanimi suffragio *tuto* ad solemnem eius Canonizationem procedi posse responderunt. Nos tamen admonuimug superni luminis auxilium in tam gravi negotio, communibus fervidisque fusis Deo precibus, esse poscendum.

Tandem, re maturius considerata, atque iterum caelesti lumine implorato, die octava februarii, Dominica in Septuagésima, huius anni, solemniter pronunciavimus: « Tuto procedi posse ad solemnem B. Magdalenae «Sophiae Barat Canonizationem».

Ut vero in tanto negotio iuris ordo servaretur, Praedecessorum Nostrorum exemplis inhaerentes, primum dilectos filios Nostros S. B. E. Cardinales in Consistorio secreto, die trigesima mensis martii currentis anni habendo, sententiam eorum rogaturi, Nobis adesse iussimus. In quo venerabilis frater Noster Caietanus S. B. E. Cardinalis Bisleti Causae Belator novensilis Sanctae acta et miracula singillatim ac diserte Nobis et Cardinalibus exposuit, magnoque omnes studio incendit, ut Beata Magdalena Sophia Barat summis honoribus consecraretur.

Paullo post, die videlicet secunda mensis aprilis eiusdem anni Consistorium publicum celebratum est, et in eo cuncti, qui aderant Cardinales, de B. Magdalena Sophia disertissima oratione dilecti filii Antonii Burri, Nostrae Consistorialis Aulae Advocati, libenter audita, Nos ad causae huius legitimam definitionem uno ore sunt cohortati.

Die vero" vigesima secunda mensis aprilis proxime elapsi alterum Consistorium semipublicum habitum est, in quo non modo S. B. E. Cardinales, sed etiam venerabiles fratres Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, ad hoc de mandato Nostro per litteras vocati, Nobis adfuerunt, qui, tum ex iis, quae in Consistorio publico gesta fuerant, tum ex authenticis documentis S. B. Congregationis, de re tota certiores facti, in eamdem, in quam Patres Cardinales, unanimiter sententiam advenerunt. Cuius rei publica instrumenta a dilectis filiis Sedis Apostolicae Notariis confecta in tabulario Sacrorum Bituum Congregationis asservari mandavimus.

Huic vero solemni Canonizationi in Vaticana Basilica celebrandae praefiximus diem vigesimam quartam huius mensis maii, et fideles ad preces sumus etiam atque etiam hortati, iis praesertim in aedibus ingeminandas in quibus publica augustissimi Sacramenti indicta esset adoratio, a Domino enixe rogantes ut Nobis in tanta solemnitate absolvenda Spiritus Paraclitus adesset et ipsi possent ab ea uberrimum fructum percipere.

Cum autem faustissima dies illuxit, omnes tum saecularis, tum regularis cleri ordines, Bomanae Curiae Praesules et .Officiales, S. B. E. Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi, qui in Urbe aderant, in Vati-

canamBasiHcam magnifice exornatam convenerunt: quibus omnibus solemni supplicatione praeeuntibus, et Nos eamdem Basilicam ingressi sumus.

Tunc venerabilis frater Noster Antonius S. B. E. Cardinalis Vico, Sacrae Bituum Congregationi Praefectus et Canonizationi buie procurandae praepositus, perorante dilecto filio Vincentio Sacconi Nostrae Consistorialis Aulae Advocato, vota Nobis precesque detulit sacrorum Antistitum et universae Societatis Sacri Cordis Iesu, ut Beatam Magdalenam Sophiam Barat, eiusdem Societatis Pundatricem, virtutibus ac miraculis insignem, in Sanctorum numerum cooptaremus, una cum Beata Maria Magdalena Postel Virgine, Fundatrice Instituti Sororum Scholarum Christianarum a Misericordia. Quod quum instantius ac instantissime idem Cardinalis per praedictum Advocatum Consistorialem a Nobis postulasset, Nos, Paracliti Spiritus lumine implorato, deinde Beatae Mariae Virginis et Sanctorum omnium auxilio f erventer invocato : « Ad honorem Sanctae et Individuae Trini-
ti tatis, ad catholicae fidei incrementum et decus, auctoritate Domini
« Nostri Iesu Christi, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et Nostra, ma-
« tura deliberatione, et Venerabilium Fratrum Nostrorum S. B. E. Cardina-
« lium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum consilio ac voto,
« Beatam Magdalenam Sophiam Barat, Fundatricem Societatis Sororum a
« Sacro Corde Iesu, sanctam esse et in Sanctorum catalogo adscribendam »
decrevimus. Cui eodem decreto copulavimus Beatam Mariam Magdalenam Postel Virginem, Instituti Sororum Scholarum Christianarum a Misericordia Fundatricem, eam quoque sanctitate praeclaram. Mandavimus etiam ut Sanctae Magdalenae Sophiae Barat memoria die vigesima quinta mensis maii recoleretur et in Martyrologium Romanum referretur. Gratus deinde omnipotenti Deo actis, ad altare accessimus incruentum Sacrificium oblaturi, atque post Evangelicam lectionem quotquot aderant allocuti sumus, laetantes in Domino, quod per humilitatem Nostram harum Caelitum gloriam manifestare dignatus est, atque hortante» ut novensilium Sanctarum patrocinium apud Dominum Nostrum Iesum Christum pro Ecclesia et christiana republica, tam diris agitata tempestatibus interponant. Plenariam tamdem indulgentiam impertiti sumus, atque Apostolicas hasce Decretales sub plumbo Litteras expediri mandavimus.

Quae omnia certa scientia et Apostolicae potestatis plenitudine confirmamus, roboramus, atque iterum statuimus, decernimus, universaeque catholicae Ecclesiae denunciamus, mandantes ut harum Litterarum transsumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent.

Nemini ergo has Litteras Nostras definitionis, decreti, mandati, relaxationis, et voluntatis infringere, vel eis contraire liceat. Si quis vero temerario ausu hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quinto, die vigesima quarta mensis maii.

£8 **Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.**



£8 **Ego** CAIETANUS **Episcopus Sabinensis Cardinalis** DE LAI.

£8 **Ego** ANTONIUS **Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis Vico.**

£8 **Ego** IANUARIUS **Episcopus Albanensis Cardinalis** GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE.

£8 **Ego** BASILIUS **Episcopus Veliternus Cardinalis** POMPILJ.

£8 **Ego** IOANNES **Episcopus Tusculanus Cardinalis** CAGLIERO.

£8 **Ego** IOSEPH **tituli SS. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis** FRANCICANAVA DI BONTIFÉ.

£8 **Ego** BAPHAEL **tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis** MERRY DEL VAL.

£8 **Ego** DESIDERATUS **tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis** MERCIER.

£8 **Ego** PETRUS **tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis** GASP ARRI, **a Secretis Status.**

£8 **Ego** FRANCISCUS **tituli S. Pudentianae Presbyter Cardinalis** BOURNE.

£8 **Ego** GULIELMUS **tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis** VAN BOSSUM.

£8 **Ego** MICHAEL **tituli S. Eustachii Presbyter^Cardinalis** LEGA.

£8 **Ego** AIDANUS **tituli S. Mariae in Porticu Presbyter Cardinalis** GASQUET.

£8 **Ego fr.** ANDREAS **tituli SS. Cosmae et Damiani Presbyter Cardinalis** FRUEHWIRTH, **Maior Poenitentiarius.**

£8 **Ego RAPHAEL tituli S. Hieronymi Illyricorum Presbyter Cardinalis SCAPINELLI DI LÉGUIGNO.**

£8 **Ego VICTORIUS AMADEUS titulo S. Priscae Presbyter Cardinalis RANUZZI DE BIANCHI.**

£8 **Ego FRANCISCUS tituli S. Marcelli Presbyter Cardinalis RAGONESI.**

£8 **Ego MICHAEL tituli S. Anastasiae Presbyter Cardinalis DE FAULHABER.**

£8, **Ego DIONYSIUS tituli SS. Nereì et Achillei Presbyter Cardinalis DOUGHERTY.**

£8/**Ego FRANCISCUS tituli S. Sabinae Presbyter Cardinalis VIDAL Y BARRAQUER.**

£g **Ego CAROLUS Ioseph tituli SS. Quattuor Coronatorum Presbyter Cardinalis SCHULTE.**

£8 **Ego IOANNES tituli S. Susannae Presbyter Cardinalis BONZANO.**

£8 **Ego ALEXIUS tituli S. Mariae de Victoria Presbyter Cardinalis CHAROST.**

£8 **Ego CAIETANUS Sanctae Agathae Protodiaconus Cardinalis BISLETI.**

£8 **Ego LUDOVICUS S. Mariae in Via Lata Diaconus Cardinalis BILLOT.**

£8 **Ego CAMTLLUS S. Mariae Scalaris Diaconus Cardinalis LAURENTI.**

£8 **Ego IOSEPH S. Mcolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis MORI.**

£8 **Ego FRANCISCUS S. Caesarii in Palatio Diaconus Cardinalis EHRLE.**

£8 **Ego ALOISIUS S. Georgii ad Velabrum Diaconus Cardinalis SINCERO.**

£8 **Ego AURELIUS S. Angeli in Foro Piscario Diaconus Cardinalis GALLI.**

O. CARD. CAGIANO
S. B. 'E. Cancellarius.

£8 **A. CARD. VICO**
Ep. Portuen. et 8. Bufinae, S. B. C. Praefectus.

Ioseph Wilpert, *Becanus Coll. Proton. Ap.Ucorum.*
Ioannes Zani-Caprelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco © Plumbi.

Beg. in Cane. Apost. vol. XXXI, n. 16;

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

MEDIOLANENSIS

DE ERECTIONE IN COLLEGIATAM AD HONOREM ECCLESIAE PAROECIALIS SANCTI IOSEPH IN CIVITATE SERENIO, ARCHIDIOECESIS MEDIOLANENSIS.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Romani Pontifices, decori omnium ecclesiarum prospicientes, eas praesertim, quae animarum curam habent ac illos qui earumdem servitio addicti sunt, peculiaribus titulis et praerogativis condecorare consueverunt ad divini cultus splendorem augendum, ad cleri operam in sacro ministerio promovendam, ad populi devotionem excitandam.

Quum itaque in urbe Serenio, vulgo *Seregno*, archidioecesis Mediolanensis, incolarum numero et christianae vitae praxi conspicua, exstet ecclesia paroecialis Sancto Ioseph, Beatae Mariae Virginis Sponso, dicata, satis ampla et mirifice exstructa, in qua a Praeposito Parocho, assistentibus sex sacerdotibus, quo par est cultu et decore, sacrae caeremoniae peraguntur, dilectus filius Noster Eugenius, tituli SS. Silvestri et Martini in Montibus, S. B. E. Presbyter Cardinalis Tosi, Archiepiscopus Mediolanensis, cupiens ut praefatae ecclesiae novus honoris titulus adiiciatur, supplices preces Nobis obtulit, ut memorata ecclesia paroecialis ad Collegiatae honorem et dignitatem eveheretur, in eaque Capitulum Collegiale constitueretur. Nos autem, attentis expositis ac omnibus mature perpensis, oblatas preces excipiendas censuimus. Quapropter, Apostolicae potestatis plenitudine, suppleto, quorum interest vel sua interesse praesumant, consensu, Capitulum Collegiale ad honorem in ecclesia Sancti Ioseph, in civitate Serenio, constituimus, et ipsam ecclesiam in Collegiatam ad honorem erigimus, cum omnibus iuribus ac privilegiis, quibus huiusmodi ecclesiae fruuntur et gaudent, sub tamen, quae sequuntur, modo et legibus.

Capitulum constabit una Dignitate et sex Canonicatibus, videlicet: I. Praepositura paroeciali, quae erit unica Capituli Dignitas. II. Beneficio curato sub titulo S. Ambrosii. III. Beneficio curato sub titulo S. Victoris Martyris. IV. Beneficio sub nomine Beatae Virginis Mariae de septem doloribus. V. Beneficio sub titulo S. Ioseph Sponsi B. V. Mariae. VI. Beneficio sub titulo de Ssmo Bosario. VII. Beneficio a Gomphalone vocato.

Pro prima hac vice Praepositus, proindeque Capituli Dignitas, constituitur dilectus filius Henricus Eatti, hodiernus parochus ecclesiae S.' Ioseph; Canonici autem ^enuntiantur sex sacerdotes, qui praebendas, quas supra memoravimus, modo obtinent. In posterum vero nominationes iuxta ius commune fient. Pariter ad tramitem iuris sunt amovibiles Praepositus et Canonici eodem modo ac ceteri parochi et vicarii cooperatores, ita nempe ut nullam ulteriorem stabilitatem accipiant ex dignitatis et canonicatus honore quo sunt aucti, et statim ac ab officio, quod obtinent, decedunt, hoc ipso a praepositura vel canonicatu decadunt.

Quoad praecedentiam, post Praepositum Parochum, Canonici sequuntur iuxta prioritatem captae beneficii possessionis.

Praepositus praeter ea, quae ad eum pertinent tamquam Parochum, nempe curandi ea omnia, quae ad statum tum religiosum tum materialem ecclesiae spectant, munere praefecti sive in choro, sive in omnibus conventibus capitularibus fungetur. Ceteri singuli Canonici, praeter onus implendi ea omnia, quae in tabulis fundationis beneficiorum continentur, in primis quae ad animarum curam attinent, una cum Praeposito, chorali servitio incumbere debent. Hoc autem non erit quotidianum, cum omnes capitulares variis muneribus in paroecia fungantur, sed ea ratione ordinatum, prout statuetur in constitutionibus a Capitulo conficiendis et ab Archiepiscopo adprobandis. Omnes autem et singuli fruentur fructibus praebendarum, quas quisque obtinet. Pro constituenda vero massa distributionum, quotannis Praepositus libellas sexcentas, singuli Canonici libellas tercentas déponent; quae, iuxta normas in constitutionibus definiendas, praesentibus in choro attribuentur, duplici portione Praeposito adsignata. Qui vero abfuerint dum officiis paroecialibus vel muniis proprio beneficio inhaerentibus vacant, uti legitime impediti habeantur et distributiones percipiant.-

Servatis privilegiis, quibus in praesens Praepositus gaudet, ipsius Praepositi et Canonicorum insignia erunt rochetum eum manicis rubino colore subsutis et mozeta eiusdem coloris. Ea gestare poterunt exclusive in sacris caeremoniis quibus intersit Capitulum.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod quilibet, quorum interest, vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia et potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque

plenos et integros effectas sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus.

Hisce omnibus ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus dilectum fUium Nostrum Eugenium, tituli SS. Silvestri et Martini in Montibus, S. R. E. Presbyterum Cardinalem Tosi, Archiepiscopum Mediolanensem, cum facultatibus necessariis et opportunis ut per-se, vel per alium virum, in officio vel ecclesiastica dignitate constitutum^ ad hoc subdelegandum, ea omnia facere ac decernere possit, quae ad praemissorum exsecutionem pertinent, iniuncto onere ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses, a praesentibus Litteris datis computandos, authenticum exemplar transmittendi peractae exsecutionis.

Volumus autem et mandamus, ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen ahcuius notarii publici subscriptis, et sigillo alicuius viri in officio vel* ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides in iudicio et extra illud, quae hisce Litteris tribueretur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent.

Non obstantibus regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nemini ergo, quae hisce Litteris Nostris erectionis, evectionis, concessionis, derogationis, statuti, mandati ac voluntatis Nostrae decreta sunt infringere vel eis contraire liceat. Si quis autem, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quarto, die quarta mensis novembris, Pontificatus Nostri tertio.

O. CARD. CAGIANO,
S. E. B. Cancellarius.

© C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen.,
S. C. Consistorialis Secretarius.

Ioseph Wilpert, *Becanus Coli. Proton. Apost.*
Dominicus Spolverini, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £8 Plumbi.

Eeg. in Conc. Ap., vol. XXX, n. 57:

II

PORTORICENSIS

DISMEMBRATIONIS ET ERECTIONIS DIOECESIS PONCENSIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad sacrosancti Apostolatus officium Nobis, divina dispositione, commissum, pertinere dignoscimus dioeceses per orbem dividere et erigere, prout christifidelium utilitas atque temporum et locorum circumstantiae requirunt.

Pqrtoricensis dioecesis, tum incolarum frequentia, tum negotiorum gravitate, adeo, postremis his temporibus, crevit, ut omnibus fidelium suorum necessitatibus sublevandis impar omnino fieret eius Ordinarius; qui proinde de huius dioeceseos dismembratione aliusque, intra eiusdem fines, erectione, a Nobis petenda, semel ac iterum, cogitavit. Cum autem in praesenti media ad haec necessaria praesto essent, nec possent diutius huius gerendae rei consilia differri, quin bonum spirituale fidelium huius dioeceseos magis in dies laederetur; idem Ordinarius a Nobis suppliciter petiit, ut optatam dismembrationem et erectionem decerneremus. Itemque, una cum Ordinario Eosensi, a Nobis insuper expostulavit, ut *insulae* quae *Virgines* dicuntur, quaeque in praesenti ad .dioecesim Rosensem pertinent, veteri cathedrali Ecclesiae Portoricensi tribuerentur; quo praestantius harum insularum incolis consuli posset.

Quare Nos, audito prius favorabili voto Nostri Apostolici Delegati, oblatas Nobis preces excipere minime [dubitavimus. De consulto igitur venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositi, et suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, prae oculis quoque habentes quae in Apostolicis sub plumbo Litteris diei vigesimae septimae mensis aprilis anni Domini millesimi octingentesimi nonagesimi secundi Nobis ac Romanae Ecclesiae hac de re reservantur, Apostolica auctoritate a dioecesi Portoricensi sequentes distrahimus paroecias vulgo *Adjuntas, Aguada, Aguadilla, Aibonito, Añasco, Arroyo, Guànica, Barranquitas, Cabo Bojo, Coamo, Guayama, Guayanilla, Hormigueros, Las Marias, Jayuya, Juana Diaz, Lajas, Maricao, Manuabo, Mayaguez, Moca, Patillas, Peñuelas, Ponce, Rincón, Sabana Grande, Salinas, San German, San Sebastian, Santa Isabel, Uiuado, Villalba, Yauco.* Intra quarum paroeciarum fines novam dioecesim,

Poncensem nuncupandam, erigimus. Huius novae dioeceseos fines iidem erunt ac fines paroeciarum, quibus ipsa constituta est.

Sedem autem et cathedram episcopalem huius dioeceseos erigimus in urbe vulgo *Ponce,* a qua nomen dioecesis mutuatur, eamque idcirco ad civitatis episcopalis fastigium evehimus; ecclesiam paroecialem ibidem exsistentem, Beatae Mariae Virgini de Guadalupe dicatam, ad Cathedralis statum et dignitatem pariter evehimus et extollimus, precario tamen modo, sub eodem nomine et invocatione, iuribus et officiis paroecialibus in iisdem aedibus, uti antea, servatis, simulque ipsi et eius pro tempore Episcopis tribuimus honores, insignia, favores, gratias, privilegia et iura, quibus aliae cathedrales Ecclesiae earumque Antistites in America Latina, iure communi vel legitima consuetudine, pollent et fruuntur.

Ipsam insuper Cathedralem Ecclesiam Nobis ac Apostolicae Sedis immediate subiicimus.

Quum autem temporum adiuncta prohibeant, quominus in praesenti Capitulum Canonicorum instituatur, iubemus ut, loco canonicorum, dioecesani consultores, ad normam canonis 423 et sequentium Codicis iuris canonici, eligantur.

Mandamus insuper ut, quam primum fieri poterit, saltem parvum Seminarium dioecesanum, iuxta eiusdem Codicis dispositiones et regulas a Sacra Congregatione de Seminariis traditas, erigatur; itemque mandamus ut, dioeceseos sumptibus, duo delecti iuvenes, aut in praesenti saltem unus, ad Pontificium Collegium Pium Latinum Americanum de Urbe, non intermissa vice, mittantur.

Quod autem attinet ad huius Ecclesiae administrationem et regimen, ad Vicarii Capitularis, seu Administratoris sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, servanda iubemus, quae sacri canones decernunt.

Quod vero ad clerum in particulari spectat, statuimus ut, statim ac dioeceseos erectio facta fuerit, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur, in cuius territorio legitime exstant.

Episcopalem autem mensam constituent: sex millium dollariorum summa, a veteris Portoricensis Ecclesiae bonis quotannis detrahenda, Curiae emolumenta et ceterae oblationes, quae a fidelibus, in quorum bonum dioecesis erecta est, praeberi solent, praeter eas, quae iam ad hoc collectae sunt.

Insuper Nos *Insulas* quas *Virgines* vocant, a dioecesi Bosensi distrahimus, easque attribuimus veteri Ecclesiae Portoricensi, quae posthac non amplius *Portoricensis* tantum, sed ab urbe Sancti Ioannis, eiusdem dioeceseos sede, *Sancti Ioannis Portoricensis* appellabitur.

Incolas igitur harum insularum Apostolica auctoritate ab Ordinarii Rosensis iurisdictione solvimus, ac Sancti Ioannis Portoricensis Ordinario subncimus.

Curet igitur Rosensis Ordinarius ut, quam primum fieri poterit, acta omnia et documenta, praedictas insulas respicientia, cancellariae dioeceseos Sancti Ioannis Portoricensis tradantur. Et praesertim sacerdotes, qui ibi legitime exstant, huic dioecesi adscripti censeantur actu ipso, quo Apostolicae hae Litterae exsecutioni mandantur.

Praecipimus pariter Ordinario Sancti Ioannis Portoricensis, ut acta et documenta dioecesim Poncensem respicientia eiusdem dioecesis cancellariae tradenda curet ut in archivo serventur.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli homini, ullo unquam tempore, infringere aut iis repugnare vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda deputamus dilectum filium Liberatum Tosti, Auditorem Delegationis Apostolicae in Insulis Cubae et Portusrici, eique necessarias huic- negotio facultates tribuimus, etiam subdelegandi alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate vel oppositione, impo sito eidem onere ad Sacram. Congregationem Consistorialem, infra sex menses a data praesentium computandos, fidem, authentica forma exaratam, absolutae exsecutionis huius Nostri mandati transmittendi.

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras, contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quarto, die vigesima prima mensis novembris, Pontificatus Nostri tertio.

O. CARD CAGIANO,
8. B. E. Cancellarius.

£g C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen.,
8. C. Consistorialis Secretarius.

Ioseph Wilpert, *Becanus Coli. Proton. Apost.*
Dominicus Spolverini, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £g Plumbi.

Beg. in Conc. Ap., vol. XXX, n. 58.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

SEPARATO TERRITORIO E VICARIATU APOSTOLICO DE « CHANGSHA » ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE « YUNGCHOWFU » IN SINIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — In omnes catholici orbis regiones, licet longo terrarum marisque tractu seiunctas, ex hac divi Petri Principis Apostolorum cathedra, tamquam sublimi e specula, oculos mentis Nostrae convertimus, et quae in ipsis ad maiorem Dei gloriam populique aeternam salutem bene, prospere feliciterque Nobis eventura videntur, ut sollicito studio decernamus Nos monet supremi Apostolatus divinitus Nobis commissum officium. Iamvero cum venerabilis frater Ioannes P. Mondami, Episcopus titularis Synaitanus et Yicarius Apostolicus de Changsha (olim Hunan meridionali) in Sinis, Nos flagitaverit ut, ob nimiam latitudinem, in duas partes divideretur suae iurisdictionis territorium, novaque proinde Missio erigeretur, Nos, collatis consiliis cum VV. EP. NN. S. R. E. Cardinalibus negociis Propagandae Fidei praepositis, audito favorabili voto venerabilis fratris Celsi Costantini, Archiepiscopi titularis Theodosiensis, Apostolici in Sinis Delegati, omnibusque rei momentis attente perpensis, superenunciati Praesulis precibus benigne annuendum esse existimavimus. Quare, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore a vicariatu apostolico de Changsha seiungimus sive dismembramus territorium complectens quatuor praefecturas civiles de *Yungchowfu, Paolcinfu, Kueiyangchow, Tsinchow,* quodque ad meridiem limitatur provinciis civilibus de *Kuamtom* et de *Kuamsi,* ad occidentem a provincia civili de *Kuiceu,* ad septentrionem a praefectura apostolica de Shenchow, denique ad orientem a reliqua parte vicariatus de Changsha. Hoc autem territorium, sic per praesentes separatum sive dismembratum, eadem Nostra auctoritate, praesentium tenore, in praefecturam apostolicam erigimus, ab urbe *Yungchowfu* appellandam, eandemque Ordinis Fratrum Minorum curis concredimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum, amplissime suffragari; sicque rite iudi-

candum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet., scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus Apostolicis constitutionibus et ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis maii anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

NOVI STATUUNTUR FINES VICARIATIBUS DE BIRMANIA ORIENTALI ET SEPTENTRIONALI.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — In omnes orbis catholici partes oculos mentis Nostrae convertimus ex apostolico Nobis divinitus commisso munere et quae rei sacrae procurationi melius gerendae expédiant, sollicito studio decernere satagimus. Iamvero cum venerabilis frater Emmanuel Sagrada, Episcopus titularis Hirinensis et Vicarius Apostolicus de Birmania orientali, Nos instanter flagitaverit ut sua iurisdictio Apostolica auctoritate extenderetur etiam ad territorium complectens status *Shan* meridionales et illam partem districtus de *Jamethin* usque ad vigesimum gradum latitudinis borealis, quae subdivisio de *Pyinmana* appellatur, quod territorium pertinet ad vicariatum de Birmania septentrionali; Nos, collatis consiliis cum VV. PP. NN. S. R. E. Cardinalibus negociis Propagandae Fidei praepositis habito que favorabili consensu et voto venerabilis fratris Eugenii Caroli Foulquier, Episcopi titularis Corydallen, et Vicarii Apostolici de Birmania septentrionali, omnibus rei momentis attento studio perpensis, praecipuum in finem ut regionis illius evangelizationi facilius provideatur, precibus superenunciati Vicarii annuendum libenter existimavimus. Quae cum ita sint, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, e vicariatu de Birmania septentrionali seiungimus sive dismembramus territorium complectens status *Shan* meridionales et illam partem districtus de *Jamethin* usque ad vigesimum gradum latitudinis borealis, quae appellatur subdivisio de *Pyinmana,* idemque territorium sic seiunctum sive dismembratum unimus vicariatui de Birmania orientali.

Haec praecipimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos ac integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent sive perti-

nere poterunt, amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xii mensis maii anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

DISMEMBRATO TERRITORIO E PRAEFECTURA APOSTOLICA DE « KATANGA », ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE « LU APULA SUPERIORE», IN CONGO BELGICO.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Supremi apostolatus officium Nobis divinitus commissum postulat ut ea sollicito studio decernamus, quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene, prospere feliciterque eveniant. Iamvero, ut in ea Congi Belgici missione, ubi in praesens praefectura apostolica *de Katanga* exsistit, uberiores valeant proferri salutis fructus, cum peropportunum visum fuerit consilium a memorata praefectura eam territorii partem separare quae vertit ad meridiem, Nos, omnibus rei momentis sedulo perpensis cum VV. FF. NN. S. B. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, haec quae infra scripta sunt decernenda existimavimus. Nimirum^ motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, a praefectura apostolica de *Katanga* in Congo Belgico eam territorii partem separamus sive dismembramus, quae vertit ad meridiem, ubi iam diu sodales e Pia Societate S. Francisci Salesii adlaboraverunt, et in ea, similiter auctoritate Nostra, novam praefecturam apostolicam constituimus appellandam de *Luapula superiore,* quam a praefectura de *Katanga* sequentibus confiniis seiungi iubemus. Incipiente ab occidente linea e loco vulgo *Baya* nuncupato, deinde a cursu fluminis *Mabaya* usque ad suum confluentem *Munama,* deinde linea recta usque ad *Kasubu,* deinde e limitibus suburbanae circumscriptionis civitatis *ElisabethniUe* et de *VEtoile du Congo* usque ad flumen *Suano* ad suum transitum e via de *Kasenga,* deinde e via de *Kasenga* usque ad limites septentrionales de *la chefferie,* vulgo de *Kibuye* nuncupata, deinde e limitibus huius *chefferie* usque ad illam de *Sapwe* et denique ex hoc loco linea recta usque ad confluentem fluminis *Kasenga* et de *Luapula.* Huius autem novae praefecturae de

Luapula superiore regimen et curam, praesentium vi, committimus religiosis viris e Pia Societate S. Francisci Salesii.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos, pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum, amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, miramque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus Apostolicis constitutionibus et ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis maii anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

IV

IMMUTATUR NOMEN VICARIATUS APOSTOLICI OLIM DE « UNJANYEMBÉ », IN AFRICA CENTRALI.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Cum venerabilis frater Henricus Léonard^ Missionariis Africae, Episcopus titularis Tipasitanus et Vicarius Apostolicus de *TJnjanyembé,* in Africa centrali, variis de causis, nuper postulaverit ut nomen dictae Missionis loco de *TJnjanyembé* ex nunc de *Tabora* nuncupetur, Nos, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis omnibusque rei momentis sedulo studio perpensis, votis his concedendum benigne existimavimus. Quamobrem, apostolica Nostra auctoritate, praesentium tenore praecipimus ut vicariatus apostolicus de *TJnjanyembé,* in Africa centrali, in posterum de *Tabora* appelletur.

Haec volumus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque, ad quos spectant sive spectare poterunt, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quoquam, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xin mensis maii anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

Y

TITULO ET PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS HONESTATUR ECCLESIA CATHEDRALIS CAMPANIENSIS SUB TITULO « REGINAE PACIS ».

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter praestantiores sacras aedes quibus Lucania nobilitatur, iure meritoque accensenda est ecclesia cathedralis in honorem B. Mariae Virginis, sub titulo «Beginae Pacis», Deo dicata in civitate ac dioecesi Campaniensi/Fertur autem ecclesiam hanc originem suam duxisse ex eo quod, vertente saeculo abhinc sexto, die octava mensis septembris, in qua festum agitur Nativitatis Virginis Mariae, cives Campanienses ad quaestionem discutiendam coadunati, orta acerrima inter populum et proceres contentione circa locum erigendi templi, utrum in regione urbis superiore an inferiore, vocem audierint de caelo mire clamantem « Pax ! Pax ! Pax ! ». Quod prodigium, Deiparae tributum, omni dissidio finem illico imposuit. Pace igitur effecta atque omnibus iurgiis et simultatibus oblitteratis, de unanimi consensu posita fundamenta sunt, in regione superiore civitatis, templi sub titulo Mariali Beginae Pacis, quod a fel. rec. Leone PP. X, Praedecessore Nostro, in ecclesiam conlegiatam constitutum, Anno Sancto MDXXV per Litteras Apostolicas sub plumbo, datas a Clemente PP. VII, rec. mem. Praedecessore item Nostro, ad titulum et dignitatem cathedralis evectum est. Nunc autem, cum Dignitates et Canonici ipsius venerabilis templi Capituli Nos rogaverint ut hoc Anno pariter Sancto, labente quarto centenario a dicta erectione in cathedralem, ipsam aedem Beginae Pacis ad Basilicae minoris dignitatem evehere dignemur, Nos, probe noscentes enunciatum templum, generosis civium largitionibus iuxta formam Patriarchalis Basilicae Vaticanae Sancti Petri exstructum, copiosa ac praedivite sacra supellectile pollere, necnon pluribus indulgentiis ac privilegiis ab hac Sancta Sede concessis, insignibus Sanctorum relliquiis et divini cultus sacrarumque functionum splendore illustrari, simul animo repetentes Decessorem Nostrum Benedictum XV ipsum amplificasse, ut post immanis belli tumultus auspicata tandem hominibus pax arrideret, optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, amplissimo quidem suffragio permoti Archiepiscopi Episcopi Campaniensis, vota simul excipientes municipii et cuiusvis ordinis civium Campaniensium, collatis consiliis cum venerabili fratre Nostro Antonio S. B. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Bufinae, Sacrorum Bituum Congregationi Praefecto, apostolica Nostra auctori-

tate, praesentium vi perpetuumque in modum ecclesiam cathedralem dioecesis Campaniensis Deiparae Virgini Mariae sub invocatione Reginae Pacis consecratam ad titulum et dignitatem Basilicae minoris evehimus illique privilegia omnia atque honorificentias tribuimus, quae minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt.

Haec concedimus, decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque; integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis maii anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLA

AD VIRUM EMUM VINCENTIUM, EPISCOPUM OSTIENSEM ET PRAENESTINUM, S. R. E. CARD. DECANUM VANNUTELLI : DE DIOECESANO EUCHARISTICO CONVENTU PROPEDIEM HABENDO DEQUE VICESIMO QUINTO ANNO EPISCOPATUS FELICITER EXPLETO.

Venerabilis frater Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Annum quintum ac vicesimum, postquam dioecesim natalem tuam, data tibi optione, gubernandam suscepisti, clerus populusque Praenestinus temperare profecto non potest quin pio gratoque animo commemorat. Quodsi ob rerum gestarum gravitatem, ob singulares ingenii animique laudes, immo ob ipsam extremae senectutis viriditatem, magnam tui admirationem plerisque unicis, numquid minorem gregi tuo commoves, qui experiundo novit, praecipuas cogitationes curasque Pastoris sui in se esse conversas? Quandoquidem vero voluimus talem rei faustitatem hisce participare ac nobilitare Litteris, non est cur a promeritis in Praenestinam Ecclesiam tuis munera illa seiungamus et bene multa et varia et amplissima, quae Bomani Pontifices quattuor tibi, per tam raram insolitamque aetatis diuturnitatem, committere ac mandare non dubitarunt: quibus in explendis, decessorum Nostrorum non tam opinioni respondisse videris, quam omnem exspectationem superasse. Etenim cum pro Apostolica Sede legationes, aliam ex alia,

vel extra ordinem sollemnissimas obires, et, Purpuratos inter Patres adlectus, sacris romanae Curiae Consiliis inde deinceps praeesses, in comperto est, quotiescumque aut expediri negotia aut controversias dirimi aut rem catholicam adiuvari oportuit, numquam subtile iudicium, numquam rerum prudentiam atque usum abs te defuisse. At superioris vitae si quando répétas ipse memoriam, tuo putamus animo nihil obversari antiquius posse, quam Eucharisticos illos Conventus, qui, te praeside, Bruxellis, Tornaci, Métis, Londinii, Coloniae Agrippinae et Marianopoli habiti sunt. Propagatis enim iam tum uberius clariusque vulgo de Eucharistia doctrinis delatisque per magnificum pompae apparatum Augusto Sacramento publicis honoribus, praeterquam quod munita est recentioribus Conventibus via, Eucharistici etiam cultus studium apud omnes paene gentes percrebruit, et multitudines caritate Christi in tabernaculo abditi, quasi igne ex igne concepto, cotidie magis exardescere visae sunt. Pietas autem in altaris Sacramentum Sacriflciumque tua, quemadmodum s. m. decessori Nostro Pio X suasit, ut Patronum te, itemque Praesidem ad honorem renuntiaret Consilii permanentis, quod vocant, conventibus eiusmodi inter nationes provehendis, sic te, venerabilis frater Noster, in praesenti impulit, ut voluntates tuorum, te honorare cupientium, ad honorandam per dioecesanum Congressum Eucharistiam sanctissimam, qua vales auctoritate apud ipsos gratiaque, traduceres. Propositum quidem istud, quod propediem exsecuturi estis, dignum praeterea ducimus pastorali sollertia tua, cum non alius profecto, nisi divinum convivium, christianae pietatis morumque Evangelio congruentium fons hominibus suppetat, neque alio fideles, quasi ad caelum in terris, spectare et adire oporteat nisi ad cellam Corporis Christi. Itaque cum tibi, venerabilis frater Noster, quintum ac vicesimum episcopatus tui Praenestina natalem vehementer gratulemur, tum Conventui dioecesano, quem clerus et populus, tibi obsequens, in eo est ut feliciter inchoet, bene precamur, atque inde utilitates plurimas et Nobismet ipsis spondemus et vobis cunctis portendimus. Caelestium interea gratiarum conciliatricem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, venerabilis frater Noster, et gregi tuo universo apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die II mensis augusti, anno sacro MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

OAEIATEN.

CONFIRMATIO INTERDICTI ET EXCOMMUNICATIONIS DECLARATIO

DECRETUM

Questa Sacra Congregazione Concistoriale, a piena conoscenza della sacrilega aggressione a cui fu fatto segno il venerando Vescovo di Cariati, Monsignor Giuseppe Antonio Caruso, per aver Egli voluta l'osservanza delle sante leggi della Chiesa e rivendicati i diritti del Suo ministero Episcopale, conferma l'interdetto da Lui lanciato sulla Chiesa del Carmine, detta di S. Antonio, in Cariati, e dichiara incorsi nella scomunica, in ispecial modo riservata alla Santa Sede, tutti coloro che furono rei della sacrilega aggressione, a termini del canone 2343 §3.

Roma, dalla Sacra Congregazione Concistoriale, 31 luglio 1925.

£8 G. CARD. DE LAI, Vesc. di Sabina, *Segretario.*

& S.

f Er. Raffaello C, Arciv. di Tessalonica, *Assessore.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum :

24 iulii 1925. — Cathedrali Ecclesiae Wilmingtoniensi praefecit R. D. Edmundum J. Eitzmaurice, Antistitem Urbanum, Rectorem maioris Seminarii Philadelphiensis.

30 iulii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae, Stobiensi, R. P. D. Emmanuelem Raymundum de Mello, hactenus Episcopum Caetitensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Zamensi, R. P. Ioannem a Rheate (Iosephum Santini), O. F. M. Cappuccinorum.

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

ROMANA ET ALIARUM

DE FACULTATE BAPTISMI DOMI CONFERENDI EXTRA MORTIS PERICULUM

Quaesitum est utrum sit iuri conformis praxis iuxta quam infantes, qui non versantur in periculo mortis, sed non sine periculo ad ecclesiam transferri possunt, *domi solemniter* (i. e. cum omnibus caeremoniis etiam ablutionem praecedentibus) baptizentur a parocho aliove sacerdote de parochi licentia; nam ad ministrum necessitatis et in specie ad obstetricem non potest recurri nisi in necessitate stricte dicta, scilicet cum positive timetur periculum ne infans moriatur (C. S. Off., 11 ian. 1899) et nonnisi in eadem necessitate omittuntur caeremoniae ablutioni praeviae (S. O. Rit., 17 ian. 1914, Cod. iur. can., can. 776 §1).

Quare propositis dubiis :

«I. Utrum supradicta praxis sit conformis iuri canonico et, quatenus *negative* :

« IL Quomodo in casu procedi debeat ».

In Congregatione Plenaria Emorum Patrum, habita die 26 iunii currentis anni, iidem Emi Patres ita responderunt:

Ad I. Providebitur in secundo.

Ad II. Esse iuri conforme quod, si infans non versatur in periculo mortis, sed sine periculo ad ecclesiam ad normam can. 775 transferri nequit, Ordinarius, vi can. 776 § 1, n. 2, permittere potest, *pro suo prudenti arbitrio et conscientia, iusta ac rationabili de causa, in aliquo casu extraordinario,* quod domi baptismus solemniter administretur; aestimare autem casus extraordinarii gravitatem est remissum prudentiae et conscientiae ipsius Ordinarii in singulis casibus.

Pacta autem Ssmo Domino Nostro Pio Papae XI de praemissis relatione ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentum in audientia diei 4 iulii 1925, Ssmus Dnus Noster resolutionem Emorum Patrum ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Sacramentis, die 22 iulii 1925.

f A. Capotosti, Ep. Thermen., *Secretarius.*

SACKA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

APPROBATIONES

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis de Beligiosis:

23 iunii 1925. — Instituti Sororum a Puritate B. M. V., vulgo *de la Pureza de Maria Santísima* nuncupati, cuius domus princeps sita est in dioecesi Maioricensi, *Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium approbavit.*

— Instituti Sororum Tertiariarium Franciscanum *a Caritate* nuncupati, cuius domus princeps sita est in civitate Bonaerensi, *Constitutiones definitive approbavit.*

— Sodalitatis Presbyterorum a Sacris Stigmatibus D. N. Iesu Christi nuncupatae, cuius domus princeps sita est in Urbe, *Constitutiones definitive approbavit.*

4 augusti. — Institutum Sororum Tertii Ordinis S. Francisci, a Sancta Maria Angelorum nuncupatum, cuius domus princeps sita est in dioecesi Andagavensi, *approbavit, itemque, experimenti gratia, ad septennium, eius Constitutiones.*

— Institutum Sororum *Filiarum a Divino Redemptore* nuncupatarum, cuius domus princeps sita est in dioecesi laurinensi, *approbavit, itemque, experimenti gratia, ad septennium, eius Constitutiones.*

— Societatis religiosae Sororum Tertii Ordinis S. Dominici, de « Newcastle » nuncupatae, cuius domus princeps sita est in vicariatu apostolico de Natal, in Africa meridionali, *Constitutiones definitive approbavit.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

MASSILIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI AEMTLIAE DE VIALAR, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM A S. IOSEPH AB APPARTTIONE.

Ex praecipuis sodalitiis, quae Providentissimus Deus in Ecclesia sua atque in nationibus catholicis, saeculo elapso ac vertente, pro necessitate et opportunitate, ad bonum animarum, praesertim iuventutis, suscitavit, summopere iuvat in memoriam revocare eorum fundatores, qui, virtutibus et prodigiis fulgentes, Beatorum vel Sanctorum honores a supremo Bomani Pontificis magisterio et Apostolica auctoritate consequuti sunt. In conspectu omnium novissime propositae sunt inclytae virgines, summa veneratione dignae, Maria Magdalena Postel et Magdalena Sophia Barat, fundatrices, prima nempe Sororum scholarum christianarum, altera Sororum a Sacro Corde Iesu, quae, solemnes canonizationis caeremonias et Missam augusti ore ritu celebrante Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, sanctarum virginum catalogo adscriptae sunt. Aliae quoque Causae beatificationis et canonizationis apud Sacram Bituum Congregationem, ad normam iuris, procedunt, ad-Institutores similium fundationum pertinentes: e quibus, ex. gr., Ven. Annae Mariae Javouhey, fundatricis Sororum a S. Ioseph de Cluny,- altera, de qua agitur, Servae Dei Áemiliae De Vialar, fundatricis Sororum a S. Ioseph de Apparitione, quae binae societates eundem gloriosum titulum et patronum caelestem eundemque beneficum ac socialem finem sibi proposuerunt. In oppido *GuiUac* (Tarn), in Gallia, die 12 septembris anni 1797 ortum duxit infantula e parentibus Iacobo de Vialár et Antonia de Portai, e vetusta et nobili progenie, quae, sacramento baptismatis abluta, nomina accepit imposita Annam, Margaritam, Adelaidem et Aemiliam. Pia mater prolem suam ad religionem informavit, Aemiliam natu maiorem et tres eius fratres Augustinum, Maximinum et Alfredum. Puella, quae a teneris annis ingenium docile et devotionis affectus ostendebat, subiecta parentibus et orationi dedita, anno aetatis septimo scholam adivit nuper apertam sub directione magistrae litteris quidem idoneae, sed de religione tunc parum sollicitae: domi tamen pietatis magistra verbo et exemplo supplebat mater. Die 23 iunii anni 1807 Aemilia sacramentum Confirmationis suscepit a B. Fournier, Episcopo Montis Pessulani, et paulo

post a parentibus deducta fuit in urbem Parisiensem ubi domicilium habebat avus maternus: sed genitrix, post tres hebdomadas morbo affecta, illic pie obiit. Dei Famula, educationis causa, in nobili collegio *V Abbaye au bois* nuncupato admissa atque studiis navans, etiam ad sanctam Synaxim primum accessit: in quo pacis et studii domicilio brevem moram fecit. Nam pater, dilecta coniuge orbatus, eam in domum familiae revocavit et •domesticis curis addixit, praesertim favore fratris natu minoris. Eo temporis intervallo numquam pietatis exercitia praetermisit: quotidie orationi assidua, in ecclesia parochiali Missam audire, sacramenta recipere, sacris functionibus adesse in deliciis habebat, atque ita vires sibi comparabat necessarias in angustiis familiaribus perferendis, quas non minus a patre quam a nutrice, quae apud patrem maleñcam vim agebat adversus filiam, ipsa sustinuit eximia quidem fortitudine, caritate et patientia. Interea Aemilia, sentiens se a Deo vocari ad statum vitae religiosum, tota se subiecit sacerdoti D. Mercier, confessario et parocho ecclesiae S. Petri *de"Guillae,* quo suadente et vocationem probante, votum virginitatis temporariam sponte et libenter emisit. Pater autem minime favebat vocationi religiosae, imo obstabat, ut filiam suam domi retineret vel nuptui collocaret. Attamen inopinatus eventus significavit appropinquantem horam implorati adiutorii divini. Per obitum enim avi paterni Aemilia pinguem hereditatis partem obtinuit atque, ita libera et sui iuris, ardenti suae vocationis desiderio satisfacere potuit. In ipso oppido *Guillae,* empta aede ac restaurata una cum sacello et necessaria supellectili, illic coegit puellas bene dispositas oppidi finitimique territorii; atque ita, iuvante Deo, iecit fundamentum operis. Coram D. Mercier, facultatem habente ab Archiepiscopo Albiensi, die 19 martii anno 1833, in ecclesia S. Petri vota emisit, eademque die ipse parochus habitum dedit futuris Sororibus S. Ioseph. Opera praecipua tunc incepta exstiterunt promptuarium et distributio pro pauperibus infirmis in domicilio etiam curandis et classes pro pueris et puellis instituendis et alendis. Ancilla Dei constitutiones et regulas, D. Mercier dirigente, scripsit, quas idem Archiepiscopus examinavit et probavit, et iuxta illas Sororum vota religiosa recepit, et puellis professis habitum etiam religiosum dedit. Rogata a fratre germano Augustino, Dei Famula cum Sororibus Algeriam concessit totamque se devovit operibus misericordiae tempore contagii in morbo et pestilentia vexatos, admirantibus Sororum caritatem catholicis, infidelibus et israëlitis. Exortis quibusdam difficultatibus, praeses et Sorores in oppidum *Guillae* reversae sunt. Sed nova obstacula Dei Famulae adversantur, tum ex defectu Sororum, tum ex amissione bonorum temporalium. Insuper pater eius aegrotavit et, ingravescente morbo, quievit in Domino, signis perfectae vitae christianae, quod, filiae usque ad extre-

mum assistenti, haud parvam consolationem praebuit. Inde, egressa e loco *GvAllac,* Tolosam fere transiit, et Massiliam petiit, ibique mansit usque ad obitum. Praeses Instituto per viginti quatuor annos, illud a multis discriminibus incolume servavit et suavi et mirabili studio et cura gubernavit et propagavit, relinquens quadraginta et duas domos erectas, progressu temporis auctas ultra centenas, dispersas in Europam, Birmaniam, Australiani, Palaestinam, Tunisiam, etc. Massiliae vero exstant domus princeps et domus novitiatus praecipui. In qua civitate et primaria domo Dei Famula, laboribus et morbis fracta, receptis fervore et pietate Ecclesiae sacramentis, inter suas dilectas Sorores et filias, obdormivit in Domino die 24 augusti anni 1856, in aetate novem et quinquaginta annorum. Funere in ecclesia B. Mariae Virginis de Monte solemniter celebrato, exuviae primum in coemeterium S. Caroli, dein in alterum S. Petri delatae, demum, die 10 martii anni 1914, in ecclesiam domi principis translatae, honorifice sunt conditae. Demortua Serva Dei Aemilia de Vialar, Sorores Instituti gravibus in angustiis versabantur, ideoque Mater Vigouroux, superiorissa domus Massiliensis, et sociae iter aggressae sacerdotem Ioannem Baptistam Vianney, parochum vici *Ars,* adierunt, eumque informaran t de statu et periculis Instituti simulque ab ipso consilium et consolationem exquisierunt. Homo Dei et sacerdos sanctus, illas benigne excipiens, alloquutus est de Instituti excellentia et felici conservatione ac propagatione, quia opus Christi erat et S. Ioseph apud Deum patroni potentis, qui sicut subsidia et panem victu necessarium providit sanctae Familiae suae, ita Sororibus et familiaribus suis earumque operibus necessaria et opportuna suppeditabit. Quibus verbis Mater et Sorores recreatae, protectione Dei et sancti Patroni suffultae, et benedictione paterna egregii parochi Vianney munitae, Massiliam reversae, optatam ac praedictam conservationem, prosperitatem et propagationem Instituti S. Ioseph ab Apparitione feliciter expertae sunt.

Interim fama sanctitatis, quam Dei Famula adhuc vivens acquisierat, post obitum magis clara signisque confirmata et perseverante, una voce clamante «sponsa Christi accepit coronam», Inquisitiones Ordinaria auctoritate in Massiliensi aliisque dioecesibus adornatae sunt et Bomam delatae Sacrorum Bituum Congregationi traditae. Iuris autem ordine servato, et scriptis Servae Dei perquisitis et revisis, quum nihil obstet quominus ad ulteriora procedatur, instante Emo Dno Iosepho Beltrami, huius Causae postulatore, attentisque litteris postulatoriis quorundam Emorum S. B. E. Cardinalium, Emorum Archiepiscoporum et Episcoporum; praesertim Ordinariorum dioecesium Galliae et Missionum ad exteros, enixe rogante antistita generali Sororum S. Ioseph ab Apparitione, communia vota Instituti

depromente, Emus et Emus Dnus Cardinalis Antonius Vico, Episcopus Portuensis et S. Rufinae, eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis sacrorum rituum Congregationis comitiis subsignata die ad vaticanas aedes coactis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Emi Patres sacris recognoscendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani Eidei promotore generali, omnibus diligenter perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 19 maii 1925.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem Sacrae Eituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae beatificationis et canonizationis Servae Dei Aemiliae de Vialar, fundatricis Congregationis Sororum a S. Ioseph de Apparitione, die 27, eisdem mense et anno.

gß A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. B. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACEA ROMANA ROTA

G itati o edictalis

KETEK

NULLITATIS SEU DISPENSATIONIS MATRIMONII (GIURDANELLA-MONFRINI)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Alni Monfrini, nati Leontinis, in dioecesi Syracusana, anno 1873, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum coram Nobis in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94), die 24 octobris 1925, hora 10ª, ad respondendum interrogationibus quas ei deferemus super dubiis iam- legitime concordatis:

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Et, quatenus negative:

An sit praestandum consilium Ssmo pro dispensatione super rato nec consummato in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Domini Alfii Monfrini curare debent ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

U. Mannucci, *Ponens.*

L. © S.

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 18 augusti 1925.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Alfio Monfrini, né à Lentini (Syracuse), en 1873, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître devant Nous au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le 24 octobre 1925, à 10 heures, pour répondre aux questions qui lui seront posées sur les doutes déjà légitimement concordes, savoir:

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas présent?

Et, s'il ne conste pas:

Peut-on donner eonseil au Saint-Père pour la dispense sur le mariage non consommé, dans ce même cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Monsieur Alfio Monfrini, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 4 agosto 1925, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo Vanmitelli, Ponente della causa di Beatificazione del Ven. Andrea Uberto Pournet, Sacerdote Secolare, Fondatore della Congregazione delle Figlie della Croce, dette Suore di S. Andrea, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Biti *Antipreparatoria* per discutere il dubbio sopra due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione del medesimo Venerabile, i quali vengono proposti per la sua beatificazione.

Martedì, 18 agosto 1925, presso l'Emo e Bevmo Signor Cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, Ponente della Causa di Beatificazione o Dichiarazione del Martino dei Ven. Servi di Dio Emanuele Euiz e Soci, dell'Ordine dei Frati Minori, con l'intervento e voto dei Bevmi Prelati e dei Consultori teologi componenti la Sacra Congregazione dei Biti, si è tenuta la Congregazione *Antipreparatoria* per discutere il dubbio se consti del martirio, della causa del martirio e dei segni o prodigi dei predetti Venerabili Servi di Dio, uccisi, come si asseriscono in odio alla fede.

SACRA ROMANA ROTA

AVVISO

Si fa noto che le iscrizioni allo Studio della Bota, per il prossimo anno giuridico, si aprono il 10 ottobre e si chiudono il 30 novembre.

19 agosto 1925.

M. Massimi, *Pro-Decano.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

30 luglio 1925. L'Emo Sig. Card. Giovanni Bonzano, *Protettore delle Orsoline dell'Unione Romana.*

1 agosto » Il M. B. Sig. Andrea De Horatiis, *Cappellano Comune Soprannumerario della Cappella Pontificia.*

Protonotarii Apostolici ad instar participantium:

25 luglio 1925. Monsig. Antonio Schaepman, dell'arehidiocesi di Utrecht.
30 » » Monsig. Felice Costa, della diocesi di Biella.
1 agosto » Monsig. Alessio Baziuk, della diocesi di Crisio.
8 » » Monsig. Francesco Rocco, della diocesi di Parenzo e Pola.

Prelati domestici di S. S. :

16 marzo 1925. Monsig. Giuseppe Schyrghens, della diocesi di Liegi.
3 giugno » Monsig. Nicola Franche, della diocesi di Cleveland.
» » » Monsig. Ferdinando Schreiber, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Carlo Boehm, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Tommaso Mahon, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Klute, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco A. Malloy, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Mariano Orzechowski, della medesima diocesi
» » » Monsig. Pietro M. Cerveney, dèlia medesima diocesi.
22 » » Monsig. Giuseppe A. Weigand, diocesi di Columbus.
» » » Monsig. Tommaso P. Harrington, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Luigi Martinelli, dell'Abbazia di Subiaco.
3 luglio » Monsig. Giovanni Maher, della diocesi di Concordia in America.
» » » Monsig. Adolfo T. Ennis, della medesima dioeesi.
» » » Monsig. Guglielmo Schellberg, della medesima diocesi.
14 » » Monsig. Domenico Napoletano, della diocesi di Sant'Agata dei Goti.
24 » » Monsig. Ferdinando Brommer, del vicariato apostolico di Mariannhill.
» » » Monsig. Antonio Stychel, della diocesi di Gnesna e Posnania.

24 luglio 1925. Monsig. Giovanni Giuseppe Fernandez y Sánchez-Solana, della diocesi di Badajoz.
25 » » Monsig. Giuseppe Weidinger, della diocesi di Würzburg,
28 » » Monsig. Baimondo M. Mestres, della diocesi di Monterey.
28 » » Monsig. Giacomo May, della diocesi di Magonza.
» » » Monsig. Filippo Giacomo Mayer, della medesima diocesi.
29 » » Monsig. Gustavo Zapponi, della diocesi di Anagni.
31 » » Monsig. Eugenio Burke, della diocesi di Newark.
4 agosto » Monsig. Vincenzo Del Signore, della diocesi di Fano.
7 , , » Monsig. Giovanni Antonio Salas y Boyano, della diocesi di Camagüey.
11 » » Monsig. Gioacchino Elisio Cavalcanti, deUa diocesi di Garanhuns.
17 » » Monsig. Giuseppe Diverio, dell'archidiocesi di Torino.

ONOEIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

19 gennaio 1924. Al sig. marchese Antonio Magaz y Pozo de Magaz (Spagna).

La Commenda con placca dell'Ordine Piano:

29 luglio 1925. Al sig. dott. Biccardo Meyer, Consigliere della Legazione di Germania presso la Santa Sede.

La Commenda dell'Ordine Piano:

15 gennaio 1924. Al sig. Giovanni Battista Anteguera y Angosto conte de Santa Pola (Spagna).
18 luglio 1925. Al sig. marchese Ignazio Honorati, Esente nelle Guardie Nobili di S. S.
» » » Al sig. conte Francesco Antamoro, Esente nelle Guardie Nobili di S. S.
» » » Al sig. marchese Alfonso Serlupi d'Ongran, Esente nelle Guardie Nobili di S. S.
20 » » Al sig. marchese Carlo Sacripante Vitutij, Esente nelle Guardie Nobili di S. S.

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

6 maggio 1925. Al sig. Giorgio de Cock de Bameyen, dell'archid. di Malines.
5 luglio » Al sig. Ferdinando Carozzi, dell'archidiocesi di Torino.

18 luglio 1925. Al sig. Giuseppe Chierichetti, dell'arehidiocesi dì Milano.
21 » » Al sig. Enrico Rosier, della diocesi di Saint-Claude.
27 » » Al sig. dott. Agostino Most, della diocesi di Vratislavia.
5 agosto » Al sig. Gastone Philips, dell'arehidiocesi di Malines.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

5 luglio 1925. Al sig. Enrico Cousin, dell'arehidiocesi di Besançon.
» » » Al sig. conte Maurizio de Maistre, della diocesi di Autun.
» » » Al sig. Antonio Vieillard-Baron, della medesima diocesi.
10 » » Al sig. Domenico De Monte, dell'arehidiocesi di Bombay.
14 » » Al sig. Mario Calandra, della diocesi di Sant'Agata dei Goti.
21 » » Al sig. avT, prof. Giorgio Sforza, della diocesi di Trani.
23 » » Al sig. Francesco Carmazzi (Boma).
27 » » Al sig. Luigi Filippo Caillouet, dell'arcidiocesi di New Orleans.
29 » » Al sig. Edoardo Brennan, della diocesi di Harrisburg.
30 » » Al sig. Mario Dandolo, del vicariato apostolico di Haiphong, nel Tonchino.
7 agosto » Al sig. Antonio Gonzalez Mendoza, della diocesi di Camagüey.

La Gran Croce dell'Ordine di San Silvestro Papa:

24 luglio 1925. Al sig. barone Oscar Mitis, dell'arehidiocesi di Vienna

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

6 maggio 1925. Al sig. Giulio de Mahieu, dell'arehidiocesi di Malines.
» » » Al sig. Luigi Bellemans, della medesima archidiocesi.
26 luglio » Al sig. cav. Francesco Kissing, della diocesi di Paderborn.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

7 luglio 1925. Al sig. Carlo Locatelli (Roma).
» » » Al sig. Alfredo Pansa (Roma).
7 agosto » Al sig. ing. Antonio Betancourt, della diocesi di Camagüey.
16 » » Al sig. dott. Federico Gruber, della diocesi di Eichstätt.
» » » Al sig. Gerardo Beintjes, della diocesi di Münster.

MAGGIORDOMATO DI SITA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S, E. Revma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di Sua Santità:

13 giugno 1925. Monsig. Pantaleo Giuseppe Costeira, dell'archidiocesi d'Evora.
23 » » Monsig. Bronislao Bogowski, della diocesi di Kamieniec.
24 luglio » Monsig. Francesco Coelho, dell'archidiocesi di Parahyba.
» » » Monsig. José Tiburzio de Miranda, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. José Paolino Duarte, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. José Ferreira Antero, della diocesi di Garanhuns.
27 » » Monsig. Giorgio Leech, dell'archidiocesi di Filadelfia.
1 agosto » Monsig. Federico Tombrock, della diocesi di Florianopolis.
4 » » Monsig. Antonio Milorard, della diocesi di Banjaluca.
5 » » Monsig. Francesco Thurnhofer, della diocesi di Eichstätt.
» » » Monsig. Giovanni Götz, della medesima diocesi.
6 » » Monsig. Martino Walzer, della diocesi di Spira.
» » » Monsig. Enrico Knittel, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Felice Kraemer, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Enrico Bech, della diocesi di Uruguay.
» » » Monsig. Stanislao Wolski, della medesima diocesi.
7 » » Monsig. Luigi Ganugi, dell'archidiocesi di Firenze.
8 » » Monsig. Francesco Saverio Giesberts, della diocesi di Florianopolis (Brasile).
11 » » Monsig. Angelo Pétrone, della diocesi di S. Severo.
» » » Monsig. Francesco M. de Albuquerque, della diocesi di Maceiò (Brasile).
» » » Monsig. Emmanuele Eibeira Vieira, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Emmanuele Capitolino de Carvalho, della medesima diocesi.
13 » » Monsig. Giovanni Gallo, dell'archidiocesi di Napoli.
18 » » Monsig. Giovanni Botner, della diocesi di Lavant.
» » » Monsig. Francesco Kruljc, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Antonio Jerovsêk, della medesima diocesi.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di Sua Santità:

27 maggio 1925. Il sig. conte Giovanni Antonio Guelì Lopez, della diocesi di Madrid.
24 luglio » Il sig. Giacomo Strachey Barnes, della diocesi di Simia.

1 agosto 1925. **H sig. libero barone Ermanno de Wrede, della diocesi di Paderborn.**
10 » » **Il sig. duca Matteo Gatti Farina, della diocesi di Napoli.**

Camerieri d'onore in àbito paonazzo di Sua Santità :

6 luglio 1925. **Monsig. Valentino Piotrowski, della diocesi di Cracovia.**
24 » » **Monsig. Antonio Alfonso da Silva, dell'arehidiocesi di Parahyba.**
» » » **Monsig. Pietro Anisio Dantaz, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Manoel M. de Almeida, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Domenico Costero, della medesima archidiocesi.**
1 agosto » **Monsig. Carlo Colli (EOrna).**
â » » **Monsig. Raffaele Ortega Cruz, della diocesi di Jaen.**

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di Sua Santità:

24 luglio 1925. **Il sig. comm. Antonio Tomatis (Eoma).**
27 » » **U sig. Francesco Saverio Parisi (Eoma).**
1 agosto » **Il sig. Giovanni Martínez Illescas, della diocesi di Barcellona.**
6 » » **Il sig. conte Francesco Paolo Naselli di Gela, dell'arehidiocesi di Palermo.**
» » *h* **il sig. conte Giuseppe Maurigi di Castel Maurigi, della medesima archidiocesi.**
» » » **Il sig. cav. Michele de' baroni Fatta Poiero, della medesima archidiocesi.**

Cappellani segreti d'onore di Sua Santità:

13 giugno 1925. **Monsig. Antonio Allmer, della diocesi di Seccovia.**
10 agosto » **Monsig. Giuseppe Orsini (Boma).**

NECROLOGIO

1 agosto 1925. **Il Revmo P. Alberto Lepidi, O. P., Maestro dei Sacri Palazzi Apostolici.**

1 Octobris 1925 Num. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDI

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PH PP. XI

LITTERAE DECRETALES

I

BEATO IOANNI BAPTISTAE MARIAE VIANNEY, CONFESSORI, PAROCHO VICI « ARS », HONORES SANCTORUM DECERNUNTUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christi nomen abolere molientibus respondet egregie Catholica Ecclesia, emus super sanctum candelabrum splendent lucernae ardentes, idest Dei ministri, qui animarum saluti, per integrum vitae cursum, divino solummodo amore et zelo incensi, summopere curam impendunt.

Ex hisce, per quadraginta annos et ultra, semetipsum exhibuit, virtutum omnium exemplum et verum operarium Christi imitatorem, Parochus vici *Ars,* cui nomen Ioannes Baptista Maria Vianney.

In vico *Dardilly,* Liigdunensis dioeceseos, die octava mensis maii, anni millesimi septingentesimi octogesimi sexti, a Matthaeo Vianney et Maria Beluse natus est Ioannes Baptista Maria, quem mater in sinu gestans, iam omnipotenti Deo eiusque Virgini Matri saepe, uti pignus amoris, obtulerat. Ipsa immo secretum emiserat votum sese, auxiliante Deo, ad sacri altaris servitium filium absque haesitatione daturam. Eadem die, quo infans in lucem prodiit, sacro baptismatis lavacro est ablutus. Parentes, de quibus, uti ohm de Zacharia et Elisabeth, dici poterat: « Erant iusti ambo ante Deum », rei rusticae et armento addicti, omnem adhibuerunt curam, ut sex liberi a Deo, decem annorum spatio, sibi concessi, religionis studio educa-

rentirr, illis plurima caritatis exempla praebentes, praesertim in mendicis excipiendis, qui, per vicum transeuntes, cibum et hospitium ab eis expostulabant. Mater, quae Virginem Mariam vehementi prosequebatur amore, Deiparae praesidio atque tutelae filios suos commiserat, qui, maternae pietatis alimento nutriti, tamquam flores, matutino rore madefacti, in dies succrescebant. Verum praecipua matris sollicitudo fuit Ioannis Baptistae tenella aetas; nam optima mulier, alto animi sensu praedita, clare comperérai, filiorum suum nedum ab aequalium ludis, quod ea aetate haud facile est, semper abstinere, sed piis vacare exercitiis, idest apud parvas aras, ab eo summa laetitia paratas, orationi incumbere et interdiu alios colligere pueros, qui una simul preces ac precarium sertum recitarent. Ohm mater filiólo dono dederat parvum Virginis Mariae simulacrum, quod in aliorum infantium manibus, uti plerumque fit, simplex fuisset lusus; illi vero cultus et venerationis princeps argumentum exstitit; tantoque amore puer simulacrum illud est prosequutus, ut, sexaginta post annos, enarrare soleret, prima sua aetate sibi haud possibile fuisse absque Deiparae simulacro quieto somno indulgere.

Quattuor agens annos, quadam die ex improviso a parentum oculis se subduxit. Pia mater, timens ne quid aerumnosum puero accidisset, anxia huc illuc diu eum inquisivit; tandem in stabulo immotum, genibus flexis, devotissime deprecantem invenit: admirationem ac laetitiam insimul detinent, puerum exprobravit, quod tantae anxietatis sibi causa fuisset. Puer, maximo dolore affectus, matrem amplexus: « Parce mihi - inquit - mater dulcissima; procul ab animo meo erat talem tibi parare dolorem; numquam me huc rediturum promitto ».

Tot pietatis iam signis decoratum, in dies succrescere puerum oppidani intuentes, eiusque religiosae sollicitudinis veridici testes, maximopere obstupescebant et quam saepissime parentibus gratulatoria verba exprimebant, pro certo habentes in posterum, fìliolum illuni pro animarum salute omnem curam in sacerdotali ministerio adhibiturum.

Verum haec divina animi gaudia cito turbari coeperunt; nam, increpante in Gallia civili furore, expulsis sacerdotibus atque, sub novae libertatis specioso nomine, quocumque christiani ritus signo vetito, puer suas cum maternis promiserat lacrimas, ex eo quod non amplius sibimet concederetur in templum sese conferre, ut divinis adesset officiis.

Tempus accesserat, quo Ioanni Baptistae tributum labori solvendum erat. Itaque septennis, gregis custodiae, una cum fratre natu maiore, assidue incumbit, secum Virginis simulacrum quocumque gestans; immo earum sui amoris pignus super herbosum aggerem saepe deponens, socios venusto lepore invitat, ut venerationis obsequium, ingenti animi ardore, Dei-

parae Virgini praestent. Si, quod raro evenire solebat, quis ex sociis puerilis iurgii auctor exstabat, aut oves crudeli verbere percutiebat, illico, eum suaviter corripiens, adhortabatur, ne quid mali operi manuum Creatoris Dei inferret. Licentius autem loquentes exquisita lenitate arguens et famélicos suo cibo donans, brevi omnium animos amore devinxit. Arbitrandum merito est, hac aetate, sacrificii gaudia et virginitatis glorias Deum puero patefecisse; nam constat Ioannem Baptistam, omnibus mentis cogitationibus et cordis affectibus in Deo, tamquam in centro, collocatis, unum tantum in animo agitasse, videlicet Deo soli servire eique per totum vitae decursum sese dicare.

Neque vero Dei amore solummodo efferbuit; pauperes quoque ardenti caritate est prosequutus, et domus Vianney miseris evasit asylum, uti supra innuimus: haud raro accidebat, ut, hyemali tempore, viginti et amplius pauperes, a puero per vias coadunati, domi exciperentur, igne ciboque reficerentur. Inter hos consedit ohm praeclarissimus Dei Famulus Benedictus Iosephus Labre, cuius hospitalitatis memoria, uti decus familiae Vianney, in oppido *Bardilly* adhuc servatur. In huiusce nobilis benignitatis exercitio, Ioannes Baptista parentes imitans, nedum egenis subsidia pecuniae atque vestes suppeditabat; verum etiam, quod erat praecipuum, eos rehgionis veritates edocebat, adhortans, ut propriam sortem aequo animo tolerarent fixumque semper in animo haberent, aeternae vitae gaudia pauperes spiritu procul dubio assecuturos.

Tale huiusce iusti infantiae initium, cui Deus splendidiora sanctimoniae signa comparabat, una cum omnibus illis charismatibus, quae, ad instar matutini roris, a Deo filiis suis conceduntur, ut serius diei calorem atque pondus fidem omnibus viribus sustinere valeant.

Pueruli praematura virtus eo magis admiratione digna erat, quo in peius mores in Gallia ruebant; unde rite meritoque de eo dici poterat, tamquam filium inter spinas efflorescere.

Optima mater, hortante pientissimo sacerdote Grobaz, e Sodalitate Sancti Sulpitii, secum adduxit puerum in pagum *Ecully,* ubi morabatur consobrina Margarita Humbert, quae, caritate praestans, una cum religiosissimis feminis, plurima suppeditabat auxilia Dei ministris, diu vexatis et in plurium familiarum receptáculo abditis, ut, illis difficillimis temporibus, sacri ministerii officiis operam dare possent. Consobrina puerum curae duarum Sororum ex Instituto Sancti Caroli commisit, quae illud ad sacrum Convivium recipiendum instituèrent. Anno millesimo septingentésimo nonagésimo nono, aetatem annorum tredecim agens, primo accessit Ioannes Baptista ad Eucharisticam mensam, in domo iUustrissimi Comitis Pingeon, eodem fere modo, quo sancti Christi martyres, persecutionis tempore, for-

tium cibo in sacris penetralibus vescebantur. Et tam insigni fidei sensu primum ad Agni convivium accessit, ut absque dubio retineri possit, pueri animum pro divino Sponso decorum sanctuarium, ea solemni die, fuisse constitutum. Kam, apud suos reversus, cito sibi socios plurimos adscivit, exstititque semper exemplum innocentiae, obedientiae, castitatis et insignis sanctimoniae.

Ad agrestia explenda opera, quae pro certo, aetatis causa, gravia sibi erant, assiduus puer vires coacervabat et, ad vesperam, labore defatigata, domum repetens, catechismi, Evangelii et sacrarum precum lectioni, sub tremulo rusticae lucernae lumine, vacabat, numquam a pio exercitio desistens, nisi somno devictus. Subsecivis horis, minime ducebat otia: fingebat enim a limo terrae effigies sacerdotum, quos omnes vehementi amore venerabatur. Huiusce temporis memoria semper Ioannis Baptistae animo pergrata fuit, quam maximo cum humilitatis spiritu, hisce verbis patefacere suescebat: « Adolescens terram colui ; saepe humum, adunco « vomere percutiens, mihimet dictitare solebam: " Animus tuus colendus « est, Ioannes; herbam maleficam ab eo evellere necesse est, eumque ad « excipiendum fecundum Dei semen parare „ ».

Tandem aliquando, aedibus sacris reseratis, novo rerum ordine constituto atque restituta Catholicae Ecclesiae pace, Ioannis animus exsiliit et praesensit adolescens se ad maiora a Deo vocari. Paulo post, cum ad pagum *JEeully* reversus esset, mutuus intercessit amor inter Ecclesiae parochum, pietate praestantissimum, B. Balley, et pium adolescentulum, qui religiosissimo viro declaravit se, inde a pueritia, desiderio flagrasse inter sacerdotes sese cooptandi, ut plurimas animas Christo lucrifacere valeret.

In candidum adolescentulum laudatus parochus Balley tenero amore captus, promisit se, qua par esset cura, omnia expleturum sacrificia, ut illi prodesset in studiorum palaestra. Et ita factum est; Ioannes alacri animo studiis operam dedit, nec labori pepercit unquam, ut in litteris egregie procederet; at, ingenio tardus et memoria infirmus, opem quidem magistro praebente, et maiore contentione in studium se incumbente, parum profecit et, animo deficiens, sensit parochi sacrificia suosque labores prorsus inania esse. Quare apud siios redire in animo revolvit; parochus, qui discipulum suum sacerdotio initiatum iri quodammodo praedixerat, verbis consilioque illum adhortatus est, ne ab incepto studiorum curriculo recederei.

Ad asperas in discendo edomandas difficultates adolescens ad Deum mentem intendit, ut divino lumine illustraretur; itaque a Sancto Francisco Regis auxilium expostulavit eiusque sepulcrum invisit, enixe rogans ut sibi facilitatem percipiendi elargiretur et tantum disceret, quantum pro

fido Christi operario satis esset. Haud inards exstitit deprecatio; cito enim minorem in studiis expertus est difficultatem, adeo ut magister ipse miratus valde fuerit de insperato adolescentis profectu. At novum ortum est negotium, quo studiorum cursum Ioannes intermittere coactus fuit, post quinque vel sex annorum spatium. Nam, initiato in universa Gallia delectu, cum Ioannis nomen in clericorum albo a militiae onere immunium relatum non apparuisset, ad arma vocatus est; quo adveniente nuntio, quasi fulguris ictu percussa fuit familia Vianney. Pater, ingentem summam solvendo, sperabat a militiae vinculo expertem filium evasurum; verum spes in irritum cessit et Ioannes ad castra proficisci coactus est.

Magis parentum quam suimet dolore oppressus, in morbum incidit iuvenis, cumque, constituta die, apud tironum militum ducem non exstitisset, a militibus illico, quo vitam degebat, missis, adductus est in valetudinarium Lugdunense, ubi, curis refectus, post quindecim dies e morbo convaluit et in oppidum, cui nomen *Roanne,* contendere coactus.

Verum, novo febris furore percussus per viam, necesse fuit, ut rursus ad nosocomium adduceretur, ubi duos menses constitit, tanta pietatis et patientiae signa praebens, ut plurima aestimationis et venerationis argumenta a militibus, parentibus, amicis atque a Sororibus Sancti Augustini, quibus commissa erat militum infirmorum cura, quotidie receperit.

Itaque, assiduis renovatus curis, valetudine plane confirmata, Ioannes Baptista militum cohorti adscriptus est, quibus iam fuerat mandatum, ut in Hispaniam pugnaturi properarent. In his angustiis, templum ingressus, moestus preces omnipotenti Deo fudit, et, cum diu ibi moratus esset, sero ad legionem pervenit atque veluti transfuga habitus. Sed, intercedentibus aliis pro eo, nullo comperto voluntariae desertionis signo, proficiscendi venia data est. Et revera se dedit in viam, sed ad Deiparam Virginem fidenti animo confugit, ne in tam adverso casu desereretur.

Deprecanti auxilium praebuit misericordiae Mater; nam post multum itineris, sudore madescens et viribus effractus, Ioannes Baptista substitit et ex improviso quidam ignotus iuvenis obvius ei fuit, ducem se offerens in peragendo itinere. Quo factum est, ut per agros, per montes, per occulta loca, ambo ad vicum vulgo *les Noés* pervenerint, ubi ignotus adolescens quibusdam coniugibus socium tradidit, cuius ab oculis illico se subduxit.

Sensit Ioannes Baptista prodigium indubium evenisse, prospiciente Deo. Non multo post, benignissime a praefecto vici exceptus, matrifamilias, viduae pietate et caritate insigni, cui nomen Claudia Payot, commissus fuit, apud quam vitam tutus ab inquisitionis periculis per diuturna tempora transegit.

Huiusce optimae viduae sollicitudinibus, cupiens Ioannes Baptista tri-

butum sui grati animi quodammodo solvere, se uti magistrum syndico praebuit ad pueros erudiendos. Quod summo gaudio approbatum fuit et absque mora Dei Servus pueros vici instituere coepit tanto amore et patientia, ut sibLtotius populi aestimationem gratumque animum cito conciliaverit. Morum candorem, modestiam pietatemque iuvenis, veluti prodigium novum, mirabatur optima vidua Eayot et plurimi ex paroeciis finitimis affluebant, ut tantum virum agnoscerent atque una simul orarent. Animadverterant oppidani, sibi a Deo commissum fuisse ingens pretiosumque thesaurum; quare, ut Ioannem a militum inquisitione defenderent, quotiescumque eorum incursionem timebant, concivibus super pagi eminentia loca in excubias constitutis, mandabant, ut a longe, signo dato, satellitum praesentiam nuntiarent.

Huius tempestatis túrbidas vices Ioannes Baptista posthac in mentem revocare suescebat; verum in se valde laetabatur, constanti mente tenens fraternum incolarum amorem, qui per ea squalentia tempora sibi tutum praebuerant asylum. Ideoque numquam sui animi sensus pro religiosissima vidua Fayot sensit deficere; immo in sacerdotalis ministerii initio, quotannis illi epistolam mittere solebat, in qua adoptivae matri ardentissima felicitatis vota auspicabantur. ^

Propitiora tempora in mente Ioannes volutans, preces assiduas Deo fundebat ut sibi domum paternam repetere permitteret et studiorum intermissum curriculum tandem resumere daret. Accessit tandem a Deo constituta dies et Ioannes Baptista, certior factus fratrem in sui locum fuisse ad castra vocatum, ad vicum *Heully,* laetantibus insimul atque dolentibus incolis pagi *les Noés,* reversus est, ac, omni expers anxietate, rursus litterarum studiis operam dedit.

Anno millesimo octingentesimo duodecimo, a pientissimo parocho Balley, quem semper ardenti prosequebatur amore^ missus fuit ad Seminarium, cui nomen *de Verrières,* ut philosophicae disciplinae incumberet, cuius magistrum gallice audire coactus est; latine enim non satis sciebat. Cum, insequenti anno, sacrae Theologiae studio vacandum sibi esset, apud parochum, feriarum tempore moratus, theologalis scientiae elementa est aggressus, humihtatis spiritu et verae poenitentiae signis, omnem adhibens curam, ut bonus fidusque operarius in vinea Domini succresceret; nam in animo immotum sibi erat, sacerdotis missionem, utpote arduam, mentem sane requirere scientia ditatam ut'gravibus ministerii sacri officiis sit satis.

Ea tempestate, beati Ioannis Baptistae proba et veneranda mater praemium pietatis suae est in caelis assecuta, eiusque obitus vulnus acerbissimum in filii pectus intulit; attamen, tranquillo animo, in divinae voluntatis consilio Ioannes recubuit.

Duos fere post annos, duce semper et magistro sapientissimo parocho Balley, ad sacrae Theologiae periculum obeundum satis paratus, magnum Lugdunense Seminarium ingressus est. Verum Deus Famulum suum crucis sigillo signavit; etenim, cum hic ante examinantium coetum consedit, tanto timore fuit arreptus, ut incongruas responsiones dederit, ideoque dimissus fuerit. Parochus, qui, huius infausti exitus sese quodammodo auctorem existimabat, adeo egit, ut Ioannes novum periculum obiret; quo expleto, insignis pietate clericus exceptus est ad Sancti Irenaei Seminarium, ubi, non multo post, in ecclesia cathedrali Gratianopolitana, anno aetatis suae vigesimo nono, sacrum presbyteratus Ordinem, non tantum doctrinae titulo, quantum modestiae et sanctimoniae signis, recepit. Vixdum sacerdotali ministerio est initiatus, tanto exarsit caritatis zelo, ut maiore doctrina praestantes iure meritoque coniectaverint illum pro Dei gloria animarumque salute nobilissima facinora esse gesturum. Tunc amantissimus parochus vici *Ecully,* administratorem chóceseos, sacerdotem Courbon, enixe rogavit, ut sibi, tamquam vicarium, Ioannem Baptistam Mariam consociaret; quod absque ulla diffìcultate obtinuit : nam haud inscius moderator erat de alacritate et diligentia Servi Dei in sacris obeundis officiis. Hic itaque apud omnes societatis ordines quam citissime sibi illam aestimationem comparavit, quae, prae omnibus, exstat sacerdotibus decori. Princeps in fiducia danda ipsemet magister; atque una simul vitam austeram et sanctam, veluti in claustro, ambo duxere, non cibo, sed ieiunio viventes, uti ohm Sanctus Benedictus et Sanctus Bomanus.

Tanta parochi et vicarii austeritate oppidani moti, legatum ad moderatorem dioeceseos miserunt, decretum invocantes, quo ambo ad minus rigidam vitae rationem reducerentur.

Apostolico exardescens zelo, intuetur Ioannes vastum prae se aperiri campum, in quo uberrimi caritatis fructus colligi possint, et alacrem dat operam in moderandis poenitentium conscientiis, maximam diei partem traducens in confessionibus excipiendis. Quare frequens poenitentium multitudo, integritate Dei viri allectorum, sacrum Tribunal veluti obsidione circumdabat; et plurimi exstiterunt, qui, per diuturnos annos divina Sacramenta respuentes atque hcentiosam ducentes vitam, ad bonam frugem, moderatore Ioanne Baptista, reversi sunt.

Interim solers parochus Balley, consumptus laboribus, vigiliis, cruciatibusque, quos terroris tempore fuerat passus, refertus meritis, fidenti animo, horam exspectabat qua iustitiae corona decoraretur, et affirmabat se maximo gaudio animam exhalaturum, cum iam catholici cultus restaurationem et Ecclesiae Dei triumphum conspexisset.

Post tanti viri obitum, incolae vici *Emily* una voce asseverant, vica-

rium Ioannem Baptistam, quem ad sui imaginem parochus effinxerat, in mortui locum constitui, absque mora, pastorem. At incolarum precibus Ioannis modestia restitit, qui affirmabat se non esse idoneum ad illud pergrave munus suscipiendum, quod suas vires longe excedere videbatur.

Omni posthabita recusationis causa ex moderatorum parte, duos post menses, sacerdos Vianney renuntiatus fuit parochus, sed in vicum *Ars* est missus, in cuius paroecia multa mala erant radicitus evellenda. Sacerdos Courbon, illum ad officium parochi renuntians, hisce verbis est allocutus: « Illico perge, Ioannes; expers Dei amore vicus ille exstat; tu illuc « Dei caritatem pro certp adduces ». Hanc coniecturam non fefellit eventus. Vix enim Famulus Dei in. pago consedit et munus parochi suscepit, se pro viribus dedit ad multa zizania exstirpanda.

Pagus *Ars*, cuius incolae fere omnes rei rusticae erant addicti, virtutis nomen revera ignorabat; templum Dei prope desertum sqilalebat; confertissima multitudine opplebantur cauponae, praesertim diebus dominicis, qui et manuum opere profanabantur; iuventus ludis, choreis et voluptatibus indulgebat; undique iniqui perditique mores. In tanta animorum pravitate novi parochi mens vehementer commota est; verum is animum non despondit. Negotii arduitatem meditatus, existimavit, nihil aliud sibi agendum, nisi preces, gemitus ac suspiria ad Deum effundere, a divina misericordia efflagitans, ut filios, sibi commissos, ad bonam frugem reduceret. Crebris precibus auxilium verbi consociavit, quod summa eloquentiae vi auditoribus nunciabat, usus illo concionandi genere, quod vulgo «sermo pedestris » appellatur. Quare in viis, in campis, inter domesticos parietes, ad infirmorum lectulos, quacumque occasione arrepta, hoc praedicationis genus adhibuit, quo innumeras animas Deo lucrifecit. Bite compererai, se numquam oppidanis aliquid boni redditurum, nisi prius, eos diligendo, ab illis quoque dirigeretur. Sublime pastoris munus maximopere sentiens, in suum gregem aequalia aestimationis et devotionis signa praebuit; suavi còmitate pueris obvius occurrit; eorum animos extemplo sibi cap ta vit atque tenellas mentes doctrinae christianae pabulo aluit.

Arcessitus properabat illico; saepe vero non arcessitum domos ingredientem intuebantur incolae vici, notitias de familiis requirentem et, transitione quadam ingeniose parata, de rebus divinis verba dicentem, omnibus attente devoteque audientibus.

Quo melius sancti Viri zelus polleret, divina Providentia, exinde ab eius parochialis ministerii initio, ingens suppeditaverat auxilium ex parte pientissimae mulieris, cui nomen Comitissa de Ars, quae, etsi divitiis multoque auro affluens, tamen temperatam ducebat vitam inter altioris perfectionis exercitia, non aliter vivens ac in claustro. Huiusce excellentissi-

mae feminae domus refugium pauperum atque nosocomium evaserat, ubi oppidani non solum cibo, sed divini verbi alimento reiiciebantur.

Princeps parochi virtutes Comitissa est admirata et sensit paroeciae de *Ars* inaestimabile donum a caelo fuisse datum. Quare larga caritatis subsidia parocho remittere suescebat, ut inceptum reformationis opus ad exitum feliciter perduceret. Et revera nihil aliud sancti Viri cordi potius erat, quam languescentem, immo demortuam paroeciam renovare, eamque veluti centrum pietatis instituere. Tribus itaque subsidiis, hominum peritiorum exemplo fretus, est usus ad sopitam fidem excitandam. Primum ex Iiis constituit in pietate et obsequio erga Ssmum Sacramentum; ideoque omnem adhibuit curam, ut perpetua adoratio instauraretur, cui cito adfuerunt non solum laudata Comitissa aliaeque devotae mulieres, sed etiam agricolae, qui, instrumentis laboris ad fores templi depositis, vespere accurrebant, Eucharisticum Tabernaculum, flexis genibus, adoraturi. Sic de die in diem succrescebat ovium numerus, et templum, prius desertum et squalens, sensim frequens et assidua fidelium sedes evasit, qui, in pietatis exercitiis a parocho institutis, dulcissimam laboribus requiem inveniebam^ ac solamen.

Aliud sanctificationis subsidium in hoc erat, ut incolas ad frequentiorem usum Sacramentorum adduceret; pauci enim, solemnibus diebus tantum, ad Eucharisticam mensam accedebant, et prorsus ignorabant, cfiviiiam Eucharistiam vitae christianae fundamentum esse omniumque prodigiorum fidei secretum, in quo patuit Apostolorum fides, Martyrum constantia, Virginum castitas. Verbis exprimi nequeunt eius tenerrimae invitationes ad Sacramentum amoris, ut omnes divinae caritatis igne succenderet; quo usus subsidio, plurimos ad perfectionem adduxit.

Tandem censuit, ad alendam pietatem, aliquod sodalitium esse instituendum : pro viris unum, pro feminis alterum. Duasque revera Sodalitates instauravit, videlicet a Sanctissimo Sacramento et a Sacratissimo Rosario, quibus addidit in posterum Confraternitatem Sacri Cordis Iesu, Archiconfraternitatem Beatissimae Virginis a Victoriis nuncupatam et Sodahtium Deiparae sine labe conceptae. Neque heic destitit animi alacritas; nam pro eradiendis puellis scholam aperuit, quae postea in hospitium pauperum puellarum conversa est, adscito nomine *La Providence.* Partim collaticia pecunia, partim aere suo, hospitium hoc erexit, puellarum curam committens Sororibus a Sancto Ioseph.

Tribus hisce usus subsidiis, [Beatus Ioannes Baptista Maria, patientia, caritate et zelo effecit, ut brevi alia evaserit paroecia; siquidem vitiorum loco, virtus; frequentes in templo cives; qui choréis agitandis maxima indulserant voluptate, illico ad modestiorem vitae methodum se retraxe-

runt; qui diem festum profanare fuerant soliti, a servili opere manum abstinuerunt; qui lingua sacrilege usi erant, blasphemias in Deum atque in Sanctos eructantes, digna in caelum cantica extollere coeperunt. Item dicendum de cauponiis tabernis, quarum tres sponte occlusae, quarta rogatu parochi, qui tamen indemnem praestitit cauponem.

Itaque, moribus compositis, admiratione et exemplo paroecia excelluit, et frequentes advenae eam esse, praesertim diebus dominicis et festis, veram felicitatis aedem, laeto animo testabantur. Quamobrem, parochi Ioannis Baptistae Vianney sanctimoniae fama in finitima oppida diffusa est; hinc complures in vicum *Ars* conveniebant, consilia quaerendi causa et animos pio sacerdoti patefaciendi; omnes autem domos suas repetebant laeti, quippe qui in eo consiliarium in dubiis, consolatorem in cruciatibus, medicum in aegritudine invenerant, atque una voce dicebant vicum *Ars*, ohm plane desertum, in christianam oasim mutatum fuisse sub parochi vigilantia sanctaque ductu. Hac tempestate ortum inde habuit admirabilis et constans peregrinatio hominum, cuius numerus, postremo vitae Beati tempore, octoginta circiter convenientium millia attigit.

Honore et cultu aedi paroeciali restitutis, alio dilatata est sancti viri caritas, qui pluribus in locis missiones fundavit, felici successu semper et ingenti animarum proventu. Ad has instituendas nulli pepercit studio, et si quae res aureae vel argenteae sibi dono datae fuissent, eas illico in missiones sublevandas atque in alia caritatis opera impendebat, praesertim pro pauperibus, ad quos erigendos dentes quoque suos ac sacerdotalem tunicam vendidit.

Vix orbis puellis refugii domum aperuerat, cum ex improviso extraordinarii rumores nocturnam parochi quietem et presbyterii silentium turbare coeperunt. Et vir sanctus enarrat eos, perdurante nocte, tempestati» ictibus comparari potuisse, non ab ulla humana causa, sed. a diabolico spiritu promanantes, qui eum diu vexabat et innumeris modis torquebat. Per triginta quinque fere annos oerstitit tam terribifis cruciatus Satanae, quem Dei Servus solummodo signo crucis et divino verbo fugabat. Nec una tantum haec turbationis causa; adde hominum nefariomm contradictiones, minas et censuras, etiam ex parte sacerdotum, illum praepostero zelo exprobrantium. Qua furente vexatus pugna, tranquillo ac hilari animo cunctas sustinuit perpessiones, et quo istae augescebant, eo patientior fiebat Ioannes, quo frequentior dolor, eo mirabilior abnegationis vis.

Suecrescente in dies admirantium multitudine, plurimi accedebant, qui eum deridere ac offendere minime erubescebant; verum, Servi Dei hilarem vultum animique tranquillitatem intuentes atque explorantes, illico fiebant amici. Sacerdotes ipsi, qui multos per annos ei contradixerant, recognitum

errorem abnuentes, ilKmitatam atque perseverantem fidem tanto viro exhibuerunt, clare demonstrantes, hanc esse victoriam ad humilitatem solummodo spectantem.

Quo liberius apostolus in latiore campo spatiaretur, destinatus fuit in paroecia vulgo nuncupata *8alles-les-Beaujolais.* Accepto nuntio, oppidani pro viribus praesto fuerunt, ne amantissimo parocho orbarentur. At ille, iussui parens moderatorum, divinae voluntati adquiescens, illico proficiscitur. Cum vero ad flumen Saonam pervenisset, traiicere prohibitus est, nam mirum in modum ab alveo suo flumen undas in terram proiecerat, et vehementissimi venti undique efnabant; igitur ad pristinam sedem reverti coactus est; quumque moderatores censuissent, hoc divinae voluntatis manifestum esse signum, ne parochus vicum *Ars* relinqueret, eum incolis reddiderunt, a quibus summo animorum gaudio rursus exceptus est.

Per quadraginta fere annos in hoc parochi munere consedit Ioannes Baptista, quem Deus, viventem adhuc, suis charismatibus locupletavit. Et revera occulta cordium, in confessionibus excipiendis, cognovit; mortem cuiusdam absentis mulieris praevidit; plurimos morbis laborantes sanavit; multaque praesagivit, quae eventu non caruerunt.

Cum annum septuagesimum aetatis suae excessisset, debilitate quadam corporis laborare coepit et sensit se ad suprema vocari. Quare, oppidanis quodam die, vespertina hora, in templum arcessitis, sui obitus diem praenuntiavit, gratias ex corde agens de admirabili subsidio ab ipsis pastorali suo ministerio per diuturnos annos praestito. Praedictio confirmata est eventu; etenim, post quattuor morbi dies, Sacramentis receptis, insigni fidei et pietatis sensu, coram innumeris sacerdotibus, qui, Dei consilio, a longinquis etiam dioecesibus ad infirmum invisendum accurrerant, die quarta mensis augusti, glorioso Patriarchae Sancto Dominico sacro, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo nono, Servus Dei Ioannes Baptista Maria Vianney praesentem cum aeterna vitam placide commutavit.

In presbyterii inferiori aula cadavere exposito, undique illud visendi causa concursum est, omnesque, certatim, aliquid auferebant ex iis, quae ad defunctum utcumque pertinuerant.

Vix finitimis paroeciis per lugubre campani aeris signum datum est et per publicas Galliae ephemerides innotuit Dei Servi obitus, novus et maior undique concursus est factus, quo confirmatum fuit, famam Dei Famuli sanctimoniae iam per plurimas orbis terrarum partes peragravisse.

Absolutis exsequiis, quibus praefuit Episcopus Bellicensis et in defuncti parochi laudem commoventissimam habuit orationem, coram trecenis presbyteris et mira frequentia populi undique confluxi, cadaver trasla-

tum fuit ad sacellum Sancto Ioanni Baptistae sacrum, ibique in medio templo sepultum.

Mors Dei Famuli haud impediit, quin sanctitatis opinio creverit et ubique gentium viguerit, innumeris miraculis confirmata, uti ex nonnullis, quae breviter innuimus, constat.

Puer, paralysi ac multis crisibus affectus itemque voce destitutus, inter novendialem precem ab eius matre Dei Servo adhibitam, perfecte eonvaluit et, ob tantum prodigium, pueri pater rehgiosissimus evasit.

Puella novennis, anchylosi in altero e brachiis cruciata, adhibita ipsi bracino corrigea solearum Famuli Dei, septimo die novendiahum precum, integram valetudinem recuperavit.

Catharina Bresson, undecimo aetatis anno, vomitibus, cordis ac nervorum dolore, lapsus causa, tentari coepta, vigesimo autem sexto gravissima intestinorum obstructione, post tredecim menses intolerabilium perpessionum, deglutita particula lapidis e sepulcro Servi Dei, extemplo perfecteque convaluit.

Ob haec et alia huiusmodi caelestia prodigia, intercedente Ioanne Baptista Vianney obtenta, eius Beatificationis et Canonizationis Causa apud Sacrorum Bituum Congregationem suscepta fuit et sanctae memoriae Pius Papa IX, Praedecessor Noster, die tertia octobris, anno millesimo octingentesimo septuagesimo secundo, introductionem huius causae propria manu signavit. Rite expensis singulis probationibus ex processibus Ordinariis et Apostolicis, rec. me. Leo Papa XIII, Praedecessor quoque Noster, die vigesima sexta iulii, anno millesimo octingentesimo nonagésimo sexto, solemniter pronunciavit decretum, quo sanxit, Ven. Dei Famulum Ioannem Baptistam Mariam Vianney heroicis enituisse virtutibus. Die autem vigesima prima ianuarii, anno millesimo nongentesimo secundo, habita est Congregatio *antepraeparatoria* super miraculis, de quibus in duabus aliis disceptationibus actum est, donec, lato suffragio a singulis officialibus et Patribus Consultoribus, sanctae memoriae Pius Papa X, Antecessor Noster, die decima septima aprilis, anno millesimo nongentesimo quarto, solemniter decrevit: *Tuto procedi posse* ad recensendum Dei Famulum inter Beatos caelites. Insequenti anno, scilicet millesimo nongentesimo quinto, die octava ianuam, Beatificationis solemnia, Bellicensium et Francorum omnium votis impletis, in Vaticano Templo celebrata fuere. -

Novem post annos, novis ab omnipotente Deo prodigiis patratis, opitulante semper Beato viro Ioanne Baptista Maria Vianney, die decima tertia maii, anno millesimo nongentesimo decimo quarto, Causae reassumptio Apostolica auctoritate decreta est. Duo inde prodigia Sacrorum Rituum Congregationi prolata sunt ab Apostolica Sede approbanda. Respicit primum quam-

dam Antoniam Bnrricant ex oppido vulgo *Saint-Fourgeuœ,* Bellicensis dioecesis. Mulier ista parentes habuerat optima fruentes valetudine. Decimum septimum aetatis annum agens, ingressa est Congregationem Sororum a Sancto Carolo, in civitate Lugdunensi, et decem post annos professionem emisit, accepto nomine Sororis a Sancto Eugenio. In variis Congregationis domos missa, tandem sistit in domo, cui nomen *Ranno,* culinae praesertim addicta. Hic, anno millesimo nongentesimo quinto, varicibus in laevo crure laborare coepit. Cito ad medici ministerium confugit, at adhibita remedia ad morbum sanandum imparia fuerunt. Quem, in dies ingravescentem, medicus, sententia sua, insanabilem declaravit. Itaque, medicinae artis subsidia frustra experta, aegrota patrocinium Beati Ioannis Baptistae iteratis precibus expostulavit, atque ad eius sepulcrum, duabus comitantibus Sororibus, peregrinata est. In scamno posita super Beati Viri sepulcrum, per integram fere horam preces Deo effudit, firmissima concepta spe, sese, Beati ope, valetudinem recuperaturam. Et ita evenit. Dolores, molestiae, incommoda subito evanuerunt et aegrota surrexit perfecte sanata ab ulcere varicoso in laevo crure. Ex eo die, muneribus suis libere fungi valuit.

Obtigit alterum miraculum cuidam Mecthildi Bougeol, ex oppido vulgo *Villers-la Faye,* in Gallia, quae, inde ab infantia, tenui usa est valetudine et praecipue organis respirationis laboravit. Mense ianuario, anno millesimo nongentesimo sexto, influentiali morbo correpta, paulatim vocem evanescere sensit, quam, quattuor post annos, nondum recuperaverat.

Medicae artis remediis frustra adhibitis, aegrota peregrinata est ad Sanctuaria vulgo *Lourdes* et de *Ars.* In hac secunda peregrinatione, ducta est ad Basilicam, ubi exstant exuviae Beati Ioannis Baptistae Mariae Vianney, ibique diu oravit. Accepto tandem libro, ubi sacri cantus continentur in peregrinationibus recitandi, maxima cum laetitia subito sensit vocem ex gutture suo clarissimam promanare. Et revera sanata erat.

His de miraculis, triplici iuxta morem disceptatione habita, Nos tandem, die prima mensis novembris, anni millesimi nongentesimi vigesimi quarti, solemniter ediximus: « Constare de duobus propositis miraculis, « scilicet, de primo : Instantaneae perfectaeque sanationis Antoniae Burri- « eant ab ulcere varicoso in laevo crure, ac de secundo : Instantaneae «perfectaeque sanationis Mecthildis Bougeol a laryngite chronica tuber- « culari, cum omnimoda vocis amissione ».

Eodem vero anno, die vigesima octava mensis decembris, qua sanctorum Innocentium memoria recolitur, solemniter pronunciavimus: « Tuto « procedi posse ad solemnem Beati Ioannis Baptistae Mariae Vianney « Canonizationem ».

Deinde, Praedecessorum Nostrorum exemplis inhaerentes, die trigesima mensis martii huius Anni Sacri, dilectos filios Nostros S. R. E. Cardinales in *secretum* Consistorium collegimus, in quo venerabilis frater Antonius Vico, Sacrorum Rituum Congregationi Praefectus et Canonizationi huic procurandae Praepositus, Beati Viri gesta singulatim et perspicue exposuit, magnoque omnes studio incendit, ut illius memoria summis honoribus consecrantur.

Paulo post, nempe die secunda mensis aprilis proxime elapsi, *publicum* Consistorium habitum fuit, in quo dilectus filius Albertus Guidi, Nostrae Consistoralis Aulae advocatus, Causam peroravit.

Interea curavimus ut, missis, de mandato Nostro, litteris, catholici orbis Episcopi de tanta solemnitate commonerentur, quo, si facultas esset, sententiam et ipsi prolaturi, Nobis adessent. Ex quibus quum non modo ex vicinioribus, sed etiam ex dissitis regionibus non pauci in Urbem convenissent, ipsi, Causa mature cognita, tum ex illis, quae eo usque gesta fuerant, praesertim in publico Consistorio, tum ex actis Sacrorum Bituum Congregationis, quorum exemplar singulis traditum est, in Consistorio *semipublico*, die vigesima secunda mensis aprilis habito, in eamdem, qua Patres Cardinales, sententiam iverunt. Cuius rei publica instrumenta a dilectis filiis Sedis Apostolicae Notariis confecta, in tabularium Sacrorum Bituum Congregationis relata sunt.

Huic vero solemni Canonizationi celebrandae praefiximus diem trigesimam primam mensis maii, atque interea fideles sumus vehementer cohortari, ut ferventes mgenfinarent preces, in iis praesertim sacris aedibus, in quibus publica Ssrñi Sacramenti indicta esset adoratio, ut et ipsi uberrimum fructum possent ex tanta solemnitate percipere, et Nobis in illa absolvenda Spiritus Paraclitus benignus adesset.

Quum ergo faustissima illa dies advenerit, omnes, quum saecularis, tum regularis cleri ordines, omnes Curiae Bomànae Praesules et Officiales, omnes denique, qui in Urbe aderant, Cardinales, Patriarchae, Primates, Archiepiscopi et Abbates in Vaticanam Basilicam, magnifice exornatam, convenerunt; Nosque, iis omnibus solemni supplicatione praeeuntibus, eandem Basilicam ingressi sumus. Tunc venerabilis frater Antonius Cardinalis Vico, perorante dilecto filio Augusto Milani, Nostrae Consistorialis Aulae advocato, vota Nobis et preces detulit sacrorum Antistitum, ut Beatum Ioannem Baptistam Mariam Vianney, una cum Beato Ioanne Eudes, in Sanctorum numerum referremus. Quod, quum iterum ac tertio, opportunis iuxta morem interpositis precibus, idem Cardinalis per praedictum Advocatum Consistorialem a Nobis postulasset, Nos, implorato prius ferventer Paracliti Spiritus lumine, invocato deinceps Beatae Mariae

Virginis, caelestium Spirituum ac Sanctorum omnium auxilio, tandem, « ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad catholicae fidei incre- «mentum et decus, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Sanctorum « Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione, et Venera- « bilium Fratrum Nostrorum Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinalium, « Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum consilio, Beatum Ioan- « nem Baptistam Mariam Vianney parochum vici *Ars,* Sanctum esse et « in Sanctorum catalogo adscribi » decrevimus. Cui eodem decreto copulavimus Beatum Ioannem Eudes, ipsum quoque virtutibus et gloria miraculorum insignem. Mandavimus etiam memoriam Sancti Ioannis Baptistae Mariae Vianney die nona mensis augusti quotannis celebrandam et in Martyrologium Bomanum referendam.

Gratiis deinde omnipotenti Deo actis, ad aram accessimus incruentum Sacrificium oblaturi, et, post Evangelii lectionem, clerum ac populum homilia allocuti sumus atque hortati, ut omnes, fidei pieni et caritate, novensiles Sanctos sibi et Ecclesiae universae propitios habere mereantur. Denique Apostolicam Benedictionem et plenariam indulgentiam impertiti sumus, atque hasce Decretales sub plumbo Litteras expediri mandavimus.

Nunc igitur, o Christi fideles, oculos vestros in novensiles Sanctos convertite eorumque exemplis roborati, magnopere laetamim. Supercrescat *fides vestra,* abundet *caritas uniuscuiusque vestrum in invicem;*[1] *omnes unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles.*[2]

In primis autem laetentur rerum sacrarum cultores, quibus duos in sacerdotio fratres hoc solemni propitiationis anno in Sanctorum numero relatos celebrare conceditur. Praesertim vero sanctum Ioannem Baptistam Mariam Vianney imitentur sacerdotes illi, qui parochiali munere funguntur. Isti, enim, in novensili Sancto praeclarum habent exemplum pientissimi ac zelantissimi animarum Pastoris, qui, mira diligentia, prudentia et caritate, parochiale officium exercuit.

Omnes denique omnipotentem Deum ex corde precemur, ut semper in Ecclesia suos suscitet sacerdotes, qui, ut ohm Sanctus Ioannes Baptista Maria Vianney, vere sint lueernae ardentes, ex quibus virtutum omnium lumen in christianum populum effundatur.

Omnibus itaque, quae inspicienda erant, perpensis, omnia et singula praemissa, certa scientia et Apostolicae potestatis plenitudine confirmamus,

[1] II *Thess.,* I, 3.

[2] I PETR., III, 8.

roboramus, atque iterum statuimus, decernimus, universaeque Catholicae Ecclesiae denunciamus, mandantes ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen ahcuius Notarii publici subscriptis, et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae hisce Nostris Litteris haberetur, si exhibitae vel ostensae forent.

Nemini ergo liceat has Litteras Nostras definitionis, decreti, mandati, relaxationis ac voluntatis infringere vel eis contraire.

Si quis autem, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum Eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quinto, die trigesima prima mensis maii, Pontificatus Nostri quarto.

£8 Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



£8 Ego CAIETANUS Episcopus Sabinensis Cardinalis DE LAI.

£8 Ego ANTONIUS Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis Vico.

£8 Ego IANUARIUS Episcopus Albanensis Cardinalis GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE.

£8 Ego BASILIUS Episcopus Veliternus Cardinalis POMPILI,

£8 Ego IOANNES Episcopus Tusculanus Cardinalis CAGLIERO.

£8 Ego IOSEPH tituli SS. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis FRANCICANAVA DI BONTIFÉ.

£8 Ego RAPHAEL tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis MERRY DEL VAL.

£8 Ego DESIDERATUS tituli S. Petri ad vincula Presbyter Cardinalis MERCIER.

£g Ego PETRUS tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis GASPAREM, a Secretis Status.

£8 Ego ANTONIUS tituli SS. Marcellini et Petri, Presbyter Cardinalis MENDES BELLO.

83 **Ego GULIELMUS tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis VAN BOSSUM.**

83 **Ego MICHAEL tituh' S. Eustachii Presbyter Cardinalis LEGA.**

83 **Ego AIDANUS tituli S. Mariae in Porticu Presbyter Cardinalis GASQUET.**

83 **Ego fr. ANDREAS tituli SS. Cosmae et Damiani Presbyter Cardinalis FRÜHWIRTH, Maior Poenitentiarius.**

83 **Ego RAPHAEL tituli S. Hieronymi Illyricorum Presbyter Cardinalis SCAPINELLI DI LÉGUIGNO.**

83 **Ego VICTORIUS AMADEUS tituli S. Priscae Presbyter Cardinalis RANUZZI DE BIANCHI.**

83 **Ego DONATUS tituli S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis SBARRETTI.**

83 **Ego ALOISIUS IOSEPH tituli Ssmae Trinitatis in Monte Pincio Presbyter Cardinalis MAURIN.**

83 **Ego FRANCISCUS tituli S. Marcelli Presbyter Cardinalis BAGONESI.**

83 **Ego DIONYSIUS tituli SS. Nerei et Achillei Presbyter Cardinalis DOUGHERTY.**

83 **Ego FRANCISCUS tituli S. Sabinae Presbyter Cardinalis VIDAL Y BARRAQUER.**

83 **Ego IOANNES tituh S. Mariae Transtyberim Presbyter Cardinalis TACCI.**

83 **Ego IOANNES tituh S. Susannae Presbyter Cardinalis BONZANO.**

83 **Ego ALEXIUS tituh S. Mariae de Victoria Presbyter Cardinalis CHAROST.**

83 **Ego CAIETANUS Sanctae Agathae Protodiaconus Cardinalis BISLETI.**

83 **Ego LuDOVicus S. Mariae in Viajata Diaconus Cardinalis BILLOT.**

83 **Ego CAMILLUS S. Mariae Scalaris Diaconus Cardinalis LAURENTI.**

83 **Ego IOSEPH S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis MORI.**

83 **Ego FRANCISCUS S. Caesarii in Palatio Diaconus Cardinalis EHRLE.**

83 **Ego ALOISIUS S. Georgii ad Velabrum Diaconus Cardinalis SINCERO.**

83 **Ego EVARISTUS S. Adriani Diaconus Cardinalis LUCIDI.**

83 **Ego AURELIUS S. Angeli in Foro Piscario Diaconus Cardinalis GALLI.**

O. CARD. CAGIANO
S. B. E. Cancellarius.

© A. CARD. VICO
Ep. Portuen. et 8. Bufinae, S. B. C. Praefectus.

Ioseph Wilpert, *Decanus Coll. Proton. Apostolicorum.*
Ioannes Zani-Caprelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £8 Plumbi.

Beg. in Cane. vol. XXXI, n. 18.

II

BEATUS IOANNES EUDES, MISSIONARIUS APOSTOLICUS ET INSTITUTOR CONGREGATIONIS IESU ET MARIAE ATQUE ORDINIS DOMINAE NOSTRAE A CARITATE, SANCTORUM CONFESSORUM ALBO ADSCRIBITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Hoc sacro anno, singulorum civitatumque perfectioni dicato, omnipotens et pientissimus Dominus nonnullos Servos Suos, etiam in terris,' gloria extollere voluit et Ecclesiae militanti novos donare intercessores in. nostris necessitatibus invocandos.

Admiremur itaque Eius consilium quare hisce diebus ad suprema altarium fastigia sex Dei Famuli evecti sunt, pluresque Beati declarantur, aliqui post longum temporis spatium a terrestri discessu, alii vero qui recenter hanc terram reliquerunt, ita ut huic gloriae largitioni non pauci adsint qui eos, dum erant in vita, cognoverunt, et eorum virtutes aestimare potuerunt.

Vos, Christi fideles, in Urbe commorantes, vel ad hanc alteram catholicarum gentium patriam peregrinantes, suspicite gloriam horum Confessorum et Martyrum, qui aeternam salutem consequuti sunt per sublimium virtutum exercitium, iuxta proprium statum peractum, et laudate mirabilia Dei, qui gloriatur in Sanctis suis et honorate Servos eius. Nosque laetamur ac bona erigimur spe fore ut grex Nobis commissus, patrocinio horum Sanctorum et Beatorum, gratias ad vitam aeternam consequendam obtineat et in praesentibus circumstantiis necessarias. Nunc autem, iuxta laudabilem Ecclesiae morem, Ioannis Eudes gesta proponimus, ut eorum memoria infirma corda ad imitationem provocet debilitatem nostram confirmando atque exemplum eius mentes trepidantes reficiat et ad caritatem et devotionem excitet.

Anno millesimo sexcentésimo primo reparatae salutis, die decimaquarta mensis novembris, in pago vulgo *Ri* nuncupato, Sagiensis dioecesis, ortum habuit Ioannes Eudes e piis honestisque parentibus Isaac et Martha Corbin, qui, ut filium haberent, sacram peregrinationem susceperant ad sanctuarium Nostrae Dominae *de la Recouvrance* votumque perfecerant eum Deo devovendi. Voti compotes natum puerum protinus lustralibus aquis regenerandum curarunt, indito ei nomine Ioanni. Illico, parentum

pietatis exemplo, puer mirum in modum floruit, plurima documenta virtutum suis aequalibus praebens.

Testes narrarunt, parentes maxima anxietate turbatos ob eius diuturnam absentiam, illum adhuc puerascentem, invenisse ad postieam templi columnam in divina abreptum. Et similiter retulerunt, Ioannem, adhuc novennem, recepta alapa a quodam Desdignières, suo coaequali, in genua ante illum procubuisse alteramque praebuisse genam, Evangelii consilia sequutum. Reus, de hoc stupens, publice factum diffudit, quod omnium animos ingenti admiratione replevit.

A primae aetatis flore, singulari obsequio prosequutus est parentes, qui sacerdoti Iacobo Blanette eum commiserunt ut rudimenta christianae catechesis edisceret. Cum autem multa virtutum exempla et praecocem orandi habitum exhibuisset, duodecim annos natus, Ioannes, die Pentecostes anni millesimi sexcentesimi decimi tertii, ad sacram Synaxim accessit atque ineffabiles animi delicias expertus est cum primum divinae carnis alimento fuit satiatus. Ut huius caelestis panis, infirma pectora corroborantis ac maturantis in iis virginitatis florem, frequentior sibi esset usus, contra concivium segnitiem, tantum semel per annum ad Eucharistiae Sacramentum accedentium, Ioannes veniam obtinuit, ut singulis mensibus divino cibo vesceretur. Quare pietas, fides, amor, tam huiusce salutaris alimenti frequentiore usu, quam caelestium dulcedinum copia, quibus eum cumulare Deus non dedignabatur, mirum in modum enituerunt, adeo ut, nondum adolescens, Ioannes tali divinae caritatis ardore incensus, perpetuo castitatis voto se Deo obstrinxerit.

Mense octobri anni millesimi sexcentesimi decimi quinti, vix grammaticae elementa edoctus, in Cadomensi Collegio est exceptus, cuius erant Moderatores Patres e Societate Iesu: ubi ingenii praestantia, singularique cito emicuit pietate et, nomine «devoti» nuncupatus, velut exemplar propositus fuit condiscipulis, quorum numerus tercentum et ultra erat.

Adolescentuli pietas praecipue in Deiparam est effusa, quam ipse Reginam, Patronam ac Sponsam dicebat, cuius in digito olim anulum posuerat, foederis conventum subscribens et sanguine suo signans. Collegii Rector de singulari eius agendi ratione non tantum in litteris, verum potissimum in pietate, optimum testimonium praebuit.

Feliciter absoluto philosophiae curriculo, parentes, licet pietate insignes, cupiebant Ioannem adolescentulam ducere divitiis virtutibusque pollentem, sperabantque se praevalituros consilio fllioli, cui ecclesiasticum statum suscipere valde cordi erat. At eorum spes in irritum cecidit, quia Ioannes, voto castitatis iam adstrictus, absque mora matrimonium respuit; immo parentes in memoriam revocantes promissionem factam in sanctuario

Nostrae Dominae *de la Reeouvrance* ante filioli nativitatem, ipsi eum hortati sunt ut illam viam sequeretur, quam Dei consilium praesignaverat.

Paternam domum repetens, anno millesimos excentesimo vigesimo, Ioannes tonsuram et minores Ordines a suo Episcopo Camus de Pontcarré accepit et, quo firmiori fulcimini inniteretur pro animi sustinendis viribus, quod domi haud facile sibi erat, rursus patrem adversum habens, rursusque assentientem, consilia confessarii sequutus, Congregationem Oratorii Parisiensis institutam a pientissimo Patre De Bérulle, non multo post inter S. R. E. Cardinales adlecto, adivit. In adolescente clerico ille quam citissime agnovit unum ex iis, quos Providentia Dei ad collapsum sacerdotale ministerium instaurandum compellat. Clericus, nondum diaconatus Ordine donatus, studiis alacri animo incubuit, quibus adeo profecit, ut sibi praedicationis munus concreditum fuerit, quod summa cum laude tractavit, quamvis nondum in sacris renuntiatus.

Ab Evangelii praeconis officio uberrimi fructus in animarum salutem promanantes, Patris de Bérulle flagrantiorem in Ioannem amorem legitimum demonstrarunt, cui, absque invidiae umbreculis, omnes Congregationis sodales sese consociarunt.

Exeunte anno millesimo sexcentésimo vigesimo quinto, singulari animi ardore, Ioannes, viginti quatuor annos agens, sacerdotio auctus, primam Deo hostiam litavit et ab eodem Patre De Bérulle concessum est ut citius ipse in catholica vinea locupletiorem messem metiretur.

Aliter autem Dei consilio statutum fuerat; nam novensilis sacerdos, iam molesto morbo laborans, ob asperum vitae genus susceptum, coactus est Parisiis discedere, ut in solitario loco, vulgo *AubervilUers,* malefirmam valetudinem reficere valeret. Paullatim in solitudine convaluit et non multo post a suo moderatore arcessitus fuit ad praestantiores verbi Dei praecones auscultandos. Domum in via vulgo S. Honorati positam reversus, Ioannes studio, pietati et apostolico ministerio operam dare coeperat, cum ex improviso a patre suo epistolam recepit nuntiantem in natali loco plurimas victimas pestem in diem vehementius dimetiri, ideoque filii caritatem necessariam prorsus esse in tanto discrimine. Infausto nuntio recepto, habita praesidum venia, Ioannes absque mora properavit totumque se exhibuit concivibus asiatica lue perculsis. Una simul cum pientissimo sacerdote, qui sibi hospitalitatem ardenti animo praebuerat, quam alii negaverant, per plures menses adlaboravit, non modo corpora pestifero morbo infecta, verum etiam animos moerore cruciatos, summa cum caritate reficiens.

Idem auxilium praestitit plurimis locis luetico morbo etiam vexatis, nulli labori indulgens, omnes fere horas somno subducens, ut afflictis sola-

tium praeberet, timentes corroboraret, cunctos hortando ad Mariae Virginis opem implorandam, quam praesentissimam Argentonii cives experti, a saevissimo flagello servati sunt.

Anno millesimo sexcentésimo trigesimo primo, vehementiori impetu irruit asiatica lues in civitatem Cadomensem; omnium animos timor anxius angit eunctique fugitant ne in morbum incidant. Ioannes accurrit quo frequentiores degunt infecti morbo, huc illuc se confert Sacramentorum subsidia ministrans: et ne confratribus suis pestilentiae semen communicet, vespere, viribus fractus, degit in ligneo dolio, in quodam prato posito, cui nomen inditum est « pratum Sancti ».

Brevi autem morbus Oratorii sedem quoque invasit et Ioannes in fratrum auxilium se pro viribus dedit, pro nihilo vitam ducens, ac tantos perpessus labores in gravissimum incidit morbum ac in eo fuit ut supremum obiret diem. At filiarum a S. Teresia et monialium a S. Benedicto assiduis precibus, ieiuniisque pro illius valetudine peractis, sospes Ioannes evasit, novoque ardore apostolicum munus suscepit, intuens populum rudi ignorantia pravisque moribus fuisse imbutum ob Iansenisticae doctrinae pericula, quae ne clerus quidem effugere potuerat.

Diuturnis propterea assiduisque precibus sua studia fecundans, a Deo petiit ut pro salute animarum comparanda, erroribusque terendis doctus ac sollers missionarius fieret; hoc statim obtinuit, et eius alacritas in reducendo errantes ad bonam frugem, zelo Francisci Salesii et Vincentii Ferreri merito comparari potuit. Anno millesimo sexcentésimo trigesimo secundo cum sociis Oratorianis missiones in Normandia aggreditur uberrimosque fructus ex iis laeto animo colligit. Nemo Ioannem concionantem audire poterat, quin ad lacrimas moveretur, atque ex ambone descendentem confertissima hominum multitudo illum confessarium requirebat ut lucem mentibus praestaret animisque solatium afferret: eius prudentia atque suavitas in sacro tribunali explebant quod in concionibus eloquentiae vi inceptum fuerat.

Ita feliciter hisce primis missionibus peractis, duos post annos, quibus maiore alacritate studiis incubuit, plaudente Patre Condren, novo Congregationis Moderatore, ab Archiepiscopo Bothomagensi Ioanni commissum fuit, ut per totam Normandiam sacras missiones perageret, sociis sibi opportune adscitis. Quapropter inter divinae legis nuncios saeculi prodigrani est habitus, non solum a Patre Ober, Societatis Sancti Sulpitii Instituere, verum etiam a Galliarum Regina et a Revmo Domino Bossuet, viro doctrina praestantissimo.

Quamvis plurimas iam enumeraret victorias in erroribus Calvinistarum atterendis, quorum nonnulli ad catholicae Ecclesiae sinum reducti fuere,

attamen Ioannes maximo affectus est dolore cum animadvertisset missionum fructus minime diuturnos exstare, ex eo quod a supremis Moderatoribus iuvenes obtineri minime possent Ecclesiae devovendi. Quare sensit nihil inceptum opus profuturum, nisi instituerentur Seminaria ad, cleri bonum et incrementum; et experientia edoctus ad hoc iam non respondere Oratorianam Congregationem uti Fundator De Bérulle in votis habuerat, lumine a Deo implorato, tametsi aegro animo, ex eadem Congregatione egredi statuit. Hinc inter confratres exortae sunt discordiae et haud facile fuit ad obedientiam revocare quosdam socios, qui, dum egressum Ioannis amare deflebant, eum tamen adversarium timebant. In tanto discrimine alacrem operam ipse Ioannes dedit ad concordiam referendam inter Oratorianos, at eius reconciliationis conatus nullum effectum sortiti sunt.

Egressus igitur ex Oratorii Congregatione, quinque cum sacerdotibus sociatus, ad vetustissimum sanctuarium Nostrae Dominae *de la Délivrance* nuncupatum se contulit, Iesum et Mariam enixe rogans, ut instituendae Societatis anima, exemplum ac regula exstarent. Ad hoc opus assequendum, praesidem ac altorem habuit Episcopum Baiocensem; sed in hoc negotio plurimas, permittente Deo, afflictiones passus est, praesertim illam iniquam incusationem, qua arguebatur ingentem pecuniae summam ab Oratorio abripuisse pro sua instituenda Congregatione. Incusatio prorsus falsa exstitit; cito enim compertum fuit, pecuniam partim a Ducissa de Aiguillon ei fuisse ministratam, partim autem a familia de Bepichon solummodo promissam, hoc tantummodo consilio, ut novo operi praecipue consuleretur.

Ita die vigesima quinta mensis martii anni millesimi sexcentesimi quadragesimi tertii, initium habuit Presbyterorum saecularium Societas, cui nomen inditum « Congregatio Iesu et Mariae », et illico in civitate Cadomensi primum Seminarium apertum fuit, quod, insequenti anno, una cum praedicta Societate, rite Episcopus Baiocensis confirmavit. Complures autem Episcopi, qui animadverterant illud Seminarium, ex praescripto Concilii Tridentini erectum, cleri doctrinae ac pietati abunde consulere, nulla interposita mora, a Ioanne Eudes efflagitarunt, ut alia Seminaria suis in dioecesibus conderet. Ita, inter alia, erecta fuerunt in civitatibus vulgo *Coutances, Lisieux, Rouen, JBvreux, Rennes.*

In hisce multiplicandis fundationibus Ioannes magis exemplo, quam verbis in tironum animo spiritum pietatis, modestiae, paupertatis, zeli, obedientiae et caritatis ingessit. Ad novas autem exarandas regulas lumen a Deo petiit, ut sibi patefieret quae principia, qui usus in dandis Constitutionibus essent adoptanda.

Anno millesimo sexcentésimo quadragesimo quinto, amicorum consilia sequutus, pro nova Congregatione nonnulla Statuta et Constitutionum compendium latine redegit, in quibus, post definitivam formam, anno millesimo sexcentésimo quinquagesimo quarto acceptam, perspicuus enitet sapientiae spiritus, consiliorum venustas, animorum ductus sanctimoniam versus.

Duplicem in instituenda Congregatione sibi finem Ioannes proposuerat, primum nempe ut pietate insignes ac doctrina pollentes operarios Ecclesiae Dei, ac praesertim in sua natali provincia, suppeditaret, qui apostolico ministerio collapsos gallici cleri mores restituèrent; alterum ut subsidio missionum et Sacramentorum usu intermortuam plebis fidem excitaret. Auxiliante Deo, utramque metam, nulli parcens curae in diuturno vitae curriculo, Ioannes contingere valuit, praesertim in missionum exercitio, quibus alacri animo cum suis incubuit, dum sibi dictitare solebat: « Me miserum, nisi evangelizavero gentes, nisi errantes ad Deum reduxero!». Divini Magistri vestigia sequens, per civitates et oppida iter aggressus, ubique regnum Dei nuntiabat. Missiones missionibus succedebant, quin ipse diu concionatus viribus deficeret, quin eum audientes fastidirent. Templis turba confertis, eloquentiae vi, voce ac gestu cuncti in eum rapiebantur, veluti angelum e caelis missum audientes.

Haud raro factum est ut festivis diebus apostolum audiendi causa, plura millia hominum in templo numerarentur ; nec tempestatis rigor, nec itinerum difficultas ac defatigatio gentis ardorem coërcebant, quae tantum ad Dei virum accedere cupiebat. Per integras fere hebdomadas perdurante concursu, tandem ad sacrum poenitentiae tribunal omnes adventabant et maximis pietatis signis Angelorum cibo reiiciebantur. Nec minor in pueros solhcitudo, cuiuscumque status vel conditionis exstarent, quos christianae doctrinae rudimenta egregie edoctos, ad primam sacram Synaxim suscipiendam, maximo cum rigore et amore, Ioannes excipere satagebat, solemnes celebrando ritus, ut in parentum puerorumque mente constantem facti memoriam imprimeret.

Inter innumeras missiones celebratas illam praecipue volumus memorare in loco vulgo *Autun,* anno millesimo sexcentésimo quadragesimo octavo habitam, maxima cum populi frequentia, ubi complures adolescentes, iamdiu constituta quadam societate sub titulo *Valentins,* turpi temulentia laborantes, carnisprivii tempore, per vias in furias rabiemque in Dei Famulum ac sacras missiones ruebant. Animum suum non abiecit Ioannes, tantaque oris dulcedine et cordis caritate ad illos sermonem habuit, ut maleficae societatis duces subito patrata crimina respuerint, pollicentes ¡ses~e pravae vitae rationi Satanaeque tentaminibus absque mora abrenun-

tiaturos. Eodemque die, peregrinando, Ioannem sequuntur in locum suis sceleribus temeratum et, effusis lacrimis, Eucharistico cibo vescuntur ardentis pietatis signis, publicamque emendationem peragunt.

Similiter, anno millesimo sexcentésimo sexagesimo, Parisiis ad S. Germani vulgo *des Près,* nullo timore arreptus Ioannes Annam Austriae Reginam coram populo alloquitur eique apertis verbis imperantium officia in mentem revocat et in Dei nomine illam obsecrat, ut subditorum sortibus potissimum consulat eorumque cruciatus imminuat, ac tandem demisse precatur ut ipsa in Regis animum erga Ecclesiam ac Religionem officiorum sensus iniiciat, cum de aeterna salute peragatur. Minhne hisce verbis Regina turbatur, immo sui grati animi sensus Ioanni pandit, et ad áulicos conversa: « En - inquit - vera concionandi scientia: qui enim nobis « blanda loquuntur nobis procerto moliantur insidias ».

Ex hoc, nomen et auctoritas missionarii iam celebris magnopere penes omnes aucta sunt, eo magis, quia Deus miraculis eius conciones illustravit. Sic, anno millesimo sexcentésimo quadragesimo tertio, in loco vulgo *V otognes* sub diu sermocinante Ioanne, extemplo dira tempestas exorta est: auditores, maximo terrore deprehensi, huc illuc proripiebant, ad periculum effugiendum. Verum orator gestu voceque confirmat nullum prorsus damnum eos perpessuros, uti revera accidit, nam per vias proximosque agros tantummodo exundante aqua, minime auditores immadescunt et eloquentem Dei viri sermonem obstupescentes audiunt.

Alibi, die secunda mensis iulii anni millesimi sexcentesimi septuagesimi tertii, habita oratione Virginem Mariam celebrante, de castitatis virtute loqui coepit, et subito terribilis in templo rumor, uti e fulgure manans, est auditus, tametsi caelum rutilaret. Hinc clamores inter auditores, querelae, deprecationes: alii flexis genibus misericordiam a Deo expostulabant, alii ad Confessarii pedes procumbebant rogantes enixe peccatorum absolutionem. Sistit tandem rumor, abscondita permanente causa; verum ab omnibus compertum est, Deum obdurata corda hoc prodigio exagitasse, ut missionis beneficia reciperent.

In suis apostolicis missionibus explendis Ioannes Eudes saepe in plurimas ex illis feminis offenderai, quibus nefariorum nequitia abutitur, quasque vitiorum praedam relinquit. Nonnullis opem aliquando suppeditaverat, sed cito sentiens, ob inopiam et nullam spem, eas in nova discrimina prolapsuras, miseratione motus, consentaneum refugium eis ministrare sategit. Quare, suadente Magdalena Lamy, minime divitiis sed praeclaris animi dotibus pollenti femina, et plurimis familiis auxilia suppeditantibus, anno millesimo sexcentésimo quadragesimo primo Cadomi domum locavit, in qua, approbante Episcopo, sub piarum saeculi personaran! ductu, supra-

dictas poenitentes collegit, pro quibus tutandis clausuram instituit. Decem elapsis annis, nova approbatione a novo Ordinario Baiocensi difficulter obtenta, piae moderatrices ad nuncupanda tria consueta religionis vota admissae fuerunt, quibus autem additum fuit quartum, idest malas feminas ad vitae rationem reducere, et sic ortum habuit, sub titulo Dominae Nostrae a Caritate, Congregatio, quam rec. mem. Alexander VII, Praedecessor Noster, anno millesimo sexcentésimo sexagesimo sexto, in Ordinem religiosum evexit. Successu temporis novus Ordo alia monasteria fundavit et experientia deponit, uberrimos fructus ab eis posthac promanasse, praesertim opera Venerabilis Dei Famulae Mariae a S. Buphrasia Pelletier, quae sub Pontificatu fel. rec. Gregorii XVI, Praedecessoris quoque Nostri, generalatum addidit in Andegavensi monasterio, cuius Antistita erat, nonnullis quoad primam Instituti constitutionem mutationibus peractis, integre vero Ioannis Eudes regulis asservatis. Hoc pacto, ineffabili Dei bonitate, animarum saluti semper intenta, cito feliciterque propagata est ubique terrarum familia Dominae Nostrae a Caritate, addito, pro Andegavensi generalatu, titulo a Bono Pastore. Qua in re illud placet commemorare, quod Nos, anno elapso, solemniter declaravimus virtutes eiusdem Dei Famulae Mariae a S. Euphrasia Pelletier heroicum gradum attigisse.

Quam maxime spirituali fidelium emolumento prospiciens, Ioannes Eudes aliam Societatem instituit, quae et modo viget, cui titulus ab admirabili Corde Matris Dei. Item plurimis in locis institutae sunt ab ipso Confraternitates SS. Cordium, quas rec. me. Clemens X, Praedecessor etiam Noster, indulgentiis ditavit. Insuper alia multa pietatis et caritatis opera condidit: Instituta enim presbyterorum saecularium societate, seu Congregatione Iesu et Mariae, eidem mentem suam aperuit ut quotannis duplex festum eorumdem Sacrorum Cordium solemniter celebraretur. Ad hoc scripsit Officium et Missam in honorem Sancti Cordis Matris Dei, et die octava februarii anni millesimi sexcentesimi quadragesimi octavi, perdurante sacra missione, in ecclesia cathedrali Augustodunensi, approbante Episcopo, Ioannes primitus hoc Sacrum peregit. In conscribendo autem praefato Officio, laudes non tantum Cordis Mariae Virginis, verum etiam Sacratissimi Cordis Iesu prosequutus est, adeo ut huiusmodi festum in honorem utriusque Cordis potius appellari posset: quod Augustodunensis Episcopus in sua dioecesi illico introduxit, et plures Galliarum Antistites laeto animo eius exemplum sequuti sunt, ipso Cardinali de Vendôme, legato a latere fel. rec. Clementis Papa IX, Praedecessoris quoque Nostri, sua auctoritate hanc devotionem approbante. Ioannis studium in haec Sacratissima Corda supremum gradum attigit quum, anno millesimo sex-

centesimo septuagésimo, post peractam missionem in Rhedonensi civitate ibique conditum Seminarium, in eadem domo festum Sacratissimi Cordis Iesu primum peragere potuit, non sine Episcopi dioecesani approbatione, cui quamplurimi Antistites libentissime adhaeserunt; signanter vero biennio post pius legifer iussit ut in singulis Congregationis suae domibus nuper memoratum festum etiam tanquam patronale celebraretur. Pius autem Papa IX, rec. me. Praedecessor Noster, utrique festo, in Eudiana familia celebrato, suam sanctionem adiecit, diesque commemorátionis recognovit, scilicet diem octavam februarii pro festo Sanctissimi Cordis Mariae, diemque vigesimam octobris pro memoria divinissimi Cordis Iesu. Haec sancti Viri agendi ratio in huiusmodi cultu propagando, implacabile Iansenistarum odium excitavit, quo plurimas afflictationes ipse est perpessus^ quas invicto animo pro Dei amore animarumque salute toleravit.

Diuturnis assiduisque laboribus oppressus Ioannes vires suas in dies deficere sensit et, longo temporis intervallo effusione sanguinis cruciatus, tali corporis debilitate laboravit, ut vix alioqui potuerit. Itaque, anno millesimo sexcentésimo septuagesimo octavo, succrescentibus morbis, auxiliarium sibi consolandum statuit; at, nullam spem restaurandae valetudinis adeptus, moderatoris munere se abdicans, successorem eligi, iussit. Quare in urbe Cadomensi, die vigesima sexta iunii anni millesimi sexcentesimi octogesimi, coetu habito, Rector Congregationis Iesu et Mariae renuntiatus est R. P. Blonet de Camilly, unus ex Ioannis filiis amatissimus: quo vixdum electo, Ioannes ad eius pedes provolutus, benedictionem efflagitans, se ultimum Societatis fratrem sociumque praebuit. Tale humilitatis exemplum admirationem piasque lacrimas adstantium excitavit. Solutus itaque a regimine Congregationis, nihil aliud in animo habuit pius Fundator quam fidei atque caritatis sensibus in Deum spiritum exhalare. Eodemque modo, quo suis exercitia spiritualia praescripserat, ut se ad supremae horae transitum pararent, ipse illis est usus, suumque testamentum revisens, ratum denique habuit. Ultimo laeta salutis verba Filiabus a Nostra Domina Caritatis attulit atque eis benedixit. Febri postea cruciatus ardentissima, aliisque malis oppressus, in Cadomensi domo, lecto diu decubuit, signa mirabilis patientiae ac sanctitatis exhibens. Instanter extrema Ecclesiae subsidia petens, uti sacerdotem advenientem est intuitus, e lecto surrexit, etsi maxima virium debilitate laboraret, et humi procumbens, ante Sacratissimum Sacramentum plurimos caritatis ac humilitatis actus expressit, veniam a suis confratribus exposcens, eos ad perfectam Regularum observantiam hortatus. Angelorum pane refectus, rursus in lectulo positus, Extrema Unctione est. confirmatus, postquam de aeternitate sancteque caeli deliciis sermonem ad perdolentes filios habuisset.

Tandem nomina Iesu et Mariae invocans, ad pacem confratres hortatus, Dei Famulus expiravit die undevicesima augusti anni millesimi sexcentesimi octogesimi, undeoctogesimum aetatis annum peragens.

Obitus nuntio dato, eximiae attestationes affectus habitae fuere ex parte Episcoporum, cleri, Patrum Societatis Iesu et frequentissimi populi. Illico repertum fuit testamentum, Parisiis die vigesima quarta aprilis anni millesimi sexcentesimi septuagesimi primi exaratum, a quo sui animi sensus patefacti sunt erga suam Congregationem aliasque spirituales familias. Famuli Dei corpus sepultum fuit in choro ecclesiae Cadomensis Seminarii, sed post gallicae subversionis finem, ingenti populi concursu, anno millesimo octingentesimo decimo, in ecclesiam Beatae Mariae Virginis translatum; in lapide sepulcri postrema epitaphii verba legebantur: « Pie vixit, sancte obiit ». Quae sanctitatis opinio, numquam intercisa est, sed immo in dies percrebuit.

Anno autem millesimo octingentesimo septuagesimo quarto, die vigesima sexta februarii, progrediente sanctitatis et miraculorum fama, Causae Venerabilis Servi Dei Ioannes Eudes Commissionem sua manu signavit sanctae memoriae Pius Papa IX, Praedecessor etiam Noster, instantibus universae Galliae Episcopis et clero, una cum Iesu et Mariae Congregatione. Processibus rite perfectis et omnibus ad iuris normam servatis, quater de eius virtutibus disceptatum est, et tandem de earum gradu heroico sententia prolata est. Die sexta mensis ianuarii anni millesimi nongentesimi tertii, Summus Pontifex Leo XIII, felicis recordationis Praedecessor quoque Noster, antequam suam mentem aperiret, haec suis nobilissimis verbis significaverat: « Quum agitur de Ioanne Eudes, agi- «tur de praeclarissime viro qui non solum vitae sanctimonia ad exem- « pium eluxit, verum etiam sollerti animarum salutis studio et praesertim « per sodalitatem ab eo institutam late hominibus et ad perennitatem pro- « fuit ».

Interim aliis prodigiis confirmata tanti Viri sanctitatis fama, de hisce est disceptatum, an ei Beatorum Caelitum honores essent exhibendi. Primum perpensa fuit mirabilis sanatio Sororis Augustinae Chassé, ex Instituto Dominae Nostrae a Caritate, in Bhedonensi monasterio, cancro in stomacho laborantis, quae ante sacram Beliquiam et statuam Servi Dei fervide exorans, nono deprecationum die, integram perfectamque valetudinem recuperavit. Alterum prodigium in eodem coenobio evenit, ubi soror Lucia filia poenitens, ope invocata Venerabilis Ioannis Eudes, septimo supplicationum die, expers a multiplici paralysi ex organica laesione cerebro-spinali illico evasit. Tertium denique contigit adolescenti Ludovico Bourdon, anno millesimo octingentesimo octogesimo tertio, quo ipse, oculorum lumine

prorsus amisso, patrocinium Famuli Dei implorans per novendiales preces, instantaneam perfectamque sanationem, supplicationibus vix absolutis, est adeptus.

De bisce tribus miraculis, diligenti inquisitione instituta et omnibus ad iuris normam persolutis, coram S. R. E. Cardmalibus Seraphino Cretoni, Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, et Dominico Ferrata, Causae Relatore, una cum eiusdem Congregationis Officialibus, Pius X,: sanctae memoriae Praedecessor similiter Noster, solemni decreto sancivit: « Confutare de tribus propositis miraculis »; quod decretum evulgatum est die tertia mensis maii anni millesimi nongentesimi octavi. Tandemque die dominica tertia Adventus eiusdem anni publici iuris factum est Decretum: « Tuto procedi posse ad solemnem Servi Dei Ioannis Eudes Beatificationem», cuius solemnia in Patriarchali Basilica Vaticana, coram innumeris fidelibus, etiam a longinquis regionibus continentibus, die vigesima quinta aprilis sequentis anni celebrata sunt.

Post indultam Beato Ioanni Eudes venerationem, novis prodigiis eum Omnipotens illustrare dignatus est. Duo ex hisce ab actore solertissimo causae R. P. Gabriele Mallet selecta fuere et proposita ad optatissimam Ioannis Canonizationem citius comparandam. Die itaque vigesima octava iulii anni millesimi nongentesimi vigesimi secundi, omnibus perpensis, Sacrorum Rituum Congregationis sententiam de signanda Commissione reassumptionis Causae Nos' confirmavimus.

Primum."de propositis miraculis contigit Sorori Ioannae Beatrici Londoño, e Congregatione Sororum Caritatis a Praesentatione B. M. V. de *Tours,* commorant! in dioecesi Manizalensi in Indiis. Beligionem ingressa anno millesimo nongentesimo nono, bona usa est valetudine. Quatuor post annos, ob quemdam casum, quem Antistitae suae occidere studuit, male se habere coepit, et, iuxta medicorum sententiam, gastralgia affecta iudicata est. Succrescentibus incommodis et doloribus, tam in capite, quam in stomacho et in renibus, Ioanna, ad extrema reducta, Ecclesiae Sacramentis roborata fuit. Sed, non multo post, imminuta morbi gravitate, uti remedium, clima temperatum consultum fuit in urbe Carthaginensi in Indiis, ubi per aliquod temporis spatium Soror bene se habuit. Sensim vero morbus in peius ruit, variis supervenientibus malis, quae nullo medicae artis remedio expulsa sunt. Gravissimo diabete mellito cum aliis complicationibus renalibus, nephrytide, forunculosi et abseessu affectam medici declararunt Sororem, eorumque iudicium concors fuit quoad morbi insanabilitatem, cum adhibita remedia evaserint inutilia. Tunc infirma divinam opem imploravit et, cuiusdam Patris Eudistae consilia sequuta, novendiales preces una cum Communitate Beato Ioanni Eudes persolvit, cuius reliquiam sibi appHcuit. Postremo harum supplicationum die, Sororibus

medicisque valde mirantibus, statim ac perfecte sana facta est. Quae prodigiosa sanatio ad praesens adhuc, peritorum testimonio, perseverat.

Alterum ex his miraculis obtinuit Bonaventura Bomero,'' e loco vulgo *Guarea,* in Columbia, degens penes Patres Eudistas, in Seminario oppidi Sancti Petri Antioquiensis dioecesis, in quo officia sua praestabat. Hora vespertina quasi nona diei undecimae iulii anni millesimi nongentesimi decimi sexti, quidam ignotus Patres monuit e Seminarii stabulo equum surreptum fuisse. Elico statutum fuit furem insectari et, invitis Patribus, insectationis particeps Bonaventura esse voluit, quamvis digito laboraret, ob morsum a sue acceptum. Celeriter cum socio equitans, cito in eo fuit, ut fugientem furem deprehenderet, at improviso Bonaventurae equus ad humum offendit pedes et una cum equite decidit. Ipse, quamvis graviter vulneratus, statim equum ascendit, furem insequitur, qui ex tanta audacia obstupescens equum a se sublatum omnino deserit, fugam arripiens. Bonaventura, media nocte, redux in Seminarium, equum reportans, semimortuus procumbit humi. Exinde doloribus in stomacho et in capite correptus, non multo post ad extrema reducitur. Mane arcessitus medicus, et ob locorum distantiam vespertinis horis adveniens, illum traumatica peritonite et cranii fractura affectum declarat. Tunc, morti proximus, rehgiosissimus vir extrema Unctione roboratur. Nihil humanis remediis profitentibus, nullaque recuperandae valetudinis spe exstante, a Seminarii Moderatoribus et alumnis Beati Ioannis Eudes reliquia infirmo applieita, novendiales preces illico indicuntur. Ad mediam fere noctem, Bonaventura statim evanescere sensit omnia gravissimi morbi indicia et ex improviso sanus e lecto surrexit, maxima adstantium admiratione, qui sanationem prodigiosam conclamarunt, postea a medicis peritis perfectam atque perseverantem declaratam.

Instituta est de more super his duabus sanationibus quaestio a Sacrorum Bituum Congregatione, quae, praemissis suetis disceptationibus, suum sortita fuit exitum in generali Congregatione coram Nobis habita die vigesima mensis ianuarii Currentis anni sacri. Lumen a Patre luminum interim impetraturi Nostram sententiam edicere distulimus et postea Dominicam in Septuagésima degimus, quae dies accidit optatissima sanctaque laetitia referta utrique religiosae familiae, quae Beatum Ioannem Eudes suum legiferum Parentem veneratur et colit, Congregationi nempe Iesu et Mariae et Ordini Filiarum Beatae Mariae Virginis a Caritate. Hac quippe die apud utramque religiosam familiam solemne percolitur titulare festum Purissimi Cordis Beatae Mariae Virginis. Adstantibus igitur Sanctae Romanae Ecclesiae Cardmalibus Antonio Vico, Sacrorum Bituum Congregationis Praefecto, et Ludovico Billot, Causae Belatore, atque eiusdem Congregationis Officialibus, solemniter pronuntiavimus : « Constare de utroque

« proposito miraculo, de primo, nempe: Instantaneae perfectaeque sanationis « Sororis Ioannae Beatricis Londoño, e Congregatione Sororum Caritatis a « Praesentatione B. M. V. de *Tours,* a diabete mellito atque ab aliis com« plicationibus renalibus, nephrytide, forunculosi et abscessu; deque altero: « Instantaneae perfectaeque sanationis Bonaventurae Bomero a peritonite « traumatica et a gravi cranii laesione ».

Die autem S. Ioseph Sponso B. M. V. dicato, habitis favorabilius suffragiis S. B. E. Cardinalium et Congregationis Consultorum solemniter ediximus *tuto* procedi posse ad solemnem Beati Ioannis Eudes Canonizationem. Ut cuncta vero servarentur, quae Antecessores Nostri' sapienter praescripserunt ad celebrationem et decus tam solemnis caeremoniae, primum omnes dilectos filios Nostros S. B. E. Cardinales, die trigesima mensis martii huius anni, in Consistorio secreto, sententiam eorum rogatur!, Nobis adesse iussimus, in quo venerabilis frater Antonius, Episcopus Portuensis et S. Bufinae, S. B. E. Cardinalis Vico, Sacrorum Bituum Congregationi Praefectus, Ioannis Eudes atque aliorum novensilium Sanctorum acta et miracula singillatim ac diserte Nobis et Cardinalibus exposuit.

Die autem secunda mensis aprilis Consistorium publicum de more celebratum est et adstantes Cardinales de Beato Ioanne Eudes libenter audita disertissima oratione dilecti filii Caroli Salotti, Antistitis Urbani et Consistorialis Aulae Advocati, Nos ad huius Causae legitimam definitionem sunt uno ore cohortati.

Alterum Consistorium, semipublicum, die vigesima secunda eiusdem mensis aprilis habitum, est, in quo non tantum S. B. E. Cardinales, sed etiam venerabiles fratres Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi, ad hoc de mandato Nostro per Litteras Sacrae Congregationis Consistorialis admoniti et vocati, adfuerunt. Et tum ex iis, quae in Consistorio publico gesta fuerant, tum ex relatione Sacrorum Bituum Congregationis, quorum exemplar, typis editum, singulis omnibus tradi iussimus, in eamdem, quam Patres Cardinales, unanimiter sententiam iverunt. Cuius rei publica instrumenta a dilectis filiis Sedis Apostolicae Notariis confecta, in tabulario eiusdem Sacrorum Bituum Congregationis asservari mandavimus.

Solemni huic Canonizationi celebrandae in Basifica Vaticana hanc diem trigesimam primam mensis maii, diem nempe Pentecosten, praefiximus, et fideles etiam atque etiam sumus hortati ad preces, praesertim in iis aedibus ingeminandas, in quibus publica Augustissimi Sacramenti indicta esset adoratio, a Domino enixe rogantes ut et ipsi possent ex tanta solemnitate uberrimum fructum percipere et Nobis in illa absolvenda Spiritus Paraclytus adesset.

Cum autem haec faustissima dies illuxit, omnes, tum saecularis, tum

regularis cleri ordines, Romanae Curiae Praesules et Officiales, S. R. E. Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi in Urbe praesentes, in Vaticanam Basilicam, magnifice exornatam, convenerunt, quibus solemni supplicatione praeeuntibus, Nos eamdem Basilicam ingressi sumus.

Venerabilis frater Antonius, Episcopus Portuensis et S. Bufinae, S. R. E. Cardinalis Vico, Sacrorum Rituum Congregationi Praefectus et huic Canonizationi procurandae praepositus, perorante dilecto filio Augusto Milani, Nostrae Consistorialis Aulae Advocato, Nobis vota et preces detulit Sacrorum Antistitum atque Congregationis Iesu et Mariae et Ordinis Filiarum B. M. V. a Caritate, ut Beatum Ioannem Eudes, utriusque religiosae familiae Institutorem, gestis, virtutibus ac miraculis insignem, in Sanctorum numerum cooptaremus, una cum Beato Ioanne Baptista Maria Vianney, Confessore et Parocho vici *Ars.*

Quod quum instantius ac instantissime idem Cardinalis, per praedictum Consistorialis Aulae Advocatum, a Nobis postulasse!-, Nos, Spiritus Paracliti lumine implorato, Beatae Mariae Virginis Sanctorumque omnium auxilio ferventer invocato, « ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, « ad catholicae fidei incrementum et decus, auctoritate Domini Nostri « Iesu Christi, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura « deliberatione, et voto dilectorum filiorum Nostrorum S. B. E. Cardina- « lium, nec non Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum consi- « lio, Beatum Ioannem Eudes, Missionarium Apostolicum et Institutorem « Congregationis Iesu et Mariae atque Ordinis Dominae Nostrae a Caritate, « Sanctum esse et in Sanctorum catalogo adscribi » decrevimus. Eodemque decreto, Sanctum etiam declaravimus Ioannem Baptistam Mariam Vianney, Confessorem et Parochum vici *Ars,* insignibus virtutibus praeclarum.

Mandavimus autem ut Sancti Ioannis Eudes memoria die decima nona mensis augusti in Martyrologium Bomanum referretur.

Gratiis deinde omnipotenti Deo actis, incruentum Sacrificium obtulimus et post Evangelicam lectionem quotquot aderant allocuti sumus. Plenariam denique indulgentiam omnibus adstantibus peramanter impertiri sumus atque Apostolicas has Litteras Decretales, manu Nostra et S. B. E. Cardinalium signandas, sub Plumbo expediri mandavimus.

Duo alii Sancti vobis, christifideles, ab Ecclesia hodie proponuntur, praeclari propter sublimem amorem in Deum et sollicitudinem de spirituali concivium salute. Exemplum eorum, qui totam vitam transegerunt in aliorum bonum, semper sit coram nobis et ad caritatem erga Deum proximosque urgeat, ut vitae christianae virtutes et praemia assequi nobis quoque datum sit.

Vosque intercedete, novensiles Sancti, pro nobis ut Omnipotens gratias quibus indigemus largiri dignetur et humana societas ad Iesum redeat hoc

praesertim anno pietati et animarum sanctificationi dicato, ita ut quam citius pax Christi in Regno Christi hominibus totius orbis affulgeat.

Haec omnia certa scientia et Apostolicae potestatis plenitudine confirmamus, roboramus, statuimus ac decernimus, universaeque Catholicae Ecclesiae denunciamus, mandantes ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen ahcuius Notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae hisce Nostris Litteris haberetur si originaliter exhibitae vel ostensae forent.

Nemini ergo has Litteras Nostras definitionis, decreti, mandati et voluntatis infringere, vel contraire liceat. Si quis vero, temerario ausu, hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei ac Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli Apostolorum Eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quinto, die trigesima prima' mensis maii, Pontificatus Nostri quarto.

83 Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



83 Ego CAIETANUM Episcopus Sabinensis Cardinalis DE LAI.

£8 Ego ANTONIUS Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis Vico.

83 Ego IANUARIUS Episcopus Albanensis Cardinalis GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE.

83 Ego BASILIUS Episcopus Veliternus Cardinalis POMPILJ.

83 Ego IOANNES Episcopus Tusculanus Cardinalis CAGHERÒ.

83 Ego IOSEPH tituli SS. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis FRANCICA-NAVA DI BONTIFÉ.

83 Ego BAPHAEL tituh S. Praxedis Presbyter Cardinalis MERRY DEL VAL.

83 Ego DESIDERATUS tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis MERCIER.

83 Ego PETRUS tituh S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis GASPARRI, a Secretis Status.

£8 **Ego ANTONIUS tituli SS. Marcellini et Petri Presbyter Cardinalis MENDES BELLO.**

£8 **Ego GULIELMUS tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis YAN BOSSUM.**

£8 **Ego MICHAEL tituli S. Eustachii Presbyter Cardinalis LEGA.**

£8 **Ego An)ANUS tituli S. Mariae in Porticu Presbyter Cardinalis GASQUET.**

£8 **Ego fr. ANDREAS tituli SS. Cosmae et Damiani Presbyter Cardinalis FRÜHWTRTH, Maior Poenitentiarius.**

£8 **Ego BAPHAEL tituli S. Hieronymi Illyricorum Presbyter Cardinalis SCAPINELLI DI LÉGUIGNO.**

£8 **Ego VICTORIUS AMADEUS titulo S. Priscae Presbyter Cardinalis BANUZZI DE BIANCHI.**

£8 **Ego DONATUS tituli S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis SBARRETTI.**

£8 **Ego ALOISIUS IOSEPH Ssmae Trinitatis in Monte Pincio Presbyter Cardinalis MAURIN.**

£8 **Ego FRANCISCUS tituli S. Marcelli Presbyter Cardinalis BAGONESI.**

£8 **Ego DIONYSIUS tituli SS. Nerei et Achillei Presbyter Cardinalis DOUGHERTY.**

£8 **Ego FRANCISCUS tituli S. Sabinae Presbyter Cardinalis VLDAL Y BARRAQUER.**

£8 **Ego IOANNES tituli S. Mariae Transtyberim Presbyter Cardinalis TACCI.**

£8 **Ego IOANNES tituli S. Susannae Presbyter Cardinalis BONZANO.**

£8 **Ego ALEXIUS tituli S. Mariae de Victoria Presbyter Cardinalis CHAROST.**

£8 **Ego CAIETANUS Sanctae Agathae Protodiaconus Cardinalis BISLETI.**

£8 **Ego LUDOVICUS S. Mariae in Via Lata Diaconus Cardinalis BILLOT.**

£8 **Ego CAMILLUS S. Mariae Scalaris Diaconus Cardinalis LAURENTI.**

£8 **Ego IOSEPH S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis MORI.**

£8 **Ego FRANCISCUS S. Caesarii in Palatio Diaconus Cardinalis EHRLE.**

£8 **Ego ALOISIUS S. Georgii ad Velabrum Diaconus Cardinalis SINCERO.**

£8 **Ego EVARISTUS S. Adriani Diaconus Cardinalis LUCIDI.**

£8 **Ego AURELIUS S. Angeli in Foro Piscario Diaconus Cardinalis GALLI.**

O. CARD. CAGIANO
S. B. E. Cancellarius.

£8 **A. CARD. VICO**
Ep. Portuen. et S. Bufmae, 8. B. C. Praefectus.

Ioseph Wilpert, *Decanus Coll. Proton. Ap.licorum.*
Ioannes Zani-Caprelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £g Plumbi;

Beg. in Cane. Apost. vol. XXXI, n. 19:

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SANCTI PAULI IN BRASILIA, BOTUOATUENSIS ET TAUBATENSIS

DISMEBRATIONIS AC ERECTIONIS DIOECESIUM SOROCABANAE ET DE SANTOS

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ubi Praesules, propter amplitudinem territorii vel christifidelium numerum, munia pastoralia opportune exercere non possint, est officium Bomani Pontificis dioeceses dividere et noviter erectis Antistites praeficere, qui dominicum gregem pascere et eius bonum spirituale curare valeant.

Quum Status Sancti Pauli in Brasilia, nonnullos ante annos, fuerit in plures dioeceses dispertitus, nihilominus, crescente in dies incolarum numero in amphssimis finibus, facta divisio visa est non sufficere: praesertim cum una ex his dioecesibus, Botucatuensis scilicet, centum viginti kilométra quadrata terrarum occupet. Propositum idcirco fuit ut pars meridionalis huius dioecesis distraheretur et nova dioecesis, ab oppido *JSorocaba* nuncupanda, constitueretur: et insuper alia pars, quae est iuxta Oceani litus, adiunctis partibus litoralibus duarum proximarum dioecesium Sancti Pauli et Taubatensis, in novam alteram dioecesim constitueretur, quae ab urbe *Santos* nomen assumeret.

Quum autem favorabile votum venerabilium fratrum hodiernorum Archiepiscopi Sancti Pauli et Episcoporum lîotucatuensis et Taubatensis habitum fuerit, cui accessit sententia Apostolici Nuntii apud Brasilianam Bempublicam, Nos exhibitis precibus annuendum censuimus. Audito igitur venerabilium fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinahum Sacrae Congregationis Consistorialis voto, et suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, facultate quoque untentes in Apostolicis sub plumbo Litteris *Ad universas Orbis Ecclesias,* diei vigesimae septimae mensis aprilis anni Domini millesimi octingentesimi nonagesimi secundi, Apostolicae Sedi reservata, a dioecesi Botucatuensi sequentes distrahimus parochias, quas vocant: *Sorocaba, Porto Felix, Campo Largo, Piedade, Pilar, S. Miguel Archanjo, Sarapuhy, Itapetininga, Tatuhy, Cesario Large, Bella Vista de*

Taiuhy, Bufete, Pereiras, Conchas, Guarehy, Angatuba^ Laranjal, Boituva, Cerquilho, Tietê, Anhemby, Bury, Itabera, Capão Bonito, Itaporanga, Fartura, Pirajú, Itoby,[1] *Bom Successo, Itararé, Faxina, Ribeirão Branco.*

Quibus parochiis dioecesim Sorocabanam constituimus, eiusque sedem et cathedram erigimus in urbe vulgo *Sorocaba,* et in cathedralem ecclesiam evehimus parochialem ecclesiam de *Sorocaba.*

Aliam dioecesim, de *Santos* nuncupandam, erigimus in finibus sequentium parochiarum vulgo: *Nossa Senhora ão Rosario em Santos, Sagrado Coração de Maria em Santos, S. Antonio do Embaré em Santos, S. Antonio do Vallongo em Santos, S. Vicente, Conceição de Itanhaen,* quae hucusque ad archidioecesim S. Pauli pertinuerunt. Quibus addimus alias parochias, quas vocant: *Ubatuba, Caraguatatuba, Villa Bella, S. Sebastião,* quae hucusque ad dioecesim Taubatensem pertinuerunt, necnon alias, vulgo: *Apiahy, Iporanga, Xiririca, Iguapé, Cananéa, Iacupiranga, luquià, Prainha,* quas a dioecesi Botucatuensi distrahimus ac noviter huic erectae Ecclesiae pariter addimus, cuius sedem et cathedram erigimus in urbe *Santos* et in eiusdem cathedralem ecclesiam evehimus parochialem ecclesiam, cuius titulus *Nossa Senhora do Rosario* in ipsa urbe *Santos.* Uniuscuiusque igitur dioeceseos fines iidem erunt ac fines parochiarum quibus ipsae constitutae sunt.

Hisce autem neo-erectis cathedralibus Ecclesiis earumque pro tempore Episcopis tribuimus honores, insignia, favores, iura ac privilegia quibus aliae cathedrales Ecclesiae earumque Antistites in America Latina, iure communi vel legitima consuetudine, pollent ac fruuntur.

Ipsas cathedrales Ecclesias suffraganeas constituimus metropolitanae Ecclesiae S. Pauli in Brasília earumque pro tempore Episcopos iuri metropolitis eiusdem S. Pauli Archiepiscopi subiicimus, reservata tamen Apostolicae Sedi facultate libere novam decernendi istarum dioecesium dismembrationem quoties id in Domino expedire visum fuerit.

Quum autem temporum adiuncta prohibeant quominus in praesenti in unaquaque dioecesi Canonicorum Capitulum instituatur, iubemus ut, loco Canonicorum, Dioecesani Consultores, ad normam can. 423 et sequentium Codicis iuris canonici eligantur. Mandamus insuper ut, quamprimum fieri poterit, saltem parvum Seminarium dioecesanum, iuxta Codicis dispositiones et regulas a Sacra Congregatione de Seminariis traditas, in unaquaque dioecesi erigatur, et volumus ut, uniuscuiusque dioeceseos sump-

[1] Ita scriptum pro eo quod est *Itahy:* de qua paroecia sicut et de locis Pirajú, Fartura, Anhemby, cfr. decretum d. 24 aprilis 1925 (hoc volumine, p. 243). *Nota Moderatoris Commentarii.*

tibus, duo delecti iuvenes, aut saltem unus in praesenti, in Pontificium Seminarium Pium Latinum Americanam de Urbe, non intermissa vice, mittantur.

Quod autem attinet ad harum dioecesium regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri Canones decernunt. Quod vero ad clerum in particulari spectat, decernimus ut, statim ac dioecesium erectio facta fuerit, eo ipso presbyteri censeantur adscripti Ecclesiae illi, in cuius territorio legitime exstant. Singulorum Ordinariorum autem erit omnia documenta et acta novas dioeceses respicientia, quamprimum fieri poterit, earum Cancellariae tradere, ut in singulis archivis serventur.

Episcopalem mensam constituent Curiae emolumenta et ceterae oblationes, quae a fidelibus, in quorum bonum dioeceses erectae sunt, praeberi solent, praeter ea quae ad hoc iam collecta sunt.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Henricum Gasparri, archiepiscopum Sebastensem et in Brasiliana Bepublica Apostolicum Nuntium, eique necessarias huic negotio facultates tribuimus, etiam subdelegandi alium virum, in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate vel oppositione, imposito onere ad Sacram Congregationem Consistorialem infra sex menses, a data praesentium computandos, authenticum exemplar peractae exsecutionis huius Nostri mandati transmittendi. Decernimus denique has praesentes Litteras valituras contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quarto, die quarta mensis iulii, Pontificatus Nostri tertio.

O. CARD. CAGIANO,
S. B. E. Cancellarius.

£ß °- CasI)- d:e LAI> EPisc Sabinen.,
S. C. Consistorialis Secretarius.

Baphael Virili, *Proton. Apostolicus.*
Ioannes Zani-Caprelli. *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi.

Beg. in Cane. Ap., vol. XXX, n. 1.

II

DE PEATA IN BOLIVIA

IMMUTATIONIS NOMINIS AC DISMEBRATIONIS ET ERECTIONIS DIOECESIUM DE ORURO, DE TABJJA ET DE POTOSÍ.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Praedecessoribus Nostris et Nobis semper cura fuit dioeceses peramplas dividere et novas erigere, ut Praesules, illis praepositi, melius providere possint fidelibus sibi concreditis et eorum bonum spirituale consequi.

Cum itaque compertum fuerit archidioecesim de Piata, in Bepublica Boliviana, latius protendi, quam tot inhabitantium spiritualibus necessitatibus consuli possit, opportunum visum est territorium eiusdem archidioecesis dividere atque inter ipsius fines alias tres dioeceses erigere, prout nova fidelium incrementa expostulant.

Quocirca Nos, accedente consensu venerabilis fratris hodierni Archiepiscopi de Piata et audito voto venerabilis quoque fratris Phihppi Cortesi, Archiepiscopi titularis Siracensis, qui modo Apostolicam Internuntiaturam in Bolivia regit, suppletoque, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, ad erectionem intra fines memoratae archidioecesis trium novarum dioecesium de *Oruro,* de *Tarija* et de *Potosi* nuncupandarum et ad novam archidioecesis strictiorem circumscriptionem deveniendum censuimus.

In primis itaque Nos dioecesim de *Oruro* ab archidioecesi de *Plata* separamus eiusque fines eosdem esse decernimus ac provinciae civilis vulgo *Dipartimento de Oruro,* eique attribuimus parochias appellatas *Matriz de Oruro, Santo Domingo de Oruro, Caracollo, Paria, Sorasora, Challacollo, Dalence, Challapata, Poopd, Toledo, Quillacas, Condo, Culta,Pampa- Aullagas, S aliñas de Gard Mendoza, Cor que, Totora y CJioquecota, Huallamarca, PLuachacdlla, Andamarca, Curaguara* et *Turco.* Sedem autem episcopalem ac cathedram in civitate de *Oruro* constituimus, a qua nomen dioecesis mutuatur.

Aham dioecesim, de *Tarija* denominandam, erigimus in finibus provinciae civilis, vulgo *Dipartimento,* eiusdem nominis ideoque comprehendere volumus parochias, quae sequuntur: *Matriz de Tarija, San Boque, San Lo-*

renzo, Padeaya, La Conception, Yuncharà, Tomayapo, San Luis de Entre Ríos, Santa Ana, quas parochias item ab archidioecesi de Plata distrahimus pro dioecesi creanda, cuius sedes episcopalis ac cathedra in civitate vulgo *Tarija* erit.

Denique a praefata archidioecesi de Plata separamus et in dioecesim propriam et seiunctam constituimus territorium provinciae civilis vulgo *Dipartimento Potosí,* quod has complectitur parochias, nimirum: *Aimaya, Laimes, Chayantaua, Panacachi, Colquechaca, Moromoro, Pitantora, Ocuri, Pocoata, Chayala, Macha, Chairapata, Summi, Sacaca, San Pedro, Acacio, Uruy-Carasi, T orotoro, Micani, San Marcos, Moscari, Tor acari, Aram-pampa, Pulacayo, Vyuni, Uncia, Tomave, Llicahu, Tagua," Tolapampa, Yura, Coroma, Esmoraca, San Cristóbal, Puna, Miculpaya, Tinguipaya, Salinas, Tocobamba, Pocopoco, Yocalla, Turchuchiipa, Potobamba, Vilacaya, Esquiri, Chaqui, Livilivi, Cotagaita, Calcha, Vitichi, Vichada, Toropdlca, Tarapaya, Chulchueani, Caiza, Siporo, Porco, Otuyo, Betanzos, Tupiza, Talima, Tatasi,* et *Moray a*. Hoc itaque territorium, in novam dioecesim constitutum et separatum ab archidioecesi de Plata, sedem episcopalem et cathedram in civitate de *Potosí* habebit, a qua nomen quoque dioecesis ipsa assumet.

E eli quum. vero territorium quod, demptis novis dioecesibus, manet, proprium erit et manebit Archiepiscopo de Plata, novamque suam archidioecesim constituet, quae posthac ab urbe principe de *Sucre* vocabitur.

Novis erectis cathedralibus Ecclesiis earumque pro tempore Episcopis honores, insignia, favores, iura ac privilegia tribuimus, quibus aliae cathedrales Ecclesiae earumque Antistites in America Latina, iure communi vel legitima consuetudine, pollent ac fruuntur: easque omnes suffraganeos constituimus Metropolitanae Ecclesiae *de Sucre,* iam de *Piata,* a qua dismembratae sunt, earumque pro tempore Episcopos iuri metropolitico eiusdem Archiepiscopi *de Sucre* subiicimus, reservata tamen Apostolicae Sedi facultate ad novam earum dioecesium dismembrationem deveniendi, quoties in Domino id opportunum videatur.

Quum autem temporum adiuncta prohibeant quominus in praesens Capitulum Canonicorum in unaquaque Cathedrali instituatur, statuimus ut, loco Canonicorum, dioecesani eligantur Consultores iuxta can. 423 et sequentes Codicis iuris canonici.

Mandamus insuper ut, quamprimum fieri possit, parvum saltem Seminarium dioecesanum, iuxta Codicis praecepta et normas a Sacra Congregatione de Seminariis traditas, in unaquaque dioecesi erigatur, utque insimul, uniuscuiusque dioeceseos sumptibus, duo delecti iuvenes, aut in praesenti saltem unus, in Pontificium Seminarium Pium Latinum Americanum de Urbe, non intermissa vice, mittantur.

Quod autem attinet ad harum dioecesium administrationem et regimen, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, servanda iubemus, quae sacri canones decernunt.

Quod vero ad clerum spectat, statuimus ut simul ac dioecesium erectio facta fuerit, eo ipso presbyteri Ecclesiae illi adscripti censeantur, in cuius territorio legitime exstant.

Ordinarii autem de *Sucre,* antea de *Plata* nominati, erit omnia documenta et acta novas dioeceses respicientia, quamprimum fieri poterit, earum Cancellariis tradere ut in ipsarum archivo serventur.

Episcopalem mensam constituent Curiae emolumenta ceteraque oblationes, quae a fidelibus, in quorum bonum erectae sunt dioeceses, praeberi solent, praeter ea quae ad hoc iam collecta sint.

Quae autem hisce Litteris Apostolica auctoritate a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus •contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda, deputamus venerabilem fratrem Philippum Cortesi, Archiepiscopum titularem Siracensem et in Boliviana Republica Internuntiaturam Apostolicam Regentem, eique necessarias et •opportunas huic negotio facultates tribuimus, etiam subdelegandi alium virum, in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate vel oppositione, imposito onere ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses a data praesentium computandos, fidem, authentica forma exaratam, peractae exsecutionis huius Nostri mandati transmittendi. Decernimus denique has praesentes Litteras valituras, contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quarto, die decima prima mensis novembris, Pontificatus Nostri tertio.

O. CARD. CAGIANO,
8. B. E. Cancellarius.

© CARD. DE LAT, Episc. Sabinen.,
8. C. Consistorialis Secretarius.

Iulius Campori, *Proton. Apostolicus.*
Raphael Virili, *Proton. Apostolicus.*

Loco gg Plumbi.

Beg. in Conc. Ap, vol. XXX, n. 47.

LITTERAE APOSTOLICAE

TITULO ET PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS HONESTATUR ECCLESIA AD SANCTI MARTINI IN CIVITATE TURONENSI.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Turonensi in civitate ad antiquum Sancti Martini Episcopi et Confessoris sepulcrum exstat nunc nova ecclesia in honorem eiusdem Sancti Deo dicata, quae, abhinc annos paucos exstructa, proximo mense iulio erit solemni ritu consecranda. Iam eodem in loco amplissima atque insignibus artis operibus honestata basilica exsistebat, quae, solo aequata, saeculo decimo octavo exeunte, mansit; quam quidem ad basilicam non modo ex Turonensi dioecesi, sed ex variis quoque Galliarum provinciis, atque etiam ex regionibus exteris, ad gloriosum beati Martini sepulcrum pie invisendum, eiusdemque sancti thaumaturgi Episcopi intercessionem impetraturi iam ex omni condicione christifideles frequentissimi confluebant; atque eos inter memoratu digni plures duces ac reges, nec non aliqui ex Romanis Pontificibus Decessoribus Nostris, qui aliquando etiam privilegiis locum decorarunt. Qua in ecclesia ad significandam propriam in sacras relliquias pietatem prope beati sepulcrum plures sancti episcopi Turonenses atque alii inlustres viri post mortem condi voluerunt, ita ut cum antiquae basilicae Sancti Martini historia praecipuae dioecesis memoriae coniunctae sint. Ex cultu autem, quo exornatum est sepulcrum Sancti Martini, novissime denuo inventum, opera praesertim pii viri Leonis Dupont, qui anno MDCCCLXXVII in Turonensi civitate obiit, novum templum suam originem duxit; quod ut exstrueretur et perficeretur, ingens pecuniae summa ex multorum donis undique congesta est. Eadem sacra aedes non modo molis amplitudine, structurae nobilitate, sacrae supellectilis copia, sed mirificae artis praestantia excellit; atque in ea plures nunc sacerdotes religionis muniis funguntur; at, quo templi eiusdem decus augeatur, in votis est progressu temporis vetus restituere Capitulum Conlegiale,. quod, suppressum per vim saeculo xvm exeunte, iam in Horas canonicas persolvendas atque ecclesiasticas functiones peragendas ad Sancti Martini sepulcrum incumbebat. His omnibus perpensis, cum venerabilis frater Albertus Nègre, Turonensium Archiepiscopus, enixis a Nobis precibus efflagitaverit ut, ad christianae pietatis incrementum atque ad decus vetustae Turonensis archidioecesis augendum, novam memoratam ecclesiam ad dignitatem Basilicae minoris eveheremus: Nos, quibus nihil contigerit

antiquius, quam ut christifidelium erga Sanctos, quos iam celebri cultu, antiquitate conspicuo, Ecclesia colit, cotidie magis pietas exardescat, eiusmodi Totis propensa voluntate adnuere censuimus. Qua re, conlatis quoque consiliis cum V V. EF. NN. Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalibus Congregationi Sacrorum Rituum praepositis, Motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum enunciatum templum beato Martino Episcopo et Confessori in civitate atque archidioecesi Turonensi dicatum, a die sollemnis eiusdem consecrationis peragendae, dignitate ac titulo Basilicae minoris honestamus, cum omnibus honoribus, praerogativis, privilegiis, indulti^ quae minoribus Almae huius Urbis basilicis de iure competunt.

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas, atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque integros effectus sortiri iugiter et obtinere, illique ecclesiae, ad quam pertinent, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die v mensis iunii anno MDCCCCV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLA

AD EMUM P. D. BASILIUM, EPISCOPUM VELITERNUM, S. R. E. CARD. POMPILJ, VICARIA POTESTATE URBIS ANTISTITEM, SACROSANCTAE PATRIARCHALIS ARCHIBASILICAE LATERANENSIS ARCHIPRESBITERUM: DE APPARANDIS SOLLEMNIBUS IN EADEM ARCHIBASLLICA SEXTO DECIMO PLENO SAECULO A PRIMA NICAENA SYNODO.

Venerabilis frater Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Laetamur equidem gaudemusque vehementer, quod plenum sextum decimum ab Nicaena Synodo habita saeculum digne commemoratum est, vertente hoc anno, cum passim per Italiam et catholicum orbem, tum praecipue in hac Alma Urbe, curante dilecto filio Nostro Ioanne S. R. E. Presb. Card. Tacci, cui provehendae eiusmodi commemorationis mandatum, pro ipso, quod gereret in Romana Curia, gravissimo munere, Lit-

teris eidem die iv mensis aprilis hoc anno inscriptis, dederamns. Iam nunc, ut saecularia sollemnia meliore quo fieri potest modo absolvantur, quid reliqui est, nisi ut, coniunctim cum populo christiano, Deo, bonorum omnium largitori, gratias agamus quam maximas? Tibi igitur, venerabilis frater Noster, utpote qui in gubernatione' Urbis vices Nostras geras et Archibasilicae Lateranensi Archipresbyter praesis, munus committimus indicendi apparandique in ea ipsa Ecclesia, omnium Matre Ecclesiarum, sacra sollemnia, per dies septem, idest a die octavo ad diem quartum decimum futuri mensis novembris agenda: per quos quidem dies opportunum Nobis videtur, ut, secundum varios Ecclesiae ritus, Missae Pontificales peragantur, itemque sacrae conciones habeantur, et alia id genus fiant, quae ad spiritualem populi utilitatem haud mediocriter conferant, prout ipsemet, collatis cum eo, quem memoravimus, Cardinali Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali Secretario, consiliis, expedire in Domino iudieaveris. Eiusmodi autem sollemnia quo splendidiora evadant - id enim postulant cum eventi gravitas, tum sacer annus in quem incidunt, tum etiam loci dignitas atque magnificentia - volumus inde ab initio Imaginem Servatoris Iesu Acheropitam e loco *Sancta Sanctorum,* ubi asservatur, in Archibasilicam traduci, publicae fidelium venerationi, praesertim eorum qui sub id temporis Romam peregrini advenerint, proponendam, neque in pristinam sedem, nisi sollemnibus absolutis, restituendam. Persuasum interea habemus, te, venerabilis frater Noster, qua soles sollertia voluntati optatisque Nostris esse obsecuturum; neque dubitamus quin clerus Lateranensis, cum clerus sit Noster et Nobis tibique devinctissimus, curet, te duce, ut omnia prospere fructuoseque succedant. Laetissimi autem exitus auspicem paternaeque caritatis Nostrae testem, tibi, venerabilis frater Noster, eidemque Archibasilicae Lateranensis clero apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xix mensis septembris anno sacro MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

LINCIENSIS-SECCOVIENSIS

DE FINIUM DIOECESIUM COMMUTATIONE

DECRETUM

Cum intra limites paroeciae *Spital,* dioecesis Linciensis, duae domus exstent, quae a paroeciali ecclesia multo distant, Ordinarius Linciensis, ut spirituali bono illorum fidelium melius consuleret, ab Apostolica Sede petiit, ut memoratae domus a propria paroecia dismembrarentur et paroeciae *Lienen,* in dioecesi Seccoviensi, cui proximiores sunt, incorporarentur. Porro Ssmus D. N. Pius PP. XI, attento utriusque dioecesis Ordinariorum consensu, nec non favorabili voto R. P. D. Henrici Sibilia, Archiepiscopi tit. Sidensis et Nuntii Apostolici in Austria, decrevit, vi praesentis Consistorialis decreti, ut duae praedictae domus a paroecia *Spital* et dioecesi Linciensi respective separentur, atque paroeciae *Liezen* in dioecesi Seccoviensi, tam in spiritualibus quam in temporalibus, perpetuo aggregentur.

Ad haec autem exsecutioni mandanda eadem Sanctitas Sua deputavit eundem R. P. D. Henricum Sibilia, eique tribuens omnes facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quamlibet personam in ecclesiastica dignitate constitutam; facto demum onere mittendi ad Sacram Congregationem Consistorialem, intra sex menses, authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 7 augusti 1925.

83 C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. *rB* S.

f Fr. Raphael C, Archiep. Thessalonicen., *Adssessor.*

IX

PROVISIO ECCLESIARUM.

29 augusti 1925. — **Titulari episcopali Ecclesiae Citrensi praefecit R. D. Iosephum Solé y Mercadé, Auditorem Adsessorem Apostolicae Nunciaturae in Hispania, quem constituit Auxiliarem R. P. D. Leopoldi Eijo y Garay, Episcopi Matritensis et Complutensis.**

SI augusti. — **Metropolitanae Ecclesiae Colocensi, R. P. D. lulium Zichy, hactenus Episcopum Quinquecclesiensem.**

III

MONITUM

Pro norma Ordinariorum, praesertim Americae Meridionalis, sacerdos Aloisius Mattei, dioecesis Camerinensis, declaratur suspensus a divinis.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

i

ARDAOHADEN.

CIRCA FUNERA

Die 9 iunii 1923

SPECIES PACTI. — Exponit Ardachadensis Episcopus, in Synodo Armacana anni 1908, ab Apostolica Sede recognita, legem de emolumentis funerariis ita esse conceptam: « Si quis extra fines paroeciae *suae* moriatur, clerus « domicilii ius habeat ad tres partes oblationum occasione funeris colla- « tarum ubicumque celebretur funus; et pertineat quarta pars ad clerum « loci ubi contigerit mors, qui porro curet ut pro anima defuncti Missa « celebretur ». Post vero datum Codicem dubitari coeptum utrum locum quasi-domicilii uti paroecia morientis *propria* intelligi debeat, adeo ut, si quis in quasi-domicilio moriatur nihil obtineat clerus domicihi; quod sane nimis durum pluribus parochis videtur, qui ideo censent, etiam ubi quis moriatur in paroecia quasi-domicilii, parocho domicilii deberi tres partes oblationum occasione funeris collatarum ad normam Synodi provincialis. Nec desunt qui censeant, parochum quasi-domicilii ius ad funeralia

non acqiiirere nisi advena aetn habitaverit in paroecia per maiorem anni partem. Super his igitur sententiam Sacri Consilii idem Episcopus postulat.

ANIMADVERSIO. Quod etiam in vetere iure crebris SS. EE. Congregationum resolutionibus - relatis ut plurimum ad calcem can. 1236 § 1 - et communi doctrina firmabatur, in Codice iuris canonici can. 94 § 1 apertissime edicitur: « Sive per domicilium sive per quasi-domicilium *suum* quisque parochum et Ordinarium sortitur ». Igitur ubicumque in tit. XII lib. III mentio occurrit parochi *proprii* et paroeciae *propriae*, procul dubio venit et quasi-domicilii paroecia; nominatim in can. 1236 ubi portio paroecialis dicitur debita solummodo cum quis funeratur *alibi* quam in paroeciis propriis, si plures habeat. Nec ulla distinctio fit paroeciae in qua quis reapse commoraverit per maiorem anni partem aut in qua commorare tantum incoeperit cum animo tamen ibi sic manendi si nihil avocet; nam in utroque casu per quasi-domicilium paroecia propria obtinetur (c. 92 § 2). Unica innovatio a Codice inducta, quod post commorationem reapse per maiorem anni partem protractam cessat necessitas animi probandi, nihil officit qualitati parochi proprii quae ab initio commorationis habetur et habebatur in vetere iure, si adsit animus. Nec censeri potest haec qualitas adempta vel quomodolibet restricta parocho quasi-domicilii per Concilii Provincialis statutum quod in themate allegatur; immo tanta iuris communis mutatio nequaquam in potestate Concilii provincialis versari videtur, nec ullo modo potest praesumi vel implicita comici, sed apertissimis verbis in recognitione Apostolica specifice demonstrari debet confirmata; de qua re in casu nec vola nec vestigium. Quamobrem si Concilium provinciale tribuit tres partes oblationum clero domicilii, id non tribuit nisi quis extra *suam* paroeciam, hoc est *alibi* a propriis paroeciis, obierit. Is autem qui moritur in loco quasi-domicilii non moritur extra suam paroeciam, et ideo cessat pro eo hypothesis qua aliquid parocho domicilii sit tribuendum. Quod autem additur, satis durum videri, nihil percipiendum esse a parocho domicilii etsi post paucos dies ab inito quasi-domicilio quis moriatur - praeterquam quod accidentales et particulares casus generali sanctione legis excipi non debent - idcirco etiam exploditur, quod nimis probaret: nonne enim evenit aliquando ut vix mutato *domicilio* quis moriatur, cuius funus paulo ante ad alium parochum pertinuisset'? Ceterum quod parochus domicilii perdit hodie, lucrabitur olim in his quos ipse funerabitur advenis. - Quare, etc.

EESOLUTIO. — Die 9 iunii 1923 Sacra Congregatio Concilii in plenariis Erhorum Patrum comitiis in Palatio Apostolico Vaticano habitis, ad propositum dubium videlicet: «An, post datum Codicem iuris canonici etiam

« paroecia quasi-domicilii sit paroecia propria defuncti ad^effectum perci- « piendi emolumenta funeraria in casu », respondendum censuit : *Affirmative.*

Facta autem de praemissis relatione SSmo Dno Nostro Pio div. Provid. PP. XI in Audientia diei 11 eiusdem mensis per infrascriptum Sacrae"Congregationis Subsecretarium, Sanctitas Sua Eminentissimorum Patrum resolutionem approbare et confirmare dignata est.

I. Bruno, *Subsecretarius.*

II

OXOMEN.

PRAESENTIAE CHORALIS

Die 9 iunii 1923

QUAESTIO. — Novus Canonicus Poenitentiarius cathedralis ecclesiae Osomensis, de consulto Emi Capituli et Episcopi, a S. C. Concilii humillime petiit resolutionem huius dubii: « Utrum Canonicus Poenitentiarius cathe- « dralis ecclesiae Oxomen., qui, vi Constitutionis *Supremae dispositionis* « Gregorii XV et iuris concordati Hispaniae, theologiam moralem docet in « Seminario, pro lucrandis distributionibus quotidianis praesens censeatur « in choro horis quibus legit; an potius eius praesentia ordinanda sit ad nor- « mam canonis 421 § 1 ».

ANIMADVERSIO. — Videtur respondendum esse ad 1ᵃᵐ partem propositi dubii, *negative;* ad 2ᵃᵐ *affirmative.* Et sane, cum apertissimum sit praescriptum iuris communis (can. 421 § 1, praesertim si conferatur cum can. 420 § 1, n. 2 et 3) ratio dubitandi tantum ex eo apparet quod citata Constitutio Gregorii XV data pro regno Hispaniae sancit obligationes Canonici Poenitentiam, inter quas est illa legendi casus conscientiae spatio unius horae et difficultates solvendi et postea disponit: « Et quotiescumque cano- « mei poenitentiarii in huiusmodi oneribus et functionibus impediti fue- « rint iuxta Concilii Tridentini decreta, in choro praesentes censeantur ». -Verum haec Constitutio in dioecesi Oxomen. quoad relatam Canonici Poenitentiarii obligationem et respondentem eius interessentiam, fictione iuris, servitio chorah, quando onere legendi casus conscientiae ipse impeditus fuerit, usu non fuit recepta, ceu docemur per libros punctaturarum. Deficiente igitur onere per Constitutionem Poenitentiario imposito, et favor lucrandi distributiones ei collatus dum onus implet, deficiat necesse est.

Accedit: « Si legislator scit subditos detrectare legem et dissimulât, vide- « tur silentio eam suo revocare: si id ignorat, lex post decennium procul

« dubio evanescit: imo si maior et sanior subditorum pars non obtemperat «legi, tenendum est legem reipublicae non expedire et praesumendum est «legislatorem in sua voluntate minime perseveraturum, si id sciret; atqut, «ideo cessat » (D'Annibale*Summ.*, I, 203). Iamvero Gregoriana Constitutio est lex particularis pro Hispania; ipsa quoad hoc onus vel non fuit usu recepta, ut in pluribus dioecesibus inter quas Oxomen. ; vel in desuetudinem abiit, ut in aliis; vel adhuc viget, ut tantum in una vel altera. A tempore autem Greogorii XY plura elapsa sunt saecula; hinc in dioecesi Oxomen. eam cessasse dicendum est. Et sic explicatur quod Canonicus Poenitentiarius narrat et Episcopus cum Capitulo confirmat, scriptores iuris canonici in Hispania, loquentes de oneribus Poenitentiarii, silere de munere legendi theologiam moralem.

Sed Poenitentiarius, in casu, si non tenetur legere theologiam moralem vi Gregorianae Constitutionis, quam cessasse ex dictis colligitur, bene potest teneri vi Concordati in Hispania vigentis, quod permittit Ordinario, audito Capitulo, imponere onera specialia canonicatibus, quae deterrninantur in edicto convocationis ad concursum (Perreres, *Inst. Canon.*, I, 694, edit. ait. 1920). In hac hypothesi Poenitentiarius teneretur quidem adimplere onus legendi theologiam moralem si in edicto vocationis ad concursum hoc onus additum fuerit; sed non potest sibi vindicare ius ad distributiones chorales, quae, differenter a canonico theologo, Canonico Poenitentiario taxative tribuuntur « dum vacat confessionibus audiendis » (c. 420, § 1, n. 2).

Canonicus igitur Poenitentiarius, relate ad distributiones chorales, stare debet, etiam in casu, praescripto canonis 21, § 1, 1.

Quare, etc.

RESOLUTIO. — Proposito in plenario conventu Sacrae Congregationis Concilii, ad Vaticanum, die 9 iunii 1923 habito, dubio quod sequitur:

«An Canonicus Poenitentiarius praesens in choro censeatur ad effectum « lucrandi distributiones quotidianas, horis quibus theologiam moralem in « Seminario docet, in casu » ;

Emi Patres responderi mandarunt:

Negative et servetur praescriptum can. 421 § 1 Codicis.

Pacta postmodum de praemissis relatione SSmo Dno Nostro Pio div. Provid. PP. XI per infrascriptum Sacrae Congregationis Subsecretarium, Sanctitas Sua, in Audientia diei 11 subsequentis, datam resolutionem approbare et confirmare dignata est.

I. Bruno, *Subsecretarius.*

SACKA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

NOMINATIONES

Brevibus Apostolicis norninati sunt:

15 iulii 1925. — *Vicarius Apostolicus Districtus Occidentalis Promontorii Bonae Spei,* B. D. Bernardus Cornelius O' Biley, e clero saeculari, electus Episcopus Bhobensis.

— *Coadiutor cum iure futurae successionis Episcopi Portus Ludovici in Africa insulari,* B. P. Iacobus Leen, presbyter e Congregatione a Spiritu Sancto, electus Episcopus titularis Hipponensis-Zaritorum.

— *Vicarius Apostolicus de Ucayali in Peruvia,* B. P. Franciscus Irazola, O. F. M., hactenus ibidem Praefectus Apostolicus, electus Episcopus titularis Flaviadensis.

II

DESIGNATIO

Vicarius Apostolicus de Canton in Sinis designavit pro appellationibus, ad normam can. 1594, § 2, Vicarium Apostolicum de Hong-Kong; quam designationem SSmus Dnus Noster, decreto huius Sacrae Congregationis dato die 25 maii 1925, probavit.

III

APPROBATIO

Item decreto Sacri Consilii de Propaganda Fide, dato die 20 iulii 1925, SSmus Dnus Noster Piam Societatem, vulgo *CatJiolic Studentes Mission Crusade* nuncupatam, in America, eiusque statuta approbare dignatus est.

Annus XVII - Vol. XVII 5 Novembris 1925 Num. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE *

I

MANAGUENSIS

DISMEMBRATIONIS ET ERECTIONIS DIOECESIS «DE MATAGALPA»

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Animarum saluti valde prodest opportuna orbis catholici circumscriptio et divisio, quae efficit ut Episcopi gregem sibi commissum invisere facilius possint, et eos fideles commodius adire. Quapropter Romani Pontifices summopere semper curaverunt, ut circumscriptio ipsa temporum locorumque condicionibus apte responderet, atque dioecesium numerus augeretur, quum id requirebatur, vel ob auctum incolarum numerum vel ob nimiam alicuius regionis amplitudinem.

Quum autem archidioecesis Managuensis, in Republica de Nicaragua, latius protendatur, ut ipsius recto regimini facile et commode prospici possit, iam ab anno millesimo nongentesimo decimotertio, quum provincia ipsa ecclesiastica Managuensis erecta fuit, onus Metropolitae impositum fuit habendi Episcopum Auxiliarem qui, eidem Archiepiscopo subiectus, resideret in urbe *Matagalpa,* ad consulendum spirituali bono fidelium in septentrionali plaga archidioecesis commorantium.

* *Errata-Corrige.* - In praecedenti fasciculo postrema subsignatio pag. 480 et prima pag. 497'ita legantur: fEg° FRANCISCUS titulo S. Pudentianae Presbyter Cardinalis BOURNE.

Nunc vero, quo potiora subsidia spiritualia ipsis fidelibus efficacius offerantur, opportunum visum est a territorio eiusdem archidioecesis Managuensis eam partem seiungere quae civiles provincias vulgo *de Matagalpa* et *de Jinotega* complectitur, atque intra fines ipsarum novam dioecesim, erigere.

Quapropter Nos, iuxta votum Internuntii Apostolici in America Centrali, prae oculis habentes quae in Apostolicis sub plumbo litteris *Ad universas orbis ecclesias,* diei vigesimae septimae mensis aprilis anni millesimi octingentesimi nonagesimi secundi, Sanctae Sedi hac de re fuerunt reservata, et suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel sua interesse praesumant, consensu, Apostolicae potestatis plenitudine, ad erectionem intra fines memoratae archidioecesis, novae dioecesis, *de Matagalpa* nuncupandae, et ad novam archidioecesis eamque strictiorem circumscriptionem deveniendum esse censuimus, ac praesentibus hisce Litteris hoc statuimus ac decernimus.

Fines autem novae dioecesis *de Matagalpa,* ab archidioecesi Managuensi dismembrandae, erunt ipsi fines civilium provinciarum, vulgo *dipartimentos, de Matagalpa* ac *de Jinotega.*

Sedem et cathedram episcopalem novae dioecesis in urbe *Matagalpa* constituimus, a qua proinde dioecesis ipsa nomen mutuatur, et quam propterea ad episcopalis civitatis gradum et honorem extollimus. In eadem vero civitate cura erit illius, qui ad exsecutionem praesentium Litterarum ut infra delegabitur, ecclesiam aptiorem eligendi in qua cathedra episcopalis statuatur.

Noviter ita erectae cathedrali Ecclesiae eiusque pro tempore Episcopis tribuimus honores, insignia, favores, iura ac privilegia, quibus aliae cathedrales Ecclesiae earumque pro tempore Antistites in America Latina, iure communi vel legitima consuetudine, pollent; ac fruuntur.

Novam dioecesim *de Matagalpa* suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Managuensis, eiusque pro tempore Episcopos iuri metropolitico Archiepiscopi Managuensis subñcimus, reservata tamen Apostolicae Sedi facultate ad novam eiusdem dioecesis dismembrationem deveniendi, quoties in Domino id opportunum videatur.

Quum autem temporum condiciones prohibeant quominus in praesens Capitulum Canonicorum in ecclesia cathedrali instituatur, statuimus ut, loco Canonicorum, dioecesani eligantur Consultores iuxta can. 423 et seqq. Codicis iuris canonici.

Mandamus insuper ut, quamprimum fieri poterit, parvum saltem Seminarium dioecesanum, iuxta Codicis praecepta et normas a Sacra Congregatione de Seminariis traditas, in dioecesi erigatur, atque insimul ipsius

dioecesis sumptibus duo delecti iuvenes, aut saltem modo unus, in Pontificium Seminarium Pium Latinum Americanum de Urbe, non intermissa vice, mittantur.

Quod vero attinet ad eiusdem dioecesis administrationem et regimen, ad Vicarii Capitularis, seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones decernunt. Quod autem ad clerum spectat, statuimus ut simul ac erectio dioecesis facta erit, eo ipso ecclesiastici illi dioecesi adscripti censeantur in cuius territorio legitime exstant.

Managuensis autem Ordinarii erit omnia documenta et acta, quae novam dioecesim *de Matagalpa* respiciunt, quamprimum fieri poterit, eiusdem dioecesis cancellariae tradere, ut in ipsius archivo serventur.

Volumus denique ut episcopalem mensam constituant Curiae emolumenta ac ceterae oblationes, quae a fidelibus, in quorum bonum dioecesis erecta est, praeberi solent, praeter ea quae ad hunc finem iam collecta sunt.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum interest, vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus, ad quos spectat, inviolabüiter observari debere; et si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus.

Hisce itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Angelum Botta, Archiepiscopum Thebarum, in America Centrali Apostolicum Internuntium, eique necessarias et opportunas tribuimus facultates, subdelegandi quoque, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere eidem imposito ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses, a praesentibus Litteris datis computandos, authenticum exemplar mittendi peractae exsecutionis.

Volumus quoque ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis .Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nemini ergo liceat hanc paginam Nostram dismembrationis, erectionis, evectionis, concessionis, statuti, mandati, derogationis et voluntatis infringere, vel ei contraire.

Si quis autem, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo non--gentesimo vigesimo quarto, die decima nona mensis decembris, Pontificatus Nostri anno tertio.

O. CARD. CAGIANO, *S. B. E. Cancellarius.*

© C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *S. C. Consistorialis Secretarius.*

Dominicus Iorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £8 Plumbi.

Jieg. in Cane. Ap., vol. XXXII, n. 25.

II

VALENTINA *m* BRASILIA

ERECTIONIS DIOECESIS

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ex Apostolico officio Nobis commisso ad Nos spectat, ubi territorii extensio aut civium numerus id exigat, dioeceses dividere atque novas erigere, ut Praesules curam spiritualem christifidelium aptius consequi possint et cleri disciplinae opportune praesidere.

Quum vota et preces catholicorum civitatem *Valença,* dioecesis Barrensis *de Pirahy* in Brasiliana regione, inhabitantium, Sanctae Sedi exhi-

bita fuerint, nt in illa civitate, ob auctum fidelium numerum ac locorum distantiam, episcopalis cathedra institueretur, et ipsa vota et preces favorabili testimonio firmata sint tum venerabilis fratris Henrici Gasparri, Archiepiscopi Sebastensis ac in Brasiliana Bepublica Apostolici Nuntii, tum dilecti filii hodierni Administratoris Apostolici memoratae dioecesis Barrensis *de Pirahy:* Nos, quo felicius animarum saluti et gubernationi consuleretur, omnibus mature perpensis, ad petitam novae dioecesis erectionem deveniendum esse censuimus et illam decrevimus.

Quapropter, de consulto dilectorum filiorum Nostrorum S. B. E. Cardinalium qni Sacrae Congregationi Consistoriali praepositi sunt, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel sua interesse praesumant, consensu, prae oculis quoque habentes quae in Apostolicis sub plumbo Litteris *Ad universas orbis Ecclesias,* diei vigesimae septimae mensis aprilis anni Domini millesimi octingentesimi nonagesimi secundi, Apostolicae Sedi hac de re reservata fuerunt, Nos, de Apostolicae potestatis plenitudine, a praedictae dioecesis Barrensis territorio partem seiungimus et, de consensu etiam venerabilis fratris hodierni Episcopi Nictheroyensis, aliam quoque partem a territorio suae dioecesis pariter distrahimus et inter earum fines novam dioecesim, *Valeniinam in Brasilia* nuncupandam, erigimus: cuius vero fines fidem erunt ac fines parochiarum quae ipsi, ut infra, assignentur et attribuuntur, videlicet: *Nossa Senhora da Gloria (Assumpçâo) de V atenga, S. Antonio do Bio Bonito de Conservatoria, Nossa Senhora da Conceiçâo de Ipiabas, S, Isabelha de Bio Breto, Nossa Senhora da Conceiçâo do Besengano, Nossa Senhora da Conceiçâo de Vassoura, S. Sebastiâo des Ferreiros, Nossa Senhora da Conceiçâo de Baty do Alf eres, S. Pedro e S. Paulo de Parahyba do Sul, S. Antonio de Encruzilhada, S. Antonio de Sapucaia, Nossa Senhora de Apparecida, S. Thereza;* quibus tredecim parochiis, ex dioecesi Barrensi separatis, aliae duae quoque adiunguntur, vulgo dictae *Nossa Senhora do C armo* et *Nossa Senhora da Conceiçâo do Sumidouro,* ad dictam dioecesim Nictheroyensem seu Petropolitanam pertinentes, quas, ab ipsa pariter avulsas, ipsi novae dioecesi Valentinae attribuimus. Novae huius dioecesis sedem et cathedram in urbe vulgo *Valença* erigimus ac ibi in cathedralem ecclesiam evehimus parochialem ecclesiam Mariae Sanctissimae Assumptioni dicatam.

Huic autem noviter erectae cathedrali Ecclesiae eiusque pro tempore Episcopis tribuimus honores, insignia, favores, iura ac privilegia, quibus aliae cathedrales Ecclesiae earumque Antistites in America Latina, iure communi vel legitima consuetudine, pollent ac fruuntur; ipsam vero Ecclesiam Valentinam suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae S. Sebastiani Fluminis Ianuarii in Brasilia, eiusque pro tempore Episeo-

pos iuri metropolitico eiusdem S. Sebastiani Archiepiscopi subiicimus, reservata tamen Nobis et Apostolicae Sedi facultate ubere novam decernendi istius dioecesis dismembrationem, quoties id in Domino opportunum visum fuerit.

Quum autem temporum adiuncta prohibeant quominus in praesenti Canonicorum Capitulum in nova dioecesi instituatur, iubemus ut, loco Canonicorum, dioecesani Consultores ad normam canonum 423 et sequentium Codici iuris canonici, eligantur.

Mandamus insuper ut, quamprimum fieri poterit, saltem parvum Seminarium dioecesanum, iuxta Codicis decreta et Sacrae Congregationis de Seminariis normas, erigatur, utque ipsius dioecesis sumptibus duo delecti iuvenes, aut in praesenti saltem unus, in Pontificium Collegium Pium Latinum Americanum de Urbe, non intermissa vice, mittantur.

Quod autem attinet ad huius dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones decernunt.

Quod vero ad clerum in particulari spectat, statuimus ut, simul ac dioecesis erectio facta fuerit, eo ipso presbyteri censeantur adscripti ecclesiae illi, in cuius territorio legitime exstant. Omnia insuper documenta et acta novam dioecesim respicientia quamprimum fieri poterit, a cancellaria tum dioecesis Barrensis *de Pirahy* tum dioecesis Nictheroyensis tradantur cancellariae dioecesis Valentinae, ut in eius archivo serventur.

Episcopalem mensam constituent Curiae emolumenta et ceterae oblationes, quae a fidelibus, in quorum bonum dioecesis erecta est, praeberi solent, praeter ea quae ad hoc iam collecta sunt.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere, aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis. Ad haec autem exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Henricum Gasparri, Archiepiscopum Sebastensem, in Brasiliana Bepublica Nuntium Apostolicum, eique necessarias huic negotio facultates tribuimus, etiam subdelegandi alium virum, in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate, vel oppositione, imposito onere ad Sacram Congregationem Consistorialem infra sex menses fidem, authentica forma exaratam, absolutae exsecutionis huius Nostri mandati transmittendi. Decernimus denique has praesentes Litteras

valituras contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quinto, die vigesima septima mensis martii, Pontificatus Nostri anno quarto.

O. CARD. CAGIANO, *8. B. E. Cancellarius.*

£g C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *8. C. Consistorialis Secretarius.*

Ioannes Zani-Capretti, *Protonotarius Apostolicus.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £8 Plumbi.

Beg. in Cane. Ap., vol. XXXI, n. 31.

III, .

. FLÜMINENSIS

ERECTIONIS DIOECESIS AC CAPITULI ET IMMUTATIONIS FINIUM

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Supremum pastorale munus Eomano Pontifici divinitus collatum exposcit, ut ea quoque ipse praestet, quae ad dioecesium erectionem et finium immutationes spectant, prout bonum animarum requirit. Id in causa fuit, ut, paucis ante annis, ex mutatis rerum adiunctis, civitas Flumen, cum suo suburbio, a iurisdictione Ordinarii Seniensis subtraheretur et sub Apostolica administratione constitueretur. Haec eadem ratio modo Apostolicam Sedem movet ad erigendum idem territorium, novis auctum paroeciis, in distinctam dioecesim, ut inde vita religiosa fidelium maiora sumat incrementa. •

Quapropter Nos, re mature perpensa, auditis interesse habentibus et suppleto, quatenus opus sit, aliorum, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, Apostolicae potestatis plenitudine, totum territorium inclusum in actuali civili provincia italica, quae *Cámaro* audit, quodque hactenus ad diversas dioeceses pertinuit, videlicet Seniensem, Tergestinam-Iustinopolitanam et Labacensem, a memoratis dioecesibus perpetuo dismembramus atque in novam constituimus dioecesim, *Fluminensem* appellandam et Apostolicae Sedi immediate subiectam. Eius autem epi-

seopalem sedem in civitate Flumine, a qua dioecesis nomen mutuatur, statuimus, cum omnibus iuribus ac privilegiis, quibus ceterae civitates episcopales iure communi gaudent. Ecclesiam vero Sanctorum Viti et Modesti, ibidem exstantem, ad gradum et dignitatem cathedralis ecclesiae extollimus; simulque ipsi eiusque pro tempore Episcopis tribuimus insignia, honores, privilegia ac iura, quae aliis ecclesiis cathedralibus earumque Episcopis ex iure communi competunt. Episcopo praeterea Fluminensi facultatem facimus assumendi titulum quoque Abbatis Sancti Iacobi de Abbatia, quo hactenus Praepositus Capituli collegialis ecclesiae Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae, in loco *Abbazia,* condeeorabatur.

In praedicta cathedrali ecclesia Capitulum cathedrale erigimus, eum omnibus iuribus, facultatibus et officiis, quae ceteris cathedralibus Capitalis, praesertim Italiae, ad normam sacrorum canonum, sunt propria. Idem duodecim constabit canonicis, inter quos unica erit dignitas, videlicet, Praepositus, et duo officia, idest Theologus et Poenitentiarius, quibus addantur, si fieri poterit, sex alii beneficiarii minores, ut Canonicis auxilium praestent. Eorum nominatio ad normam iuris fiat, excepta hac prima vice, qua Ordinarius tum dignitatem, tum canonicatus libere conferet; et facta eidem Ordinario potestate in cathedrale Capitulum transferendi, si acceptaverint, praesentes canonicos Capituli ecclesiae collegiatae Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae. Peculiariter quod attinet ad onera, vestes et insignia choralia, ad capitulares constitutiones conficiendas aliave, praescripta iuris communis observentur; tributa insuper canonicis facultate deferendi in choro mozetam violacei coloris.

Praescribimus dein ut, circa Seminarii dioecesani institutionem, Vicarii capitularis, sede vacante, electionem, clericorum et fidelium iura ac officia, aliaque huiusmodi, rite serventur quae sacri canones praescribunt. Mandamus demum ut omnia documenta et acta, quae novam dioecesim eiusque clericos et fideles respiciunt, quam primum a Curiis episcopalibus ad quas spectat, Curiae dioecesis Fluminensis remittantur, ut in eius archivo asserventur.

Quousque autem hanc novam dioecesim de suo provideamus Pastore .B. P. D. Isidoras Sain, Abbas Ordinis Sancti Benedicti, eius regimen, tanquam Administrator Apostolicus, ad nutum Sanctae Sedis retinebit.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda, deputamus eumdem B. P. D. Isidorum Sain, eidemque tribuimus omnes facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; facto onere mittendi ad Sacram Congregationem Consistorialem, intra sex menses, authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras, contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quinto, die vigesima quinta mensis aprilis, Pontificatus Nostri anno quarto.

O. CARD. CAGIANO, *8. B. E. Cancellarius.*

© C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *8. C. Consistorialis Secretarius*

Ioannes Zani-Caprelli, *Protonotarius Apostolicus.*
Dominicus Iorio, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £g Plumbi.

Beg. in Cane. Apost, vol. XXX, n. 49.

IV

DITIONIS POLONICAE

DE NOVA DIOECESIUM LATINI RITUS CIRCUMSCRIPTIONE

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Vixdum Poloniae unitas, post diuturnam catholicae illius Nationis sub diversis regiminibus divisionem, mirabiliter, divina Providentia opem largiente, restituta est, statim necessitas omnibus apparuit nedum civiles sed etiam potissimum religiosas res ibidem ordinandi.

Id sane primum omnium postulabat ut sollicita haberetur cura de finibus dioecesanis rite praefiniendis itemque ad nova Eeipublicae confinia coaptandis. Itaque, expletis feliciter cum eiusdem Reipublicae rectoribus hac super re opportunis negotiationibus, novae latinarum dioecesium circumscriptioni provisum est in sollemni Conventione, quae nuper inter Sanctam Sedem et praedictam Rempublicam inita est, summopere laetantibus Nobis, qui nobilissimae filius Nationis et calamitatum belli et gaudii resurrectionis testes ac participes fueramus.

Porro, ut ea quae de iisdem circumscriptionibus conventa sunt, ad exitum deducantur, Nos, ex Apostolicae potestatis plenitudine ac certa scientia, decernimus:

Latini ritus Hierarchia in Polonia in posterum quinque provinciis ecclesiasticis constabit, videlicet: I. Gnesnensi et Posnaniensi, II. Varsaviensi, III. Vilnensi, IV. Leopoliensi, V. Cracoviensi.

I. Provincia vero Gnesnensis et Posnaniensis constituetur Ecclesiis metropolitana Gnesnensi et Posnaniensi, nec non suffraganeis dioecesibus Oulmensi et Vladislaviensi.

Archidioecesis autem Gnesnensis, cuius metropolitana ecclesia sub titulo Assumptionis Beatae Mariae Virginis in urbe Gniezno, in palatinatu Poznań, sita est, sequentes amplectetur decanatus: Gnesnensem, Bydgostiensem urbanum, Bydgostiensem subnrbanum, Czerminensem, Gniewkoviensem, Janowiecensem, Jarocinensem, Juniówladislaviensem, Kcynensem, Kruszwicensem, Łeknensem, Łobżenicensem, Miłosłaviensem, Naklensem, Piesze wiensem, Pobiedziscensem, Powidzensem, Bogowiensem, Trzemesznensem, Wrzesnensem, Znenensem.

Ad archidioecesim dein Posnaniensem, quae ecclesiam archicathedralem sub titulo Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli in urbe Poznań, in palatinatu Poznań, habet, pertinebunt decanatus Posnaniensis, Borcensis, Bralinensis, Bukowiensis, Czarnkowiensis, Gostynensis, Grodziscensis, Jutrosinensis, Kępnensis, Kostensis, Kostrzynensis, Kożminensis, Krobiensis, Krotoszynensis, Lesznensis, Lwowecensis, Neomestensis, Obornicensis, Ołobocensis, Ostrowiensis, Ostrzeszowiensis, Eogożnensis, Smiglensis, Sremensis, Srodensis, Stęszowiensis, Szamotulensis, Wroneeensis, Zbaszynensis. Fines autem occidentales et australes huius archidioecesis contingent fines politicos inter Eempublicam Polonicam et Eempublicam Germanicam.

Memoratae suffraganeae dioecesi Culmensi, cum ecclesia cathedrali sub titulo Assumptionis Beatae Mariae Virginis in civitate Pelplin, in palatinatu Pomorze, assignabuntur decanatus: Brodnicensis, Culmensis, Chełmżensis, Chojnicensis, Fordonensis, Gniewensis, Gołubiensis, Górznensis, Kamieniensis, Łasinensis, Lidzbarkiensis, Lubawensis, Mirachowiensis, IsTowensis, 2Towomiastensis, Puckensis, Eadzynensis, Starogardensis, Swie-^cęnsis, Tczewiensis, Toruniensis, Tucholensis, Wabrzeznensis, Żukowiensis. Eius fines pertingent usque ad limites politicos inter Eempublicam Polonorum et Eempublicam Germanorum (Borussiam occidentalem et orientalem), et territorium liberae civitatis Gedanensis.

Dioecesi vero Vladislaviensi, cum ecclesia cathedrali sub titulo Assumptionis Beatae Mariae Virginis in urbe Włocławek, in palatinatu Warszawa, attribuentur decanatus: Vladislaviengis (excepta paroecia Duninowo), Brestensis, Ohodecensis, Nieszawiensis, Piotrkowiensis, Eadziejowiensis, Calissiensis, Kożminecensis, Stawiszynensis, Stawensis, Izbicensis, Kolengis, Koninensis, Tuliszkowiensis, Sieradziensis, Szadkowiensis, Wartensis, Złoczowiensis, Słupcensis, Zagórowiensis, Turcensis, Uniejowiensis (absque paroeciis Bałdrzychów et Wartkowice) et Klodawensis. Insuper paroeciae:

Bobrowniki, Chełmca Wielka, Ciechocin, Czernikovo, Dobrzejewice, Działyń, Grochowalsk, Karhkowo, Kikol, Lipno, Łążyn, Mazowsze, Nowogród, Osiek nad Wisłą, Ostrowite, Szpetal Górny, Sumino, Wielgie, Wola, Zaduszniki.

II. Alterius provinciae ecclesiasticae Metropolitana esto Varsaviensis, cum ecclesia cathedrali sub titulo Decollationis S. Ioannis Baptistae in urbe Warszawa. Eidem tribuantur decanatus: Varsaviensis urbanus, Varsaviensis extraurbanus, Pragensis, Białensis, Goszczynensis, Górno-Kalwariensis, Grodziscensis, Grójecensis, Jadowiensis (demptis paroecia Kamionna et pago Szynkarzysna-Czaplowizna), Kałuszynensis (absque paroeciis Czerwonka, Oleksin, Wiśniew et Wierzbno), Kutnensis, Lovi-ciensis (exclusis pagis Antoniew et Dąbrowa), Minscensis, Mszczonowiensis, Badzyminensis cum pago Młynarze, Bawensis, Skierniewicensis, Sochaczewiensis.

Huic metropolitanae Ecclesiae suffragabuntur dioeceses: Plocensis, Sandomiriensis, Lublinensis, Siedleensis seu Podlachiensis et Łodziensis.

Plocensis, cum ecclesia Basilica cathedrali sub titulo Assumptionis Beatae Mariae Virginis in urbe Płock, in palatinatu Warszawa, hisce decanatibus constituetur: Płocensi, Ciechahowiensi, Makowiensi, Mławensi, JSasielscensi, Przasnensi, Płońscensi, Pułtowiensi, Baciążensi, Eypinensi, Sierpcensi, Wyszkowiensi (excepto pago Młynarze), Wyszogrodensi, Żurominensi, Gostyniensi, insuper paroeciis: Chrostkowo, Dobrzyń nad Wisłą,, Dobrzyń nad Drwęca, Dulsk, Mokowo, Skępe, Tłuchowo, Duninowo.

Sedes Sandomiriensis, cum ecclesia cathedrali sub titulo Nativitatis Beatae Mariae Virginis in urbe Sandomierz, in palatinatu Kielce, hos habebit decanatus: Sandomiriensem, Koprzywnicensem, Staszowiensem, Zawichostensem, Opatowiensem, Kunoviensem, Słupiensem (demptis paroeciis Bieliny, Cisów, Ociesęki, necnon pagis Lechów et Orłowiny e paroecia Łagów, itemque pago Drogowle e paroecia Baków), Wachocensem, Iłżensem, Solecensem, Zwolensem, Kozienicensem, Badomensem, Jedlińscensem, Potworowiensem, Opoczynensem, Skrzynnensem, Źarnowiensem, Konecensem, Badoszycensem. Insuper habebit paroecias: Koniemłoty, Kotuszów, Kurozwęki, Beszowa, Szczebrzusz, Suchedniów; item pagos: e paroecia Mniów: Podchyby et Zaborow^ce; e paroecia Grzymałków: Borki (idest, communitatem Miedzierza), Gliniany-Las, Huta, Jarząb, Kłuko, Lisie-Jamy, Muszczan, Ostre-Górki, Sałata, Sośnina, Stanowiska, Zastawie, Zazdrość.

Lublinensis dioecesis, cum ecclesia cathedrali sub titulo S. Ioannis Baptistae et S. Ioannis Apostoli et Evangelistae in Urbe Lublin, in palatinatu Lublin, hos connumerabit decanatus: Lublinensem, Bełżycensem,

Biłgorajensem, Biskupicensem, Chełmensem (excepta paroecia Hańsk), Hrubieszowiensem, Janowiensem, Kraśnicensem, Krasnostawiensem, Kurowiensem, Lubartowiensem, Łęcznensem, Opolensem, Pulawiensem, Szczebrzeszynensem, Tarnogrodensem, Tomaszowiensem, Turobinensem, Tyszowcensem, Zaklikowiensem, Zamoscensem. Insuper habebit paroecias: Brzeźnica Bychawska, Brzeźnica Książęca, Buda-Huta, Świerszczów; item pagos: Łuko wiec, Krzywda-kolonja, Kolon ja Wola Skromowska vel Bykowszczyzna, Wólka Rozwadowska, Karolina, Giżyce-wieś, Giżyce-kolonja, Łuszawa-wieś, Kolonja Żurawieniec vel Piaski, Żurawieniec-wieś.

Ad Siedlcensem seu Podlachiensem dioecesim, cum ecclesia cathedrali sub titulo Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis, in civitate Siedlce, in palatinatu Lublin, spectabunt decanatus: Siedlcensis ad Beatam Mariam Virginem, Siedlcensis ad S. Stanislaum Ep. M., Białensis, Garwolinensis, Janowiensis, Łaskarzewiensis, Łosicensis, Łukowiensis (exceptis pagis Łukowiec, Krzywda-kolonja, .Kolonja Wola Skromowska vel Bykowszczyzna, Wólka Rozwadowska, Karolina, Giżyce-wieś, Giżyce-kolonja, Łuszawa-wieś, Kolonja Żórawieniec vel Piaski, Żórawieniec-wieś), Międzyrzecensis, Parczewiensis (exceptis paroeciis Brzeźnica Bychawska et Brzeźnica Książęca), Radzyniensis, Sokołowiensis, Sterdyniensis* Stężycensis, Włodawensis (exceptis paroeciis: Swierszczów et Ruda-Huta), Węgrowiensis, Wisznicensis, Żelechowiensis. Insuper ad eamdem dioecesim pertinebunt paroeciae: Hańsk, Kamionna, Czerwonka, Wiśniew, Oleksin, Wierzbno, necnon pagus Szynkarzyzna-Czaplowizna.

Tandem ad sedem Łodziensem, cum ecclesia cathedrali sub titulo S. Stanislai Kostka C, in urbe Łódź, in palatinatu Łódź, pertinebunt decanatus: Łodziensis, Zgierzensis, Brzezinensis, Lanciciensis, Tomaszowiensis, Bełchatowiensis (excepta paroecia Grzymalina Wola), Petricowiensis, Tuszynensis, Lascensis, Pabjanicensis, Widawensis, Poddebieensjs Ozorkowiensis; item paroeciae Bałdrzychów, Wartkowice atque pagi Antoniew et Dąbrowa.

Praeterea illud generatim decernitur quod, ubicumque in ditione Polonica, Vistula flumen constituit limitem inter dioeceses, delimitet etiam, uti obvium est, eas paroecias, quarum territorium, licet adhuc canonce indivisum, tamen per idem flumen disiungitur, ita ut in posterum una pars divisae paroeciae ad unam, altera ad alteram dioecesim pertineat. Pagi vero si qui sint in insulis fluminis siti, ad illas dioeceses pertinebunt, ad quas iam nunc spectant.

III. Tertia ecclesiastica provincia Vilnensis nuncupabatur, quae proinde constabit sede metropolitae Vilnensi, nec non suffraganeis Łomżensi et Pinskensi.

Archidioecesis Vilnensis, cum metropolitana Basilica sub titulo 8. Stanislai B. M. et S. Vladislai E. C. in urbe Wilno, in palatinatu Wilno, complectetur decanatus: Wilnensem in. urbe et extra urbem; Bialystoeensem, Brzostovicensem, Dabrovensem, Głębocensem, Grodnensem, Knyszynensem, Lidensem, Łunnensem, Miorensem, ÍTadvilejcensem, Oszmianensem, Eadunensem, Słonimensem (exceptis paroeciis Eóżanna, Kossów, Iwacewicze), Sokolcensem, Swirensem, Wilejcensem, Visznieviensem (exceptis paroeciis Derewna et Naliboki); Wołkowyscensem, Wasiliszkiensem, Bieniakoniensiem. Insuper habebit decanatus: Vilnensem in districtu, Święcianensem, Trocensem, Braslaviensem, quantum isti decanatus in territorio polono extenduntur. Item complectetur parochias: Eaków, Dubrowy, Dokszyce et Zaszceále. Tandem omnes alias paroecias vel quascumque paroeciarum partes, quae, quamvis sub memoratis decanatibus non reperiantur, tamen ambitu territorii poloni in eadem regione continentur.

Dioecesis Łomżensis, cum cathedrali ecclesia sub titulo S. Michaelis Archangeli in civitate Łomża, in palatinatu Białystok, habebit decanatus: Łomżensem, Augustoviensem, Jedwabnensem, Kolnensem, Sejnensem, Śniado wiensem, Sokolowiensem, Suwalcensem, Szczuczynensem, Teolinensem, Wasoszenensem, Wysoko-Mazowiecensem, Ostrołęcensem, Ostrowensem, Czyżewiensem. Fines septentrionales dioecesis contingent fines politicos inter Eempublicam Poloniae et Eempublicam Lituaniae.

Dioecesis Pinskensis, cum ecclesia cathedrali sub titulo Assumptionis Beatae Mariae Virginis in civitate Pińsk, in palatinatu Polessiae, constituetur decanatibus: Stołpcensi, JSTowogródensi, Baranovisensi, Nesvisiensi, Stołowicensi, Pinscensi, Łuniniecensi, Lachovicensi, Bielscensi, Brestensi, Drohiczynensi, Kobrynensi, Brańscensi, Prużanensi; ac insuper paroeciis Eóżanna, Kossów, Iwacewicze, Iwieniec S. Michaelis Archangeli, Iwieniec S. Alexii, Kamień, Wołma, Pierszaje, Ohotowo, Pralniki, Naliboki, Derewna. Fines orientales dioecesis attingent fines politicos inter Eempublicam Poloniae et Eempublicam Eussiae.

IV. Quarta provincia, Leopoliensis erit; ad eam pertinebunt metropolitana Leopoliensis cum suffraganeis dioecesibus Premisliensi et Luceoriensi.

Archidioecesis Leopoliensis, cum ecclesia Basilica metropolitana sub titulo Assumptionis Beatae Mariae Virginis, continebit decanatus: Leopoliensem in urbe, Leopoliensem extra urbem, Bełzensem, Borszczowiensem, Brodensem, Brzeżanensem, Buczaczensem, Czortkowiensem, Dolinensem, Glinianensem, Grodecensem, Horodencensem, Jazłowiecensem, Kąkolnicensem, Kołomyjensem, Lubaczowiensem, Podhajcensem, Skałatensem, Stanislaopoliensem, Stryjensem, Swirżensem, Szczerzecensem, Tarnopoliensem, Trębowlensem, Złoczowiensem, Żółkiewiensem. Fines politici Eei-

publicae Poloniae cum Regno Romaniae constituent fines, hac m parte, archidioecesis.

Dioecesi Premisliensi, cum ecclesia cathedrali sub titulo Beatae Mariae Virginis et S. Ioannis Baptistae in Urbe Przemyśl, in palatinatu Lwów, attribuentur decanatus: Premisliensis urbanus, Premisliensis extraurbanus, Brzostecensem (exceptis paroeciis Jodłowa et Przeczyca), Brzozowiensis, Dobromilensis, Drohobycensis, Duklensis, Dynowiensis, Głogowiensis (absque paroecia Sędziszów et expositura Będziemyśl), Jaćmierensis, Jarosławiensis, Jasłensis, Jaworowiensis, Krosnowiensis, Lescowiensis, Leżajscensis, Łańcucensis, Mościscensis, Pruchnicensis, Przeworscensis, Rzeszowiensis, Rudecensis, Rymanoviensis, Samboriensis, Sanocensis, Sokołowiensis, Strzyżowiensis, Tyczynensis, Wiszniensis, Żmigrodensis, Miechocinensis, Rudnicensis; insuper paroeciae Święcany, Pstrągowa.

Dioecesis Luceoriensis cum cathedrali ecclesia sub titulo Ssmae Trinitatis et SS. Apostolorum Petri et Pauli in civitate Łuck, in palatinatu Wołyń, amplectetur decanatus: Luceoriensem, Cremenecensem, Dubnensem, Horochowiensem, Korzecensem, Kostopolensem, Kowelensem, Ostrogensem, Równensem, Sarnensem, Vladimiriensem. Fines orientales dioecesis convenient cum finibus politicis inter Rempublicam Poloniae et Rempublicam Russiae.

V. Demum quinta Provincia ecclesiastica, quae Cracoviensis appellabitur, ita erit constituta: Sede Cracoviensi, uti Metropolitana, et dioecesibus Tarnoviensi, Kielcensi, Czestochoviensi et Katovicensi, uti suffraganeis.

Ad Cracoviensem archidioecesim, cum ecclesia Basilica metropolitana sub titulo S. Wenceslai M. in urbe Kraków, in palatinatu Kraków, spectabunt decanatus: Cracoviensis urbanus primus, Cracoviensis urbanus secundus, Bolechowicensis, Czernichowiensis, IsTovi-Montis (excepto pago Chełmek), Białensis, Lanckoronensis, Makowiensis, Myślenicensis, íìeoforensis, Mepołomicensis, Oświęcimensis, Skawinensís, Suehensis, Wadowicensis, Wielicensis, Zatoriensis, Żywiecensis, Orawiensis, Szepusiensis. Insuper paroeciae: Pobiednik Mały, Igołomia, Wawrzeńczyce, Olszówka, Mszana Dolna, Kasina Wielka, Medżwiedż, Gorenice Racławice, Biały Kościół, Korzkiew, Biórków (absque pagis Skrzeszowice et Lososkowice), Więcławice, Luborzyca. Itemque expositurae: Kasina Mała, Lubomierz. Fines australes dioecesis patebunt usque ad fines politicos inter Rempublicam Poloniae et Rempublicam Cecoslovachiae.

Dioecesis Tarnoviensis, cum ecclesia cathedrali sub titulo Nativitatis Beatae Mariae Virginis in civitate Tarnów, in palatinatu Kraków, hos habebit decanatus: Bobowensem, Bochniensem, Brzeskiensem, Czechowiensem, Dabrowensem, Kolbuszowensem, Limanowensem, Łącensem, Mielecen-

sem, Neosandecensem, Pilznensem, Badłowensem, Badomyślensem, Bopczycensem, Tarnoviensem, Tuchowiensem, Tymbarkensem (absque paroeciis: Olszówka, Mszana Dolna, Medżwiedż, Kasina Wielka, et exceptis exposituris: Lubornirz et Kasina Mała), Yeterosandecensem, Wielopolensem (excepta paroecia Pstrągowa), Wojnicensein, Biecensem, Ezepnicensem, Ołpinensem (excepta paroecia Swięcany). Item paroecias: Jodłowa, Przeczyca, Sędziszów, atque expositurам Będziemyśl.

Dioecesis Kiełceńsis, cum ecclesia cathedrali sub titulo Assumptionis Beatae Mariae Virginis et S. Constantini C. in urbe Kielce, in palatinatu Kielce, connumerabit decanatus: Kielcensem, Stopnicensem (dempta paroecia Koniemłoty), Chrníelnicensem (absque paroecia Kotuszów et Kuroswęki), Pacanowiensem (exceptis paroeciis Beszowa et Szczebrzusz), Pinczowiensem, Kazimiriensem, Ksiażnicensem, Skalbmiriensem, Miechowiensem, Proszowicensem (demptis paroeciis Pobiednik Mały, Igołomia et Wawrzeńczyce), Prandocinensem, Luborzycensem (exceptis paroeciis Biórków, Więcławice et Luborzyca), Olkusiensem (exclusis paroeciis Gorenice et Baeławice), Zazdroziensem (exceptis paroeciis Biały Koaciół et Korzkiew), Pilicensem, Włoszczowiensem, Irządzensem, Szczekocinensem, Andreowiensem, Małogoszczensem, Sędziszowiensem, Bodzentyniensem. Item habebit paroecias: Koniecpol, Strawczyn, Piekoszów, Chełmce, Ćmińsko, Tulmin, Zagnańsk, Łaczana, Bieliny, Cisów, Ociesęki; paroeciam Grzymałków, complectentem loca: Borki, Czarny-Las, Lipiny, GrzymałkÓT\, Kużniaki, Lasek-Nowek, Leśniówka, Małmuszyn, Mokry-Bór, Pałęgi, Piaski, Podłysów, Skoki, Stachura, Wólka; necnon communitates Miedzierza, Mniów, Snochowice; atque demum paroeciam Mniów (exceptis pagis Podchyby et Zaborowice) atque pagos: Lechów, Drogo wie, Orłowiny, Skrzeszowice et Lososkowice.

Dioecesis Czestochoviensis, cum cathedrali ecclesia sub titulo S. Familiae Iesus, Mariae, Ioseph in urbe Częstochowa, comprehendet decanatus: Czestochoviensem, Kłbbucensem, Mstowiensem, Brzeżnicensem, Gidlensem (excepta paroecia Koniecpol), Eadomskowiensem, Gorzkowiensem, Będzinensem, Zawierciensem, Żarcensem, Sączowiensem, Bolesławiecensem, Praszkowiensem, Wielunensem, Wieruszowiensem; insuper paroeciam Grzymalina Wola.

Tandem dioecesis Katowicensis, cum cathedrali Ecclesia sub titulo SS. Apostolorum Petri et Pauli in civitate Katowice, in palatinatu Šlask seu Katowice, decanatus habebit: Dębiensem, Katowicensem, Huta-Królewensem, Lubliniecensem, Mikołowiensem, Mysłowicensem, Piekarensem, Pszczynensem, Pszowiensem, Eudensem, Eybnicensem, Tarnogórensem, Wodzisławiensem, Żorensem, Bielscensem, Strumieniensem, Skoczowien-

sem, Cieszynensem; item pagum Chełmek. Fines occidentales et australes dioecesis contingent fines politicos inter Eempublicam Poloniae atque Eespublicas Germaniae et Cecoslovachiae.

Quod attinet ad praefatarum Ecclesiarum administrationem et regimen, ad Yicarii Capitularis sede vacante electionem, ad Capituli cathedralis erectionem, ad Seminariorum institutionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, servanda statuimus, quae sacri canones decernunt.

Quod vero ad clerum in particulari spectat, iubemus ut, statim ac huius Constitutionis exsecutio facta fuerit, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur, in cuius territorio legitime degunt.

Tandem omnia documenta et acta novas dioeceses, earum clericos et fideles respicientia, quam primum fieri poterit, ad eam dioecesim transmittantur ad quam, iuxta praedicta, iidem pertinebunt.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, nullo umquam tempore, infringere, aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec omnia autem exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Laurentium Lauri, Nuntium Apostolicum in Polonia, eidem tribuentes facultatem ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere infra sex menses mittendi ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras, contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quinto, die festo Sanctorum Simonis et Iudae Apostolorum, Pontificatus Nostri anno quarto.

O. CARD. CAGIANO, *S. B. E. Cancellarius.*

© C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *S. C. Consistorialis Secretarius.*

Ioseph Wilpert, *Becanus Coli. Proton. Apostolicorum.*

Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco jjg Plumbi.

Reg. in Canc. Ap., vol. XXXII, n. 59.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

ECCLESIA PAROECIALIS BEATAE MARIAE VIRGINIS LAPURDENSIS IN CIVITATE NANCEIENSI, TITULO AC DIGNITATE BASILICAE MINORIS HONESTATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Venerabilis frater Hippolytus de la Celle, Nanceiensium et Tullensium Episcopus, Nos edocet iam ab anno MDCCCCVIII in civitate Nanceiensi ecclesiam, Immaculatae Mariae Virgini Lapurdensi dicatam, exaediflcari coeptam esse; quam christifideles Lotharingiae totiusque Galliae orientalis, stipe haud parva conlata, una cum clero ac regionis proceribus exstruendam curarunt in memoriam quinquagesimi anni a mirabilibus ad specum, quod *Massabielle* nuncupatur, Deiparae Virginis apparitionibus, quae Beatae Bernardae Soubirous nomen celeberrimum reddiderunt. Cum vero, teterrimo bello Europaeo novissimo saeviente, Nanceiensium civitas, opem divinam imploratura in tam gravi rerum angustia, sub peculiari patrocinio Immaculatae Virginis titulo Lapurdensis se tradiderit, et postea, mirabili fere modo, civitas ipsa ab hostium incursibus incolumis permanserit, bello composito, cives ad grati animi testimonium erga Immaculatam Conceptionem exhibendum, non obstantibus temporum difficultatibus, sacrae Aedis exaedificationem complere voluerunt; et iam, anno praeterito, mense iulio, nova ecclesia sollemniter consecrata ac dicata est. Benidet autem aedificium sacrum molis ampfitudine, bonae artis omne genus operibus, altaribus affabre factis; atque ad illud, peregrinorum more, non modo ex dioecesi sed ex finitimis quoque regionibus Immaculatae Virginis auxilium impetraturi christifideles turmatim confluunt. Quapropter cum Episcopus ipse Nobis amplissime commendet vota parochi ipsius ecclesiae votivae, qui a Nobis enixis precibus postulavit, ut novam eandem ecclesiam ad Basilicae minoris dignitatem eveheremus, Nos, optatis huiusmodi ultro libenterque concedere existimavimus. Conlatis itaque consiliis cum VV. FF. NN. Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrorum Bituum Congregationi praepositis, apostolica Nostra auctoritate, perpetuumque in modum, praesentium Litterarum tenore, memoratam paroecialem ecclesiam, in honorem Beatae Mariae Immaculatae Virginis, ab apparitionibus Lapurdensibus nuncupatae, Deo dicatam, intra civitatis ac dioecesis Nanceiensis fines, titulo ac dignitate Basilicae minoris augemus, illique omnia et singula con-

cedimus iura, privilegia, praerogativas, indulta, quae ecclesiis hoc, titulo exornatis de iure competunt atque in decretis Sacrorum Eituum Congregationis descripta sunt.

, Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere ac fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri vel obtinere, illique, ad quam spectant, Nanceiensi ecclesiae Beatae Mariae Virginis Immaculatae supra dictae plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quoquam, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus quibuslibet contrariis.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvi mensis iunii, anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASP ARRI, *a Secretis Status.*

II

MONASTERIUM ORDINIS S. BENEDICTI, BEATAE MARIAE VIRGINI DE EXSILIO DICATUM IN CIVITATE « DE SANTOS » IN BRASILIA, IN PRIORATUM CONVENTUALEM ERIGITUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Sub titulo Beatae Mariae Virginis de Exsilio exstat, iam a tribus saeculis, in civitate *de Santos,* Status S. Pauli, sub Brasiliae ditione, monasteriorum, quod Abbatiae a S. Benedicto, e Congregatione Brasiliae Ordinis Sancti Benedicti, unitum est. Eidem vero monasterio sanctuarium Beatae Mariae Virginis de Monteserrato est subiectum, quod tam celebre, praesertim continentibus monachorum laboribus, evasit, ut peregrinorum more multi e finitimis regionibus christifideles ad illud invisendum, Beatae Mariae Virginis opem impetraturi, confluant. In ipso quidem sanctuario, monachorum opera, tum officia divina digne celebrantur, tum alia sacra sollerti cura peraguntur, quae ad bonum spirituale fidelium provehendum perutilia sunt. Est quoque in votis eorumdem monachorum, quoddam, sanctuario et monasterio eisdem adiectum, ad catholicos iuvenes loci instituendos, conlegium erigere; quod sine ulla dubitatione cum rei christianae incremento erit. Quapropter, cum dilectus filius Abbas Monasterii S. Benedicti, in civitate S. Pauli, humiles Nobis preces adhibuerit, ut praedictum monasterium, a Beata Maria Virgine nuncupatum, in civitate *de Santos,* in prioratum conventualem sub eodem titulo erigere dignaremur, Nos, quibus de more institutoque De-

cessorum Nostrorum, nihil antiquius est quam ut Ordinis S. Benedicti, tam de religione bene meriti, domus illis iuribus titulisque ornentur, quae ipsius Ordinis decus amplificent atque eidem Ordini manifestam afferant utilitatem, optatis hisce adnuendum existimavimus: idque eo libentius, quod non modo Capitulum conventuale Abbatiae praefatae S. Benedicti in S. Pauli civitate hoc ipsum habet in votis, sed etiam Abbas Praeses nec non Abbates adsistentes ex Ordine S. Benedicti Congregationis Brasiliae suum ad rem conficiendam suffragium ferant. Conlatis igitur consiliis cum VV. FF. NN. Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrae Congregationi praepositis pro Begularium negotiis pertractandis, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore, Monasterium Beatae Mariae Virginis de Exsilio, in civitate *de Santos* nuncupata positum, in Prioratum Conventualem cum eodem hodierno titulo, servatis de iure servandis, constituimus, atque uti Prioratum conventualem privilegiorum omnium, quae eiusdem Congregationis Brasiliae Ordinis S. Benedicti propria sunt, participem facimus.

Haec edicimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, vahdas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque, ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive-ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis iulii, anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. ALEXIUM, TITULO SANCTAE MARIAE DE VICTORIA, S. R. E. PRESB. CARD. CHAR O ST, ARCHIEPISCOPUM RHEDONENSEM, QUEM LEGATUM MITTIT CARTHA GINEM SOLLEMNIBUS CENTENARIIS AB ORTU CARDINALIS CAROLI DE LAVIGERIE CELEBRANDIS.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Pridie kalendas Novembres plenus erit annus centesimus, ex quo Baionae honesto loco ortus est Carolus ille De Lavigerie, qui, cum sedem Algeriensem

ac deinceps Carthaginiensem, a Leone XIII feliciter restitutam, obtineret, maximorum gloriam f acinorum cum romanae purpurae splendore coniunxit et Ecclesiam Dei non uno nomine inlustravit. Hominis, ob singularem naturam multiplieemque actionem vitae prorsus admirabilis, praecipua tamquam lineamenta paucis describere perarduum est. Is enim, acuto sane ingenio ac perspicaci, quae in religionis bonum incepta et multa uno tempore et saepe audaciae plena cogitasset, ea, quotiescumque meditando aut necessaria aut opportuna agnoscebat, iam nihil quicquam morabatur quominus ad effectum perduceret. Solere idem impedimenta ac repagula, si qua obstarent, aut perfringere aut circumveniundo effugere; ad consilia sua perficienda et hominibus et rebus et temporibus sapientissime uti; labore invictus, numquam a labore, ne unum quidem diem, respirare et conquiescere; nullo vitae discrimine, nulla aut invaletudine aut defatigatione deiectus, per omnes paene Europae regiones peregrinan, ut christianae humanitatis nigritarumque peroraret causam; stipem undique, provehendis horum utilitatibus, conrogare. Vocari autem se ad iuvandam orientalium cum Eomana Ecclesia coniunctionem et Arabum infideliumque ex Africa salutem, iam tum senserat, cum, *Opus Scholarum Orientis* Parisiis salutariter conditum primus plus sex annos moderatus, pro officio suo in Syriam concessit, ut libellarum vicies centena millia, quae idem Opus collegerat, christianis, post indignissimam eaedem a Curdis factam, inopia laborantibus misericorditer dispertiret. Sed proconsulari^ et interioris Africae Christi fide imbuendae visa est Carolo Lavigerie non tam opportunitas incidere quam provincia committi divinitus, vixdum, post Nanceiensem dioecesim aliquamdiu gubernatam, ad Algeriensem archiepiscopalem sedem evectus est. Qua sic perfungi amplitudine muneris deliberavit, ut non modo, indigenarum mentibus animisque per scholas late ibidem condendas perque omnia caritatis officia ad veram religionem allectis, Africae christianae memoriam decusque redintegrare^ sed etiam ex urbe honoris sui, quasi e centro quodam, feris barbarisque Afris interiorum regionum operam catholici apostolatus et beneficia omne genus inferret. Itaque cum, haud multo post quam archidioecesim regundam susceperat, ex pestilentia locustarumque irruptione et ingens mortuorum numerus et summa annonae esset caritas, magno animo atque ausu arabes pueros parentibus orbatos, ad duo fere millia, excepit omnes eodem tempore ac sospitavit. Conditis autem duobus missionalium Institutis, altero virorum, altero mulierum, quos, ubi primum licuit, in eas Tanganikae et Ugandae terras misit, unde tot nigritae, novella Ecclesiae Dei germina, facto pudicitiae itemque fidei martyrio, ad caelestes evolavere sedes, coepit de servitute Afrorum omnino delenda, auspice potissimum decessore Nostro Leone XIII, cum apud

civitatum rectores, tum apud christianum populum precibus, contionibus scriptisque instare, eum excitando animorum motum atque ardorem, qui numquam postea resedit fructusque edidit pergit que adhuc edere non mediocres. Aliquot annis post, veteri illo suo permotus irnpulsusque proposito reconeiliandae cum Apostolica Sede orientalis Ecclesiae, missionales iussit, Hierosolymae sedem ad Sanctae Annae constituere et Seminarium clero graeco-melchitae rite docendo effìngendoque aperire ac moderari. At placet, dilecte fili Noster, missis iis, quae cotidiana cura ac sollicitudine egregii viri continebantur, summatim breviterque ea attingere quae egit, pastorali muneri congruenter, in archidioecesi Algeriensi. Intellegi volumus templum in honorem Deiparae, quam ab Africa nuncupavit, e solo ^magnificentissime excitatum; recte utiliterque administratam apostolica auctoritate Constantinianam Ecclesiam; post quattuor annos a Synodo dioecesana habita, actum praeterea Concilium Provinciale, quod visum est quasi quadam continuatione Africis eiusmodi Conciliis subiungi, abhinc saecula duodecim intermissis; Carthagine, ubi sacellum exstabat sancto Ludovico IX dicatum, conlegium adulescentibus Tunetensibus erudiendis et muséum monumentis antiquitatis eius regionis asservandis exstructa. Sed Cardinalis De Lavigerie maiore apud posteros gloria idcirco fiorebit, quod, eo in primis curante, sedes Carthaginiensis, praecellentissima olim omnis Africae, restituta est. Quam quidem archidioecesim simul atque, sibi concreditam, gubernandam capessivit, totus in eo fuit ut cathedrale templum sancto Ludovico exaedificaret: ubi corpori suo condendo monumentum sepulcri fieri iussit, cum, fractis ut erat iam tum viribus et infirma valetudine, instare sibi mortem praesentiret. Verum adumbrata haec hominis imago singulari quadam nota careret, si de ea sileremus caritate et pietate, qua Ecclesiam Matrem et Apostolicam hanc Sedem perpetuo prosecutus est : quod ipsum tum clarius apparuit, cum, in Oecumenica Vaticana Synodo, omnibus humanis rationibus necessitudinibusque posthabitis, saniores doctrinas professus ac tutatus est, et postea Leonis XIII non tam iussis et consiliis quam secretis optatis sic praesto fuit, ut, a compluribus e natione sua improbatur inconsulte inconsiderateque vituperatur, postremos vitae annos traduxerit hac ipsa de causa insuaves. Optimo igitur consilio venerabilis frater Alexius, Carthaginiensium Archiepiscopus, meliti decessoris sui centesimum ab ortu annum decrevit recolere, postulavitque ut eventi celebritatem, interposita auctoritate Nostra, augeremus: quod, spectata rei gravitate perpensisque iis, quae memoravimus, inlustris viri in Ecclesiam inque societatem hominumpromeritis, facimus equidem libenter, eoque libentius, quod Nobismet contigit, ut Mediolani familiariter ipso aliquamdiu uteremur. Itaque

servum bonum et fidelem, qui regnum Christi in Africa amplificare omni ope contendit, quo dignius, quasi praesentes, honestemus, te, dilecte fili Noster, Legatum Nostrum deligimus, qui sollemni eiusmodi commemorationi, Nostram gerens personam, ^praesideas. Optandum est, quotquot, eas terras incolunt, cuiuscumque sunt stirpis, et vel qui e nostris non sunt, omnes intellegant, Nos quidem, praedicando honorandoque defuncto patre suo, tot in eos auctore beneficiorum, voluisse iisdem gratifican, et velle item praesentia veluti Nostra - cum ad eas oras appuleris - renovatae Africae christianae consecrare gloriam, et laetiorem in dies segetem clero eorum locorum et Lavigerianae soboli ominari. Ad munus interea tuum fructuose obeundum conferat apostolica benedictio, quam, caelestium auspicem donorum paternaeque voluntatis Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, pariterque venerabili fratri Archiepiscopo Carthaginiensi eiusque gregi universo, peramanter in Domino impertimus.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum die xxv mensis augusti, in festo Sancti Ludovici Begis, anno sacro MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

PITTS PP. XI

II

AD VENERABILES FRATRES ERNESTUM PIOVELLA," ARCHIEPISCOPUM CALARITANUM, CLETUM CASSANI, ARCHIEPISCOPUM TURRITANUM, GEORGIUM DEL RIO, ARCHIEPISCOPUM ARBORENSEM, CETEROSQUE SARDINIAE EPISCOPOS: OFPICIOSIS LITTERIS EX COMMUNI CONVENTU DATIS RESPONDET.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Haud Nobis iniueunda ea accidit epistula, quam, cum ad consultandum de dioecesium vestrarum negotiis in unum convenissetis, observantiae studiique, quo Nos prosequeremini, testem, ad Nos communiter dedistis. Atque a vobismet ipsis placuit comperire, quibus reverentiae laetitiaeque significationibus insulae istius clerus populusque Cardinalem exceperit Sacro Consilio de Seminariis deque studiorum Universitatibus Praefectum, qui istuc, iussu Nostro, concessit ut lapidem auspicalem Seminarii lustraret ac iaceret, quod clericis totius regionis ad altiores disciplinas ad sanctitatemque vitae conformandis excitabitur. Quandoquidem vero beneficium eiusmodi - unde tam praeclaras prospicitis, item ac Nos, o b venturas insulae utilitates - et alia nonnulla a Nobis profecta memori animo recolitis, acceptam habemus probamusque studiosam ac piam voluntatem vestram, Deo gra-

tias agentes, cuius benignitate suppetit Nobis, unde et accuratum alumnorum in spem Ecclesiae*succrescentium institutioni et dioecesium paroeciarumque necessitatibus aliquo pacto consulamus. Nec minus vobis, venerabiles fratres, laudi tribuimus, quod decreta Concini Plenarii Sardiniensis, superiore anno habiti, coeundo dehberastis quemadmodum ad effectum adduceretis; libet praeterea gratulari, quod, quibusdam ex vobis ducibus, insulam non pauci, devictis superatisque romani itineris difficultatibus, ita in hac Alma Urbe versati sunt, ut amplissima et coram Nobis et sub civium advenarumque oculis pietatis suae testimonia exhibuerint. Scribitis quidem fore, ut alii e Sardinia filii, sui cuiusque Episcopi ductu, huc, reliquo Anni piacularis tempore, peregrini adveniant: quos profecto, cum Sardi ob suae fidei firmitatem ac vigorem sint Nobis carissimi, perlibenter admissuri atque allocuturi sumus. Caelestium interea donorum conciliatricem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, vobis, venerabiles fratres, et gregi uniuscuiusque vestro apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxiv mensis septembris, anno sacro MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI

III

AD R. P. D. ALEXANDRUM BERLIOZ, EPISCOPUM HACODATENSEM, QUINQUAGESIMUM SACERDOTII SUI NATALEM CELEBRATURUM.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Parisiensem Societatem ab sacris ad exteros Missionibus, inlustrium profecto evangelicae doctrinae praeconum altricem - quorum bene multi et martyrium fidei suae fecere et ad beatorum caelitum honores aut evecti iam sunt aut evehendi in posterum videntur - , novimus tibi, alumno suo, quinquagesimum sacerdotii natalem, quem proxime ages, omnibus laetitiis esse gratulaturam. Quibus quidem communibus sodalium tuorum officiis fieri nequaquam potest quin praeterea accedat gratulatio Nostra. Etenim nemo unus iam nunc ignorat, quanto Nos studio flagremus christianae veritatis humanitatis que latius inter ethnicas gentes proferendae: quod idem efficit, ut generosos viros, nobilissima in hac elaborantes palaestra, praecipua quadam caritate benevolentiae complectamur. At vero, non tam re in universum inspecta, quam causa ipsius tua, paternas has

tibi Litteras deberi putavimus, utpote qui, cum quinquaginta hos totos sacerdotii tui annos in traducendis ad Christum infidelibus actuose exegeris, tum dioecesim istam, per diuturnum item temporis spatium, sedulitate Episcopo missionali digna gubernaveris. Quo in genere - ut vitae tuae, austerae sane et pauperis et voluntaria castigatione asperae, institutum consuetudinemque praetereamus - constat, populares tuos, recenti terrae motus calamitate percussos, nullo abs te, quantum licuit, praesidio nullaque ope caruisse. Neque minus tibi in honorem laudemque vertitur, quod, religiosis ex Europa mulieribus, aliis alius congregationis, istuc accitis, immo etiam provecta cleri indigenae cooptatione atque institutione conditoque novo Sororum indigenarum sodalicio, socios consortesque laborum tuorum, summa cum dioecesis utilitate, multiplicaveris. Septimus igitur ac vicesimus proximi mensis dies, quem in diem natalis incidet sacerdotii tui quinquagesimus, tibi tuisque omnis solacii auctor divinorumque conciliatur munerum illucescat: quorum auspicem paternaeque voluntatis Nostrae testem, accipe apostolicam benedictionem, quam tibi, venerabilis frater, ita ut ad gregem tuum universum pertineat, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxix mensis septembris, anno sacro MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI

IV

AD R. D. FLORIANUM LA VALLEE, ANTISTITEM URBANUM, RECTOREM ATHENAEI CATHOLICI LUGDUNENSIS: QUINQUAGESIMO EXEUNTE ANNO AB ATHENAEO CONDITO.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Lugdunensem istam Catholicam studiorum Universitatem iucunde accepimus in eo esse, ut quinquagesimum natalem suum, qui dies erit quartus proximi mensis, feliciter agat. Etenim, statim ac lex illa apud vos lata est, catholicis e Gallia profecto exspectatissima, qua cavebatur ut altiores disciplinae libere tradi possent, Episcopi istarum regionum, quae inter meridiem solisque ortum spectant, opportuno sane consilio, ad studia optimarum artium alenda tuendamque uno tempore fidei integritatem, Magnum in urbe ista Lyceum, alia post aliam disciplina inducta, condere properarunt. In quo quidem nobilissimo sacrae profanaeque doctrinae domicilio, utpote quod

tot irdustribus magistris, iisdemque ob plurima edita magnique momenti volumina de animorum cultu egregie meritis, antehac floruerit hodieque floreat, mirari non licet si clerici ac sacerdotes, e dioecesibus Galliae et vel exterarum nationum istuc confluentes, tam solidam copiosamque rerum cognitionem sibi comparaverunt, et tam recte iuvenes laici ad christianae sapientiae principia et ad liberales artes conformati sunt. Unde factum est - quod fieri necesse erat - ut clerus, quem vos excoluistis, ad alumnos Seminariorum regundos atque erudiendos, itemque ad sacri ministerii exercitationem, se multo paratiorem instructioremque contulerit, et laici homines e palaestra ista ad docendum, ad ius dicendum petendumve, ad civilium quorumlibet officiorum perfunctionem idonei probatique, cum decore catholici nominis, accesserint et rehgionis causam, opportunitate data, susceperint strenueque egerint. At ea quoque laus Athenaei vestri magistris merito tribuitur, quod, hoc diuturno temporis spatio, nihil quicquam aut docuerint aut typis exscripserint, quod catholicae doctrinae repugnaret et in reprehensionem incurreret; iidem praeterea talem praestant abstinentiam nobihtatemque animi, ut exigua admodum laboris sui mercede contenti sint. Haec igitur tanta ab Athenaeo conlata in Ecclesiam et in Galliam beneficia, tamque praeclara eorum, qui ibidem docuerunt vel adhuc docent, promerita, quemadmodum Nosmet, Deo agentes gratias vobisque omnibus gratulantes, recolimus, ita vos decet, per hanc quinquagesimi natalis faustitatem, Lugduni commemorare sollemniter. Quae quidem sollemnis commemoratio id quoque utilitatis latura est, ut fideles regionum istarum intellegant, quam uberes ad hunc diem liberalitatem suam consecuti sint fructus et quantum sibi, ut Athenaeum amplificetur ac magis in dies floreat, supersit agendum. Coeptis interea vestris obsecundet divinamque opem conciliet apostolica benedictio, quam, paternae caritatis Nostrae testem, tibi, dilecte fili, et Athenaei doctoribus auditoribusque peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xvi mensis octobris, anno sacro MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

MONITUM

Declaratur pro norma Ordinariorum, praesertim Foederatorum Statuum Americae Septentrionalis et Ditionis Canadensis, Petrum Carolum Edmundum Lacombe, qui saepe etiam cognomina assumit *La Combe, Le Compte, La Compe,* quique hactenus tanquam sacerdos per varias dioeceses, videlicet Sherbrookensem, Mobiliensem, Baltimorensem, etc., peragratus est, uti talem recipi non posse, nec proinde ad celebrationem Missae et ad alia sacerdotalia munera exercenda admitti.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

OLOMUCEN.

VESTIS CHORALIS

Die 13 iunii 1925

SPECIES FACTI. — B. P. D. Archiepiscopus Olomucen. litteris die 16 decembris .1924 ad Pontificiam Commissionem Codicis canonibus authentice interpretandis praepositam datis, haec referebat:

« In numero canonicorum Metropolitanum Capitulum meum constituentium dúo in praesenti sunt Episcopi auxiliares. Iuxta can. 409, § 1, qui in dignitate episcopali sunt constituti in choro vestem episcopalem deferre debent. Ceteros autem omnes, qui episcopali non fulgent dignitate, canonicos et beneficiarios vestem sibi competentem in choro deferre oportere canon citatus edicit, adiecta sanctione: « secus censeantur tanquam absentes ».

« In metropolitana ecclesia mea haec praxis observatur: Canonici capitulares, Episcopis auxiliaribus non exceptis, *in sacello chorali,* ubi officia

divina, diebus feriatis et Dominicis ac festivis, necnon Missae sacrae diebus feriatis persolvuntur, uti solent mozetta super superpelliceo. Quando autem *in ecclesia metropolitana* diebus Dominicis et festivis Missae sacrificio assistunt vel ibidem officia divina persolvunt, adhibere solent cappam super rochetto, tempore hiemali cappam cum armellino et insignibus capitularibus.

« Hic modus inde ab immemorabili semper observatur et statutis capitularibus cappae super rochetto usum praescribentibus indiscriminatim tam canonicis capitularibus et dignitariis, qui Episcopi non sunt, quam eis, qui auxiliares Episcopi existunt, permittitur.

« Rogo nunc, ut benigne respondeatur ad quaestiones:

« I. Pertinetne sanctio: « secus censeantur tanquam absentes » ad utrum« que, quod in canone 409, § 1, adducitur, praescripti membrum, ita ut «non tantum canonici vestem praescriptam in choro non deferentes, sed « etiam Episcopi auxiliares, veste episcopali in choro non induti, censendi « sint tanquam absentes? »

« II. Suntne praescripto statutorum capitularium supra adducto Epi« scopi auxiliares excusari a deferenda in choro veste episcopali ?

« III. Possuntne Episcopi auxiliares, qui in choro pro episcopali veste « tantum capitulari utuntur, provocare ad immemorabilem consuetudi« nem in Capitulo observatam?

« IV. Potestne Episcopis auxiliaribus dum in choro Ecclesiae rnetro« politanae et non in sacello chorali in stallis assistunt, permitti usus cap« pae super rochetto, tempore hiemali cum armellino? »

Quum Pontificia Commissio pro authentica Codicis interpretatione, Archiepiscopi Olomucensis litteras ad Sacram hanc Congregationem transmisisset, de eorumdem dubiorum solutione in praesenti agendum est.

ANIMADVERSIONES. — Ad rectam vero dubiorum solutionem haec breviter atque perspicue animadvertenda sunt:

1. Etiam ante Codicem praescriptum erat, ut capitulares in dignitate episcopali constituti déferrent in choro vestem episcopalem. Unde S. R. Congregationi sequens dubium propositum fuit: « Petro Francisco Episcopo « Lacedemoniae suffraganeo et auxiliario Archiepiscopi Hispalensi demisse « supplicante declarari: An ipsi, uti archidiacono et canonico ecclesiae metro« politanae Hispalensi, liceat ingredi chorum et capitulum cum superpel« liceo et habitu canonicali ». Et S. R. C. in *Hispalen.,* 24 nov. 1703 respondit : « Teneri incedere cum habitu episcopali » *(Decreta auth.,* n. 2121).

2. Quinam vero sit habitus adhibendus ab Episcopo in choro, ipsa S. R. C. declaravit in *Mediolanen.,* 16 mart. 1833, ad 1 et 2, hisce verbis:

« Ratione episcopatus posse et debere uti habitu ordinario quo utuntur « Episcopi in Romana Curia, id est rocchetto supra subtanam et mantelle letto violacei coloris » *(Decreta auth.,* n. 2706).

3. Statuta capitularia, quae in hac re adversantur decretis S. R. C. et hodie praescripto can. 409, § 1, sunt profecto corrigenda ad normam can. 410.

4. Consuetudo contraria, nempe ut capitularis deferens vestem non debitam censeatur *praesens in choro* (quae profecto versatur in re disciplinari, non in re liturgica), si immemorabilis vel centenaria sit, eatenus tolerari potest, quatenus, ad normam can. 5, Ordinarius pro locorum ac personarum adiunctis existimet eam prudenter submoveri non posse. Stylus autem huius S. Consilii est ut, nulla exsistente peculiari causa tolerantiae, standum sit iuri Codicis. Si centenaria vel immemorabilis consuetudo non sit, ex praescripto can. 5 abrogata manet.

5. Verba can. 409, § 1, « secus censeantur tamquam absentes » referuntur profecto ad omnes capitulares, nimirum tum ad eos qui charactere episcopali carent, tum ad illos qui constituti sunt in dignitate episcopali. Sensus verborum perspicuus elucet. Ita etiam in iure antiquo. Cfr. Cappello, *De visitatione SS. Liminum,* I, p. 603 ss. Ita omnes interpretes Codicis, qui nullam faciunt distinctionem inter capitulares Episcopos et alios ad praefatam iuris sanctionem quod attinet. Cfr. v. g. Wernz-Vidal, *Ius canonicum ad normam Codicis,* II, n. 678.

Quibus mature perpensis, nullo negocio constabit quomodo dubia proposita a R. P. D. Archiepiscopo Olomucensi sint singillatim dimittenda.

RESOLUTIO. — Porro in plenario conventu Sacrae Congregationis Concilii die 13 iunii 1925 ad Vaticanum habito, propositis litteris R. P. D. Archiepiscopi Olomucensis, ad singulas quaestiones Emi Patres respondendum censuere ut sequitur:

Ad I. *Affirmative.*

Ad II *Negative.*

Ad III. *Affirmative* ad normam can. 5, si Ordinarius existimet huiusmodi consuetudinem immemorabilem prudenter submoveri non posse.

Ad IV. *Negative,* seu standum esse decreto S. R. O. in *Mediolanen.,* 16 mart. 1833 ad I et II (n. 2706) vel petendum indultum a Sacrorum Rituum Congregatione.

Facta autem de praemissis Ssmo Dno Nostro Pio div. Prov. PP. XI relatione per infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium, Sanctitas Sua, in audientia diei 20 eiusdem mensis et anni, datas resolutiones approbare et confirmare dignata est.

f Iulius, Episc. tit. Lampsacen., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

EPISTOLA

TRANSMITTITUR ORDINARIIS FORMULA CONSECRATIONIS GENERIS HUMANI SACRATISSIMO CORDI IESU.

Perillustris ac E.me Domine. - Gratum mihi accidit atque periucundum munus exsequi a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI mihi commissum transmittendi ad Amplitudinem Tuam formulam Consecrationis generis humani sacratissimo Cordi Iesu.

Qui quidem Consecrationis ritus, eiusdem Sanctissimi Domini nostri voluntate atque iussu, postrema die mensis decembris huius anni sancti, ea ratione perficiendus erit eisque servatis conditionibus, quae proximis apostolicis litteris manifestae fient.

Interim vero ad ea paranda, quae augustius et sanctius rei peragendae conferrent, illud visum est opportunum, ut singuli Sacrorum Antistites mature praenoscerent propositam praescriptamque Consecrationis formulam, cuius idcirco authenticum exemplar hisce inclusum litteris mittere cura fuit.

Dum autem Amplitudini Tuae fausta omnia precor a Domino, Tui permaneo

Datum Romae die 17 octobris 1925.

Addictissimus uti Frater

£8 A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. E. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

(Textus Latinus)

AD SACRATISSIMUM COR IESU FORMULA CONSECRATIONIS RECITANDA

Iesu duicissime, Redemptor humani generis, respice nos ad altare tuum humillime provolutos. Tui sumus, tui esse volumus; quo autem Tibi coniuncti firmius esse possimus, en Jiodie Sacratissimo Cordi Tuo se quisque nostrum sponte dedicat. Te quidem multi novere numquam; Te, spretis mandatis tuis, multi repudiarunt. Miserere utrorumque, benignissime Iesu; atque ad sanctum Cor tuum rape universos. Rex esto, Domine, nec fidelium tantum qui nullo tempore discessere a Te, sed etiam prodigorum filiorum qui Te reliquerunt: fac hos, ut domum paternam cito repetant, ne miseria et fame pereant. Rex esto eorum, quos aut opinionum error deceptos habet, aut discordia separatos, eosque ad portum veritatis atque ad unitatem fidei revoca, ut brevi fìat unum ovile et unus pastor. Rex esto eorum omnium, qui in tenebris idololatriae aut Islamismi adhuc versantur, eosque in lumen regnumque tuum vindicare ne renuas. Respice denique misericordiae oculis illius gentis filios, quae tamdiu populus electus fuit; et Sanguis, qui olim super eos invocatus est, nunc in illos quoque, redemptionis vitaeque lavacrum, descendat. Largire, Domine, Ecclesiae tuae securam cum incolumitate libertatem; largire cunctis gentibus tranquillitatem ordinis: perfice, ut ab utroque terrae vertice una resonet vox: Sit laus divino Cordi, per quod nobis parta salus: ipsi gloria et honor in saecula. Amen.

(Textus Italiens)

CONSACRAZIONE DEL GENERE UMANO AL SSMO CUORE DI GESÙ

O Gesù dolcissimo, o Redentore del genere umano, riguardate a noi umilmente prostesi dinanzi al vostro altare. Noi siamo vostri, e vostri vogliamo essere; e per poter vivere a Voi più strettamente congiunti, ecco che ognuno di noi oggi spontaneamente si consacra al vostro Sacratissimo Cuore. Molti purtroppo non Vi conobbero mai; molti, disprezzando i vostri comandamenti, Vi ripudiarono. O benignissimo Gesù, abbiate misericordia e degli uni e degli altri; e tutti quanti attirate al vostro Cuore santissimo. O Signore, siate il Re non solo de' fedeli che non si allontanarono mai da Voi, ma anche di quei figli prodighi che Vi abbandonarono; fate che questi quanto prima ritornino alla casa paterna, per non morire di miseria e di fame. Siate il Re di coloro che vivono nell'inganno dell'errore o per discordia da Voi separati; richiamateli al porto della verità e all'unità

della fede, affin che in breve si faccia un solo ovile sotto un solo Pastore. Siate il Re di tutti quelli che sono ancora avvolti nelle tenebre dell'idolatria o dell'Islamismo; e non ricusate di trarli tutti al lume e al regno vostro. Riguardate finalmente con occhio di misericordia i figli di quel popolo che un giorno fu il prediletto: scenda anche sopra di loro, lavacro di redenzione e di vita, il Sangue già sopra di essi invocato.

Largite, o Signore, incolumità e libertà sicura alla Vostra Chiesa; largite a tutti i popoli la tranquillità dell'ordine; fate che da un capo all'altro della terra risuoni quest'unica voce: Sia lode a quel Cuore divino da cui venne la nostra salute; a Lui si canti gloria e onore nei secoli. Così sia.

(Versio Gàllica)

CONSÉCRATION DU GENRE HUMAIN AU SACRÉ COEUR DE JÉSUS

Très doux Jésus, Rédempteur du genre humain, jetez un regard sur nous, qui sommes humblement prosternés devant votre autel. Nous sommes à vous, nous voulons être à vous; et, afin de vous être plus étroitement unis, voici que, en ce jour, chacun de nous se consacre spontanément à votre Sacré Cœur.

Beaucoup ne vous ont jamais connu; beaucoup ont méprisé vos commandements et vous ont renié. Miséricordieux Jésus, ayez pitié des uns et 'des autres et ramenez-les tous à votre Sacré Cœur.

Seigneur, soyez le Boi, non seulement des fidèles qui ne se sont jamais éloignés de vous, mais aussi des enfants prodigues qui vous ont abandonné; faites qu'ils rentrent bientôt dans la maison paternelle pour qu'ils ne périssent pas de misère et de faim.

Soyez le Boi de ceux qui vivent dans l'erreur ou que la discorde a séparés de vous; ramenez-les au port de la vérité et à l'unité de la foi, afin que bientôt il n'y ait plus qu'un seul troupeau et qu'un seul pasteur. Soyez le Boi de tous ceux qui sont encore égarés dans les ténèbres de l'idolâtrie ou de l'Islamisme, et ne refusez pas de les attirer tous à la lumière de votre royaume. Begardez enfin avec miséricorde les enfants de ce peuple qui fut jadis votre préféré; que sur eux aussi descende, mais aujourd'hui en baptême de vie et de rédemption, le Sang qu'autrefois ils appelaient sur leurs têtes.

Accordez, Seigneur, à votre Eglise une liberté sûre et sans entraves; accordez à tous les peuples l'ordre et la paix; faites que, d'un pôle du monde à l'autre, une seule voix retentisse: Loué soit le Divin Cœur qui nous a acquis le salut, à Lui honneur et gloire dans tous les siècles. Ainsi soit-il.

(Versio Anglica)

CONSECRATION OF THE HUMAN RACE TO THE SACRED HEART OF JESUS

Most sweet Jesus, Redeemer of the human race, look down upon us humbly prostrate before Thy altar. We are Thine, and Thine we wish to be; but, to be more surely united with Thee, behold each one of us freely consecrates himself today to Thy most Sacred Heart. Many indeed have never known Thee; many too, despising Thy precepts, have rejected Thee. Have mercy on them all, most merciful Jesus, and draw them to Thy Sacred Heart. Be Thou King, O Lord, not only of the faithful who have never forsaken Thee, but also of the prodigal children who have abandoned Thee; grant that they may quickly return to their Father's house lest they die of wretchedness and hunger. Be Thou King of those who are deceived by erroneous opinions, or whom discord keeps aloof, and call them back to the harbor of truth and unity of faith, so that soon there may be but one flock and one Shepherd. Be Thou King of all those who are still involved in the darkness of idolatry or of Islamism, and refuse not to draw them all into the light and kingdom of God. Turn Thine eyes of mercy toward the children of that race, once thy chosen people. Of old they called down upon themselves the Blood of the Saviour; may It now descend upon them a laver of redemption and of life. Grant, O Lord, to Thy Church assurance of freedom and immunity from harm; give peace and order to all nations, and make the earth resound from pole to pole with one cry: Praise to the divine Heart that wrought our salvation; to It be glory and honor forever. Amen.

(Versio Germanica)

WEIHE DES MENSCHENGESCHLECHTES AN DAS HEILIGSTE HERZ IESU

O liebster Jesus, Erlöser des Menschengeschlechtes, bücke auf uns herab, die wir uns in Demut vor deinem Altare niedergeworfen haben: dein sind wir und dein wollen wir sein. Damit wir aber immer inniger mit dir verbunden sein mögen, siehe darum weiht sich heute jeder von uns freudig deinem heiligsten Herzen. - Viele haben dich leider niemals erkannt, viele haben deine Gebote verachtet und dich von sich gestossen. Erbarme dich ihrer aller, o gütigster Jesus, und ziehe alle an dein heiligstes Herz. Sei du, o Herr, König nicht bloss über die Gläubigen, die nie von dir gewichen sind, sondern auch über die verlorenen Söhne, die dich verlassen haben. Gib, dass diese bald ins Vaterhaus zurückkehren, damit sie nicht vor

Elend und Hunger zugrunde gehen. Sei du König auch über die, welche durch Irrlehre getäuscht oder durch Spaltung von dir getrennt sind; rufe sie zur sicheren Stätte der Wahrheit und zur Einheit des Glaubens zurück, damit bald nur eine Herde und ein Hirt werde. Sei du König über alle diejenigen, welche immer noch vom alten Wahn des Heidentums oder des Islams umfangen sind; entreisse sie der Finsternis und führe sie alle zum Lichte und Reiche Gottes. Bücke endlich voll Erbarmen auf die Kinder des Volkes, das ehedem das auserwählte war. Möge das Blut, das einst auf sie herabgerufen wurde, als Bad der Erlösung und des Lebens auch über sie fliessen. Verleihe, o Herr, deiner Kirche Wohlfahrt, Sicherheit und Freiheit; verleihe allen Völkern Buhe und Ordnung. Gib, dass von einem Ende der Erde bis zum andern der gleiche Buf erschalle: Lob sei dem göttlichen Herzen, durch welches uns das Heil gekommen ist; ihm sei Buhm und Ehre in Ewigkeit. Amen.

(Versio Hispanica)

CONSAGRACIÓN DEL GÉNERO HUMANO AL SAGRADO CORAZÓN DE JESÚS

Dulcísimo Jesús, Bedentor del género humano, miradnos humildemente postrados delante de vuestro altar: vuestros somos y vuestros queremos ser: y a fin de poder vivir más estrechamente unidos con Vos, todos y cada uno espontáneamente nos consagramos en este día a vuestro Sacratísimo Corazón.

Muchos, por desgracia, jamás os han conocido: muchos, despreciando vuestros mandamientos, os han desechado. Oh Jesús benignísimo, compadeceos de los unos y de los otros, y atraedlos a todos a vuestro Corazón Santísimo.

Oh Señor, sed Bey, no solo de los hijos fieles que jamás se han alejado de Vos, sino también de los pródigos que os han abandonado; haced que vuelvan pronto a la casa paterna, porque no perezcan de hambre y de miseria. Sed Bey de aquellos que, por seducción del error o por espíritu de discordia, viven separados de Vos: devolvedlos al puerto de la verdad y a la unidad de la fe, para que en breve se forme un solo rebaño bajo un solo Pastor. Sed Bey de los que permanecen todavía envueltos en las tinieblas de la idolatría o del Islamismo; dignaos atraerlos a todos a la luz de vuestro reino. Mirad finalmente con ojos de misericordia a los hijos de aquel pueblo que en otro tiempo fué vuestro predilecto; descienda también sobre ellos, bautismo de redención y de vida, la Sangre que un día contra sí reclamaron. Conceded oh Señor, incolumidad y libertad segura a vuestra Igle-

sia; otorgad a todos los pueblos la tranquilidad en el orden; haced que del uno al otro confín de la tierra no resuene sino esta voz: Alabado sea el Corazón divino, causa de nuestra salud; a Él se entonen cánticos de honor y de gloria por los siglos de los siglos. Asi sea.

(Versio Lusitana)

CONSAGRAÇÃO DO GÉNERO HUMANO AO SAGRADO CORAÇÃO DE JESUS

Dulcíssimo Jesus, Redentor do género humano, lançai sobre nós que humildemente estamos prostrados diante do Vosso altar, os Vossos olhares. Nós somos e queremos ser Vossos; e, a fim de podermos viver mais intimamente unidos a Vós, cada um de nós se consagra espontaneamente neste dia ao Vosso sacratíssimo Coração. Muitos ha que nunca Vos conheceram; muitos, desprezando os Vossos mandamentos, Vos renegaram. Benigníssimo Jesus, tende piedade duns e doutros e trazei-os todos ao Vosso sagrado Coração. Senhor, sede rei nâo somente dos fieis que nunca de Vós se afastaram, mas também dos filhos pródigos que Vos abandonaram; fazei que estes tornem quanto antes á casa paterna para nâo perecerem de miséria e de fome. Sede rei dos que vivem iludidos no erro ou separados de Vós pela discórdia; trazei-os ao porto da verdade e á unidade da fé, a fim de que em breve haja um só rebanho e um só pastor. Sede rei de todos aqueles que estão ainda sepultos nas trevas da idolatria e do islamismo, e nâo recuseis conduzi-los todos á luz e ao reino de Deus. Volvei enfim um olhar de misericórdia aos filhos do que foi outrora Vosso povo escolhido; desça também sobre eles, num baptismo de redenção e de vida, aquele sangue um dia sobre si invocaram. Senhor, conservai incólume a Vossa Igreja e dai-lhe uma liberdade segura e sem peias; concedei ordem e paz a todos os povos; fazei que dum polo a outro do mundo resôe uma só voz: Louvado seja o Coração divino, que nos trouxe a salvação; honra e glória a Êle por todos os séculos. Amén.

(Versio Polonica)

AKT POŚWIĘCENIA CAŁEGO RODU LUDZKIEGO NAJŚWIĘTSZEMU SERCU JEZUSOWEMU

O Jezu Najsłodszy, Odkupicielu rodzaju ludzkiego, wejrzyj na nas korzących się u stóp ołtarza Twego. Twoją jesteśmy własnością i do Ciebie należeć chcemy; oto dzisiaj każdy z nas oddaje się dobrowolnie Najświętszemu Sercu Twemu, aby jeszcze ściślej zjednoczyć się z Tobą. Wielu nie zna Ciebie wcale; wielu odwróciło się od Ciebie, wzgardziwszy przykazaniami Twemi. Zlituj się nad jednymi i drugimi, o Jezu Najłaskawszy, i

pociągnij wszystkich do Świętego Serca, Swego. Królem bądź nam, o Panie, nietylko wiernym, którzy nigdy nie odstąpili od Ciebie, ale i synom marnotrawnym, którzy Cię opuścili. Spraw, aby do domu rodzicielskiego wrócili co prędzej i nie zginęli z nędzy i głodu. Króluj tym, których albo błędne mniemania uwiodły, albo niezgoda oddziela; przywiedź ich do przystani prawdy i jedności wiary, aby rychło nastała jedna owczarnia i jeden pasterz. Królem bądź tych wszystkich, którzy jeszcze błąkają się w ciemnościach pogaństwa lub islamizmu, i racz ich przywieść do światła i królestwa Bożego. Wejrzyj wreszcie okiem miłosierdzia Swego na synów tego narodu, który był niegdyś narodem szczególnie umiłowanym. Mechaj spłynie i na nich, jako zdrój odkupienia i życia, ta Krew, którą oni niegdyś wzywali na siebie. Zachowaj Kościół Swój, o Panie, i użycz mu bezpiecznej wolności. Użycz wszystkim*narodom spokoju i ładu. Spraw, aby ze wszystkiej ziemi od końca do końca, jeden brzmiał głos: Chwała bądź Bożemu Sercu, przez które nam stało się zbawienie; Jemu cześć i chwała na wieki. Amen.

S. CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

DECRETUM

BE RELATIONE SUPER STATU SEMINARIORUM SINGULIS TRIENNIIS TRANSMITTENDA.

Quo uberiore cum fructu Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus munere suo gravissimo perfungi valeat, omnino necesse est ut de Seminariorum statu ac conditione saepe et accurate certior fiat.

Itaque, de mandato Ssmi D. N. Pii PP. XI, Sacra eadem Congregatio quae sequuntur decernit:

1. Omnes locorum Ordinarii tenentur, singulis trienniis, relationem Sacrae huic Congregationi facere super Seminarii statu, secundum formulam praesenti decreto adiectam.

2. Ordinarius qui Seminario praesit Interdioecesano vel Regionali, de eo etiam, iuxta quaestiones in formula positas, referat.

3. Triennia sunt fixa et computantur a die I[a] ianuarii huius anni 1924. In hoc primo triennii anno relationem exhibere debent Ordinarii Italiae,

Galliae, Hispaniae Insularumque adiacentium; in altero, ceteri Europae Ordinarii; in tertio Ordinarii Americae universi.

Et ita per vices continuas singulis quae sequentur trienniis.

4. Relatio lingua latina conscribenda est, et ab ipso Ordinario subsignanda, adiectis die, mense et anno quibus data fuerit.

5. In relatione danda, responderi debet accurate et plene ad singulas quaestiones quae in formula ponuntur.

6. Si, durante triennio quod relationem sequetur, textus quidam praelectionum cursus Philosophiae, Theologiae, S. Scripturae, Iuris Canonici, mutetur, id statim ad Sacram hanc Congregationem referatur.

7. Praesenti decreto nihil derogatur de lege relationis super Seminario S. Congregationi Concistoriali exhibendae, quum ad eamdem Sacram Congregationem de statu dioecesis, ad normam, can. 340, debet referri.

Datum Romae e Secretaria Sacrae Congregationis de Seminariis et studiorum universitatibus, die 2 februarii 1924.

C. CARD. BISLETI, *Praefectus.*

L. © S.

t Iacobus Sinibaldi, Ep. tit. Tiberien., *Secretarius.*

FORMULA SERVANDA IN RELATIONE DE STATU SEMINARII

Art. I. - *De Seminarii constitutione et aedibus*

1. Utrum dioecesi proprium sit Seminarium: (can. 1354 § 1) quando et quo documento constitutum, an distinctum in maius et minus (can. 1354 §2), an saltem debitae cautelae adhibeantur ut aetate minores et maiores seorsim instituantur, cum disciplina uniuscuiusque aetatis propria.

Si dioecesis Seminario careat, an servetur can. 1354 § 3.

2. Quae sit Seminarii fabrica, quot alumnos possit capere: an disciplinae et valetudinis tuendae legibus respondeat.

3. Utrum adsit rusticationis domus, et ibi alumni saltem maxima ex parte temporis maiores agant ferias.

Art. II. - *De reditibus, expensis et oneribus*

4. Quinam sint Seminarii annui reditus, sive certi sive incerti, et quaenam expensae.

5. Si Seminarii reditus deficiant, an can. 1355, 1356, serventur.

6. An rite satisfiat oneribus Missarum aliisque obligationibus pus vel alterius generis.

7. An Seminarium aere alieno gravetur, quanto, quanam ex causa, an affulgeat spes debitis satisfaciendi.

Art. III. - *De personis*

8. Quinam sit Rector, quales eius dotes et aetas (can. 642 § 1 n. 2, § 2; 1360).

9. Quot alii Rectorem in regimine adiuvent. Utrum adsint Praefecti contuberniorum, ex ordine sacerdotum vel ex ipsis alumnis assumpti, et hi aequis polleant virtutibus et munere suo naviter perfungantur.

10. Utrum sit Magister Pietatis, seu Director Spiritualis, debita prudentia, doctrina, pietate ornatus, qui in Seminario degat, nulloque alio officio implicetur (can. 642 § 1 n. 2, § 2; 1358; 1360). - An praeter ipsum adsint alii confessarii, sive ordinarii sive extraordinarii et praecepta can. 1361 § 1-2, custodiantur.

11. Utrum circa Magistrorum electionem, pietatem, morum doctrinaeque integritatem, idoneitatem, diligentiam, numerum, serventur quae a can. 1360 § 1; 1366 § 1; 642 § 1 n. 2, § 2; 1366 § 2; 1406 § 1 n. 7, 1366 § 3, praecepta sunt.

1.2. An S. Scripturae Magister peculiarem, eamque rectam, in Sacrae Scripturae scientia institutionem nactus sit, et solida, tum philosophica tum theologica, doctrina emineat.

13. Quinam sit Praefectus Studiorum.

14. Quinam Oeconomus, et utrum dependenter ab Episcopo et Rectore patrimonium, Seminarii diligenter administret (can. 642 § 1 n. 2, § 2; 1358, 1360,).

15. An serventur regulae can. 1359 circa Deputatos.

16. Si Seminarium a Congregatione aliqua religiosa regatur, indicetur quaenam sit haec Congregatio, quando, quibusnam condicionibus, et an de S. Sedis venia curam pii Instituti susceperit, et an praefatis condicionibus satisfaciat.

17. Quot sint in praesens Seminarii alumni interni, an eorum numerus par sit dioecesis necessitatibus, an can. 1363 servetur in alumnorum admissione in Seminarium.

18. An et quot sint alumni externi, qua de causa, et an fieri possit ut ipsi quamprimum in Seminarium ingrediantur; interim quaenam de ipsis sit cura.

19. An et quot extra dioecesim alumni instituantur, ubi et qua de causa; et vicissim, an clerici alterius dioecesis in Seminarium dioecesanum recepti sint, quot, quarum dioecesium, et quibusnam de causis.

20. Quot sint famuli, qua cura seligantur et quomodo caveatur ut in-pietate et ordine serventur et officiis suis satisfaciant. - Quod si Religiosae Sorores suam Seminario operam navent, indicetur earum Congregatio et agendi ratio et an Seminarii partem incolant omnino separatam.

Art. IV. - *De pietate et disciplina*

21. Quomodo pietas in Seminario excolatur, an Communio frequens et quotidiana promoveatur; an praescripta serventur can. 1367.

22. Utrum sint statuta Seminario propria (can. 1357 § 3) et adamussim serventur, (can. 1369 § 1).

23. Quomodo se gerant alumni erga Superiores, erga seipsos, erga socios, an erudiantur de legibus urbanitatis et praeceptis hygienicis (can. 1369 § 2).

24. Numquid aliquando perturbationes aut scandala praeterito tempore in Seminario obvenerint, et an forte (quod Deus avertat) adhuc habeantur, et quaenam reputetur horum maiorum causa.

25. Utrum quoad alumnorum correctionem et expulsionem serventur quae can. 1371 praecepta sunt.

26. An alumni prohibeantur a lectione librorum et diariorum, quae, quamvis in se non noxia, eos tamen a studiis distrahere possunt.

27. Si alumni ad suos tempore vacationum revertantur, quaenam de hac re normae praescriptae sint in dioecesi.

28. Utrum Seminarii alumni prohibeantur a laicis Universitatibus celebrandis (Decr. S. C. Consist., 30 aprilis 1918).

29. Si Sacrorum alumni servitium militare obire coguntur, quae cautelae adhibeantur ut dum militant honestam vitam agant. - An Seminarii alumni a militiae stipendiis dimissi, nonnisi post debitam et maturam probationem promoveantur ad sacros Ordines.

Art. V. - *De studiis*

30. Quot annis, qua methodo, quorum auctorum textibus humaniora studia perficiantur. An praeter linguas latinam, graecam et propriae nationis etiam aliae disciplinae tradantur et quaenam; an curae sit ut tyrones apprime addiscant linguam latinam, iuxta can. 1364 § 2, et epistolam Ssmi D. N. Pii PP. XI ad Emum Card. Bisleti diei 1 augusti 1922. Quinam alumnorum profectus.

31. Utrum cursus phüosophieus ad can. 1365 § .1 conficiatur. Quinam libri in eo praelegantur. Quo idiomate et qua methodo Philosophia scholastica tradatur (can. 1366 § 2, et epist, praefata S. P. Pii XI). Quinam alumnorum profectus.

32. Utrum cursus quoque theologicus, iuxta can. 1365 §§ 2, 3; 1366 § 2, et epistolam Pii XI perficiatur. Quo idiomate, quibus praelectionum textibus Theologia Dogmatica, Moralis, Sacra Scriptura, Ius Canonicum et ceterae disciplinae tradantur. Quinam alumnorum profectus.

33. Praesertim si Seminarium gaudeat facultate conferendi gradus academicos in sacra Theologia, an Summa S. Thomae, una cum aliquo probato textu, qui ordinem logicum quaestionum indicet et partem positivam contineat, habeatur prae manibus in schola sacrae Theologiae (Decr. huius S. Congregationis, 7 martii 1916).

34. Utrum et quo modo fiant examina finaha.

35. Quod si Seminarium careat facultate conferendi gradus academicos, an provisum sit ut maioris spei clerici in aliqua pontificia Universitate instituantur ut gradus obtineant academicos (can. 1380).

36. An adsint aulae cum apparatu necessario ad studium historiae naturalis et cum instrumentis opportunis ad studium physices.

37. An adsit bibliotheca, et utrum hbris instructa sufficientibus, tam pro alumnis quam pro magistris.

Art. VI. - *De Sacris Ordinationibus*

38. Utrum serventur quae hac de re Codex praecipit (can. 975, 976, 977, 978, 1001, 1006 § 2 et 3, 1009).

Art. VII. - *De nonnullis peculiaribus Ordinarii officiis*

39. Utrum Ordinarius saepe per annum Seminarium invisat iuxta can. 1357 § 2, et sedulo vigilet ut Rector, aliique Seminarii Moderatores ac Magistri munere suo rite fungantur (can. 1369 § 3).

40. An urgeat observantiam can. 1353.

41. Utrum « Opus Vocationum ecclesiasticarum » instituent vel curet ut quam primum instituatur (epistola Ssmi D. N. Pii PP. XI ad Emum Card. Bisleti).

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

ALEXANDRIN. ARMENORUM

NULLITATIS MATRIMONII (ETTORE-ABCARIUS)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Maximiliani Abcarius in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94), die 4ª ianuarii 1926, hora IIª, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus rotalis pro causae definitione:

An constet de nullitate matrimonii in casu f

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Domini Maximiliani Abcarius curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

F. Parrillo, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 27 octobris 1925.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Monsieur Max Abcarius, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procurer légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le 4 Janvier 1926, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

Consie-t-ïl de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Monsieur Max Abcarius, devront, dans la mesure «du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato 31 ottobre, il Santo Padre ha ricevuto in Udienza di formalità Sua Eccellenza il Signor JORGE SAENZ, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Bolivia, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

AVVISO

Si rende noto che le iscrizioni per la pratica del diritto presso lo *Studio* della Sacra Congregazione si chiuderanno il 30 novembre prossimo.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 27 ottobre 1925, presso l'Emo e Rmo Signor Cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Ven. Serva di Dio Giovanna Antida Thouret, Fondatrice delle Suore della Carità, si è tenuta la Congregazione *Antipreparatoria* dei Sacri Biti, nella quale dai Emi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima si è discusso il dubbio su tre miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione della stessa Ven. Serva di Dio, i quali vengono proposti per la sua Beatificazione.

SACRA PENITENZIERIA APOSTOLICA

AVVISO DI CONCORSO

Nel Tribunale della Sacra Penitenzieria Apostolica avrà luogo un concorso per due posti di Officiale minore, uno dei quali per la Sezione delle Indulgenze.

I sacerdoti che volessero prendervi parte, purché non abbiano oltrepassato il 35° anno di età, dovranno presentare alla Segreteria dello stesso Tribunale, entro il 10 dicembre prossimo, la domanda corredata del *nulla osta* del rispet-

tivo Ordinario e del Vicariato di Eoma, insieme ad altri documenti che crederanno necessario ed opportuno di esibire.

Il concorso per l'Ufficio della Sezione Indulgenze, consistente in una prova soltanto scritta, verserà su temi riguardanti le concessioni e l'uso delle Indukgenze, e avrà luogo il giorno 14 dicembre corr. anno.

Il concorso per l'altro Ufficio, consistente in una prova scritta ed in una orale, verserà su temi di teologia morale e di diritto canonico ; la prova scritta avrà luogo il giorno 12 dicembre corr. anno, la prova orale il giorno 15 dello stesso mese.

Le prove scritte incominceranno alle ore 8; la prova orale alle ore *9,30* presso la Segreteria della S. Penitenzieria, Via del S. Uffìzio, n. 5.

S. Luzio, *Reggente.*

SACRA ROMANA ROTA

Venerdì, 16 ottobre, all'augusta presenza del Santo Padre fu solennemente inaugurato l'anno giuridico della S. Rota nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento dei Signori Uditori, Ufficiali e Avvocati.

Avutane licenza da Sua Santità, il Pro-Decano degli Uditori, Mons. Massimo Massimi, lesse il seguente indirizzo:

Beatissimo Padre,

« Le innumerabili udienze, che in questo anno, così promettente per la Chiesa di Dio, la Santità Vostra accorda alle turbe dei figli, accorsi da ogni parte del mondo, ci avrebbero consigliato di astenerci dal comparire alla Vostra augusta presenza, per nulla assorbire di un tempo tanto prezioso.

« Ma come potremmo inaugurare l'anno giuridico della Rota, senza presentarci al Vostro Trono, per render conto del lavoro compiuto e implorare la benedizione su quello da compiere? \^

« Procurammo di mantenere i propositi, fatti or è un anno, e, ciò che è tangibile, vale a dire la quantità del lavoro, sembra parlare a nostro favore, che, non ostante la infermità di due Uditori, salì a *cinquantadue* il numero delle cause decise con sentenza definitiva.

« Ora, rinnovando il proponimento di adempiere nel modo migliore il nostro dovere, leviamo a Dio la preghiera, chiedendo, insieme con la luce, per giudicare rettamente, anche la forza per non lasciarci deviare da alcun umano riguardo. Armati di fortezza, potremo resistere a ogni timore, non curando di incontrare per la giustizia l'ira o l'antipatia altrui, e a ogni lusinga, mostrando con i fatti che una è per tutti la legge.

« Poco fa eravamo innanzi all'Ostia salutare, sorgente di luce e di forza, e invocavamo lo Spirito di Gesù, Spirito di consiglio e di fortezza. C'incoraggiava

la dolce visione di Maria, ricordandoci le ispirate parole, che ben a ragione la Chiesa pone sul labbro di Lei: *Mea est prudentia, mea est fortitudo... in viis iustitiae ambulo... ut ditem diligentes me ».*

« A questa sì cara speranza aggiungete la Vostra benedizione, o Beatissimo Padre, cui fu data in gran copia prudenza e fortezza; estendetela a quanti appartengono al nostro Tribunale. E la benedizione del Padre gioverà a rendere prudenti e forti i figli ».

All'indirizzo di Mons. Pro-Decano, Sua Santità rispondeva molto benevolmente, che avrebbero fatto male gli Uditori, se si fossero appresi al partito di non presentarsi al Suo Trono, in quest'Anno Santo. Nè le molte udienze, ne altre occupazioni Gli avrebbero impedito di sentir dolore per l'assenza dei componenti la Rota, la Sua Rota, che amministra la giustizia in Suo nome.

Si rallegrava del molto lavoro compiuto nell'anno giuridico decorso, ben sapendo quante difficoltà importi la natura stessa di tale lavoro, lungo e complesso.

La preghiera, tendente alla luce e alla forza, era felicemente ispirata, rispondendo alle due condizioni della retta amministrazione della giustizia.

Gli Uditori, cui la saggia legislazione della Chiesa assicura perfetta indipendenza, non si sarebbero lasciati nè intimidire, nè adescare, nè vincere da un sentimento di falsa compassione, a danno della verità e della giustizia. Educati e cresciuti alla scuola delle celesti cose avrebbero ben adempiuto il loro dovere, dando a ciascuno la ragione voluta e dovuta.

Ricordava il Santo Padre la pagina della Scrittura in cui si parla dell'adunanza, nella quale entra un uomo che ha l'anello d'oro e il vestimento splendido, ed entra anche un povero in sordida veste, e al primo si dice: « Siedi tu qui in luogo d'onore »; al povero poi: « Tu siedi sotto lo sgabello dei miei piedi ». Sua Santità aveva piena certezza che nulla di simile sarebbe mai avvenuto in Rota.

Incoraggiati dai lieti auspici, eucaristici e mariani, i componenti il S. Tribunale continuassero a chiedere allo Spirito Santo, servendosi della bella formula liturgica, « la luce per vedere le cose da fare, la forza per adempiere le cose vedute ».

Impartiva quindi con affetto la Benedizione Apostolica.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato nominare:

24 settembre 1925. L'Emo Sig. Card. Evaristo Lucidi, *Membro della Pont. Commissione per V interpretazione del Codice di diritto Canonico.*

24 settembre 1925. Il Revmo P. Felice M. Cappello, S. I., *Consultore delia medesima Commissione Pontificia.*

22 ottobre » Il M. R. P. Maestro Marco Sales, O. P., *Maestro dei Saeri Palazzi Apostolici.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

5 maggio 1925. L'Emo Sig. Card. Luigi Sincero, *Protettore dell'Associazione Cattolica detta dei Cavalieri di S. Giorgio, negli Stati Uniti d'America.*

18 agosto » L'Emo Sig. Card. Michele Lega, *Protettore dell'Arciconfraternita del Santissimo Crocifisso in Longiano, (Faenza).*

25 » » L'Emo Sig. Card. Luigi Sincero, *Protettore delle Suore di Sant'Anna a Lachine nel Canada.*

» » » L'Emo Sig. Card. Luigi Sincero, *Protettore della Congregazione delle Suore dei Ssmi Nomi di Gesù e Maria di Eochelaga nel Canada.*

4 settembre » L'Emo Sig. Card. Achille Locatelli, *Protettore dell'Arciconfraternita di Gesù, Maria e Giuseppe (Boma).*

Assistente al Soglio Pontificio:

21 agosto 1925. Monsig. Eugenio Allys, vescovo titolare di Facusa, Vicario Apostolico di Hué.

Protonotari Apostolici ad instar participantium*

23 giugno 1922. Monsig. Bogumilo Czerkievicz, della diocesi di Kielce.

16 maggio 1925. Monsig. Giovanni D. Biden, della diocesi di Buffalo.

» » » Monsig. Giorgio Beinhold, dell'arehidiocesi di Vienna.

22 » » Monsig. Francesco Duvina, dell'arehidiocesi di Torino.

23 » » Monsig. Giovanni Cawley, della diocesi di Los Angeles (California).

9 luglio » Monsig. Camillo Boy, dell'arehidiocesi di Québec.

25 agosto » Monsig. Federico Brenner (Banato).

29 » » Monsig. Francesco Gutjahr della diocesi di Seco via.

6 settembre » Monsig. Corrado Steinmann, della diocesi di Hildesheim.

Prelati domestici di S. S.:

23 giugno 1922. Monsig. Bronislao Obuchowicz, della diocesi di Kielce.

27 settembre » Monsig. Ludovico Gawroñski, della medesima diocesi.

28	*aprile*	*1925.*	**Monsig. Bernardo Enrico Ter Woert, della diócesi di Newark (S. U. A.).**
8	*maggio*	»	**Monsig. Giovanni Evers (Olanda).**
9	»		**Monsig. Enrico Endres, della diocesi di Spira.**
13	»		**Monsig. Emmanuele Silveira Barradas, della dioeesi di Evora.**
16	»		**Monsig. Edmondo J. Britt, della diocesi di Buffalo.**
»	»		**Monsig. Alessandro Pittas, della medesima diocesi**
18	»		**Monsig. Giorgio Weber, della medesima diocesi.**
22	»		**Monsig. Biagio Eajic, dell'amministrazione apostolica di Backa.**
»	»	»	**Monsig. Mattia Marton, della medesima amministrazione apostolica.**
»	»	»	**Monsig. Elia Kujundzie, della medesima amministrazione apostolica.**
27	»	»	**Monsig. Giovanni Battista Mauduit, della diocesi di Coutances.**
3	*giugno*		**Monsig. Edoardo H. Mooney, della diocesi di Cleveland.**
22	*luglio*		**Monsig. Francesco Noël, della diocesi di Tournai.**
18	*agosto*		**Monsig. Antonio Pulito, della diocesi di Télese.**
20	»		**Monsig. Giuseppe Baglioni, della dioeesi di Orvieto.**
			Monsig. Giuseppe Biccobaldi, della diocesi di Sarzana.
			Monsig. Angelo Pacetti, della diocesi di Orvieto.
21	»		**Monsig. Enrico Ardoin, della diocesi di Fréjus.**
24	»		**Mons g. Giovanni Tomazié, della diocesi di Lavant.**
25	»		**Monsig.-Giuseppe Alfonso Leçuyer, della diocesi di Sault-Ste-Marie (Canada).**
»	»		**Monsig. Bernardo Henrico Diamond, della diocesi di Dallas.**
28	»		**Monsig. Epifanio Monaco, della diocesi di Calvi e Teano.**
»	»		**Monsig. Giovanni Giuseppe Del Vecchio, della medesima diocesi.**
29	»		**Monsig. Guglielmo Lee, della diocesi di Clifton.**
31	»		**Monsig. Giovanni Weckerle, della diocesi di Magonza.**
5	*settembre*		**Monsig. Emmanuele Bubio Cercas, della diocesi di Madrid.**
19	»		**Monsig. Pietro Sommariva, dell'arehidiocesi di Milano.**
22	»		**Monsig. Emilio Jaij, della diocesi di Annecy.**
»	»		**Monsig. Agostino Saint Amans, della diocesi di Costantina.**
24	«		**Monsig. Alessandro Paglia, della diocesi di Foligno.**

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Commenda eon placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

25 maggio 1925. Al sig. D. Tommaso Quirk, dell'archidiocesi di Filadelfia.

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

17 settembre 1925. Al sig. avv. Angelo Cattaneo, della diocesi di Bergamo.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

5 maggio 1925. Al sig. Giovanni F. A. M. Wierdels, della diocesi di Bois-le-Duc.
» » » Al sig. Costanzo Alessandro Alessio Wubbe, della diocesi di Harlem.
» » » Al sig. Gualtiero Münstermann, della diocesi di Paderborn.
8 » » Al sig. dott. Gaetano Spindler, della diocesi di Secovia.
10 » » Al sig. Matteo Enrico Giovanni Willibrordo Eijcken, della diocesi di Bois-le-Duc.
20 » » Al sig. Francesco Saverio Bicci (Roma).
21 » » Al sig. Marino A. M. Waszink, della diocesi di Ruremonda.
28 » » Al sig. Eugenio Leone Delahaye, dell'archidiocesi di Rennes.
» » » Al sig. Enrico Ludovico Gille, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Ludovico Oberthür, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. visconte Enrico Maria Le Bouteiller, della medesima archidiocesi.
8 giugno » Al sig. Chiaffredo Giovenale, della diocesi di Possano.
4 agosto » Al sig. Augusto Lannoye, deU'archidiocesi di Malines.
19 » » Al sig. Carlo Sebastiano Janssens, della diocesi di Bois-le-Duc.
25 » » Al sig. dott. Francesco De Secondi, dell'archidiocesi di Torino.
31 » » Al sig. Lieto Leti, della diocesi di Civitavecchia.
» » Al sig. Leonardo Giovanni Guglielmo Smit, della diocesi di Breda.
» » » Al sig. Guglielmo Del Pero, dell'archidiocesi di Torino.
» » » Al sig. Alberto Duclion, dell'archidiocesi di Bordeaux.
14 settembre » Al sig. dott. Giovanni Cisele, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.
21 » » Al sig. Edoardo Jaksch, della diocesi di Cinque Chiese.
24 » » Al sig. Emilio Boiteux, della diocesi di Metz.
25 » » Al sig. Cesare Bazzetti, della diocesi di Bobbio.

La Gran Croce dell'Ordine di San Silvestro Papa:

20 agosto 1925. Al sig. Edoardo Diez de Medina, ministro degli Esteri di Bolivia.
23 settembre » Al sig. Don Ramon Garcia Gonzales, Inviato straordinario e Ministro plenipotenziario della Repubblica di San Salvador.

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

8 maggio 1925. Al sig. Venceslao Jezierski, della diocesi di Plock.
28 agosto » Al sig. Guido Bitetti, dell'arehidiocesi di Milano.
14 settembre » Al sig. Carlo Scharnagl, dell'arehidiocesi di Monaco e Frisinga.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

8 maggio 1925. Al sig. Ludovico Eid, della diocesi di Spira.
4 agosto » Al sig. Domenico Galbani, della diocesi di Novara.
31 » » Al sig. Francesco Neff, della diocesi di Magonza.
10 settembre » Al sig. Arturo Romanowski, della diocesi di Cracovia.
14 » » Al sig. Massimiliano Fendt, segretario Ministeriale al Ministero degli Esteri di Baviera.
21 » » Al sig. Vittorio Horväth, della diocesi di Cinque Chiese.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Bevma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI. felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

13 giugno 1925. Monsig. Giovanni J. Crowley, della dioc. di Monterey-Fresno.
29 agosto » Monsig. Boberto M. Nolan, della diocesi di Dallas.
» » » Monsig. Giuseppe R. Allard, della medesima dioeesi.
2 ottobre » Monsig. Maggiorino Maggiora, della dioc. Casale Monferrato.
6 » » Monsig. Pietro Vitali, dell'arehidiocesi di Milano.
9 » » Monsig. Giovanni Granelli, della diocesi di Piacenza.
10 » » Monsig. Francesco Fürbass, della diocesi di Graz.
» » » Monsig. Giuseppe Guzzini, della dioc. di Recanati e Loreto.
19 » » Monsig. Giovanni Battista Montini, (Boma).
» -» » Monsig. Guglielmno Mulloney. della diocesi Sioux Falls.

19 ottobre 1925. Monsig. Mario Fitzgerald, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Guglielmo O'Meara, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco Grabig, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Brady, della medesima diocesi.

Camerieri segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S. :

S ottobre 1925 II Sig. Conte Saverio Orlowski, dell'archidiocesi di Varsavia.
10 » » Il Sig. Francesco Wioszkiewicz, di Jucica.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

14 settembre 1925 Monsig. Giuseppe Biagio Verna, della diocesi di Ivrea.
7 ottobre » Monsig. Carino Molesti, della diocesi di Volterra.
17 » » Monsig. Baimondo de Oliveira, dell'archidiocesi di Beiern del Para

Cappellano d'onore extra Urbem.

17 ottobre 1925 Monsig. Paolo Pellegrini, della diocesi di Aquino, Sora e Pontecorvo.

NECROLOGIO

9 luglio 1925. Monsig. Massimino Velasco, O. P., Vesc. tit. di Amorio.
30 agosto » Monsig. Enrico Haehling von Lanzenauer, Vesc. tit. di Delco.
21 settembre » Monsig. Luca Piergiovanni, Vesc. di Tarquinia e Civitavecchia.
5 ottobre » S. E. Revma Monsig. Ladislao Michele Zaleski, Patriarca di Antiochia di rito latino.
16 » » Monsig. Michele Francesco Glancey, vesc. tit. di Flaviopoli.
20 » » Monsig. Agnello Benzullo, vesc. tit. di Filadelfia.
25 » » S. E. Bma Monsig. Demetrio Giuseppe Cadi, Patriarca di Antiochia di rito greco-melchita.

Annus XVII - Vol. XVII 1 Decembris 1925 Num. *U*

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII FR XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

AMAZONENSIS

DISMEMBRATIO ET ERECTIO PRAELATURAE « NULLIUS » DE LABREA

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Imperscrutabili Dei consilio ad Petri Cathedram, meritis licet imparibus, evecti, Praedecessorum Nostrorum vestigiis inhaerentes, summopere curavimus ut, quum aliqua regio, vel ob nimiam amplitudinem, vel ob auctum christifidelium numerum, ab uno tantum Pastore regi nequeat, novae constituerentur Ecclesiae, ut animarum cura, inter plures divisa Pastores, facilius ac utilius exerceri posset.

Quum itaque Amazonensis dioecesis, in Brasiliana Republica, latissime pateat et eius Episcopus rei sacrae procurandae, ob sacrorum administrorum penuriam, impar omnino sit, ab eodem Episcopo postulatum fuit, ut pars quaedam territorii a sua dioecesi distraheretur atque in Praelaturam *nullius* erigeretur. Nos autem, considerantes id in bonum fidelium eiusdem regionis cessurum, oblatis precibus annuendum censuimus.

Quamobrem, suffragante Nuntio Apostolico in Brasiliana Republica, de consilio venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel sua interesse praesumant, consensu, Apostolicae potestatis plenitudine, a dioecesi Amazonensi separamus territorii partem,

complectentem paroecias de *Labrea, Canutamam* et *Florianum Peixoto,* eamque in Praelaturam, de *Labrea,*appellandam, constituimus; simul decernentes ut haec Praelatura, usquedum aliter de ea disponere visum fuerit, ad omnes iuris effectus sit vere et proprie *nullius dioecesis,* atque metropolitanae Ecclesiae Belemensi de Para, eiusque Archiepiscopo pro tempore tamquam suffraganea sit subiecta.

Huius Praelaturae fines fidem erunt, quibus memoratae paroeciae, ab Amazonensi dioecesi distrahendae, dehmitabantur.

Eiusdem Praelaturae sedem in ipso oppido de *Labrea,* a quo nomen mutuatur, statuimus, et ecclesiam ibidem exstantem in praelatitiam ecclesiam constituimus pro uno Praelato *nullius* dioecesis, ad instar episcopalis dignitatis, cum iuribus, officiis, mensa et Capitulo, honoribus et privilegiis, quibus similes Praelati et praelatitiae Ecclesiae in Brasiliana Bepublica fruuntur ac gaudent.

Ut vero Praelatus in suo territorio omnes sui officii partes adamussim explere valeat, simulque omnia munera obire quae Episcopi in suis dioecesibus, statuimus ut ipse Praelatus charactere ac dignitate episcopali exornatus sit. Eidem idcirco, una cum Praelatura, titulus episcopalis ex Summi Pontificis praescripto erit conferendus; ideoque Praelatus in suo territorio eamdem tum ordinis, tum iurisdictionis exercebit potestatem, quam Episcopi' in propriis dioecesibus, quorum etiam legibus et officiis adstringetur.

Praeterea quae in Apostolicis sub plumbo Litteris die vigesima septima mensis aprilis anno millesimo octingentesimo nonagésimo secundo datis, quorum initium *Ad universas orbis ecclesias,* constituenda disponuntur de novarum dioecesium in Brasiliana Bepublica honoribus, privilegiis et indultis; de Episcoporum potestate et attributionibus, de Capituli institutione ac Seminarii regimine et administratione, de ipsorum denique christifidelium ac clericorum iuribus et munus, de documentorum traditione aliisque id genus, omnia, congrua congruis referendo, religiose sartis tectisque dispositionibus Codicis iuris canonici et decretis Concilii Plenarii Americae Latinae anno millesimo octingentesimo nonagésimo nono Bomae celebrati, servanda, quoad novam Praelaturam, iubemus.

In dotem autem ipsius Praelaturae assignandus et attribuimus, si quae sint, bona et reditus ecclesiae de *Labrea,* modo in Praelatitiam erigendae; item obligationes, subsidia et dona quaecumque, quae titulo gratuito ad hoc conferentur.

Statuimus denique ut, iuxta quae in memorato Concibo Plenario Americae Latinae decreta sunt, etiam a noviter erecta Praelatura *nullius* de *Labrea,* eiusque sumptibus alendi, ubi primum fieri poterit, bini delecti

iuvenes ad Oollegium Pium Latinum Amerieanum de Urbe, non intermissa vice, mittantur, ut ibi in spem Ecclesiae instituantur. Quo vero stabilitis et horum clericorum sustentationi et Collegii dotationi sit provisum, maxime exoptamus ut, huius Praelaturae Praesulum pro tempore cura et studio, quamcitius fieri poterit, tot conferantur bona, quot requiruntur ut ex eorum reditibus duo praedicti alumni, aut modo saltem unus, sustentari queant.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum intersit vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine, factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere; et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus.

Hisce itaque, ut supra, constitutis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Henricum Gaspara, Archiepiscopum titularem Sebastensem et in Brasiliana Republica Apostolicum Nuntium, eidem propterea tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive pronuntiandi super quavis difficultate et oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura, cum onere ad Sacram Congregationem Consistorialem infra sex menses transmittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis, ut in eius tabulario asservetur. Volumus autem ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus fides tribuatur, quae hisce Litteris Nostris tribueretur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibus que Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Bomanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nemini autem has Litteras dismembrationis, erectionis, evectionis, statuti, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel eis contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpse-

rit, mdignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quinto, die prima mensis maii, Pontificatus Nostri anno quarto.

O. CARD. CAGIANO, *S. B. B. Cancellarius.*

© C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *S. C. Consistorialis Secretarius,*

Dominicas Spolverini, *Protonotarius Apostolicus.*
Dominicus Iorio, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £8 Plumbi.

Beg. in Gane. Ap., vol. XXX, n. 16.

II

AMAZONENSIS ET SANCTI ALOYSII DE CACERES

DISMEMBRATIO ET ERECTIO PRAELATURAE « NULLIUS » PORTUS VETERIS

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter Nostri pastoralis muneris officia est dioecesibus novos fines constituere, ut Antistites mystico gregi eis commisso aptius consulere queant. Quum Amazonensis et Sancti Aloysii de *Caceres* dioeceses latissime pateant et rei sacrae procurandae, ob defectum sacrorum administrorum, impares omnino sint, ab Episcopis utriusque dioecesis postulatum fuit ut pars territorii ab unaquaque sua dioecesi distraheretur atque in Praelaturam *nullius* erigeretur. Et Nos, id noscentes in bonum eorumdem fidelium cessurum, oblatis precibus annuendum esse censuimus.

Quamobrem, suffragante hodierno Apostolico Nuntio in Brasiliana Republica, et de consulto venerabilium fratrum Sacrae Congregationis Consistorialis Patrum, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, a dioecesi Amazonensi avellimus territorium, complectens paroeciam *de Eumaytà* et civitatem *Porto Velho,* atque a dioecesi Sancti Aloysii de *Caceres* separamus territorium municipii civilis Sancti Antonii de *Madeira*

atque utrumque territorium ita avulsum in Praelaturam, *Portus Veteris* nuncupandam, erigimus atque constituimus, decernentes insimul ut haec Praelatura, usque dum aliter de ea disponere visum fuerit, ad omnes iuris effectus sit vere et proprie *nullius* dioecesis atque metropolitanae Ecclesiae Belemensis de Para eiusque Archiepiscopo pro tempore, tamquam suffraganea sit subiecta.

Huius autem Praelaturae fines constituentur iisdem finibus, quibus memoratae paroeciae et civile municipium Sancti Antonii de *Madeira* ab Amazonensi et Sancti Aloysii de *Caceres* dioecesibus separantur.

Sedem autem Praelaturae Portus Veteris in ipso oppido, a quo nomen mutuatur, statuimus: et ecclesiam ibidem exstantem in praelatitiam constituimus, ad instar episcopalis dignitatis, pro uno Praelato *nullius* dioecesis, cum iuribus, officiis, mensa et Capitulo, honoribus et privilegiis quibus similes Praelati et praelaturae Ecclesiae in Brasilia gaudent. Ut vero Praelatus in suo territorio omnes sui muneris partes adamussim explere valeat, simulque omnia munera obire quae Episcopi in suis dioecesibus, statuimus ut Praelatus idem charactere ac dignitate episcopali exornatus sit; eidem idcirco, simul cum Praelatura, titulus episcopalis ex praescripto Nostri et Successorum Nostrorum erit necessario conferendus, ideoque in suo territorio eamdem tum ordinis, tum iurisdictionis exercebit potestatem, quam Episcopi in propriis dioecesibus, quorum etiam legibus et officiis Praelatus adstringetur.

Praeterea quae in Apostolicis sub plumbo Litteris diei vigesimae septimae aprilis anni millesimi octingentesimi nonagesimi secundi, quarum initium *Ad universas orbis ecclesias,* constituenda disponuntur de novarum dioecesium in Brasiliana Bepublica honoribus, privilegiis et indultis, de novorum Episcoporum potestate et attributionibus, de Capituli institutione ac Seminarii regimine et administratione, de ipsorum denique christifidelium et clericorum iuribus et muniis, de documentorum traditione, aliisque id genus, omnia, congrua congruis referendo, religiose, sarctis tectis dispositionibus Codicis iuris canonici et decretis Concilii Plenarii Americae Latinae, quoad novam Praelaturam, erunt servanda.

In dotem autem ipsius Praelaturae assignamus et attribuimus bona, si quae sint, et reditus ecclesiae in Praelatitiam erigendae; item oblationes, subsidia et dona quaecumque, quae titulo gratuito ad hoc conferuntur.

Statuimus demum ut iuxta ea, quae in praefato Concilio plenario Americae Latinae, Bomae anno millesimo octingentesimo nonagésimo nono cele brato, decreta sunt, etiam ab hac neo-erecta Praelatura *nullius,* eiusque sumptibus, bini delecti iuvenes ad Collegium Pium Latinum Amerieanum de Urbe, non intermissa vice, mittantur, in quo in spem Ecclesiae instituan-

tur. Quo vero stabilius et horum clericorum sustentationi et Collegii citationi sit provisum, maxime peroptamus ut, huius Praelaturae Praesulum pro tempore cura et studio, quam citius fieri poterit, tot conferantur bona quot requiruntur, ut ex eorum reditibus duo praedicti alumni, aut modo saltem unus, sustentari queant.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec autem omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Henricum Gasparri, Archiepiscopum titularem Sebastensem et in Brasilia Apostolicum Nuntium, eique necessarias huic negotio facultates tribuimus, etiam subdelegandi alium virum, in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate, vel oppositione, in exsecutionis actu quomodolibet oritura, imposito onere ad Sacram Congregationem Consistorialem, infra sex menses a data praesentium litterarum, authenticum exemplar peractae exsecutionis transmittendi. Decernimus denique has praesentes Litteras valituras, contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quinto, die prima mensis maii, Pontificatus Nostri anno quarto.

O. CARD. CAGIANO,
8. B. E. Cancellarms.

gß C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen.,
8. C. Consistorialis Secretarius.

Dominicus Spolverini, *Protonotarius Apostolicus.*
Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £g Plumbi.

Beg. in Cane. Apost., vol. XXX, n. 17.

III

FLUMINIS NIGRI

EVECTIO IN PRAELATURAM « NULLIUS »

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christianae religionis incremento ac animarum saluti valde prodest rectas atque opportunas in orbe catholico circumscriptiones statuere. Propterea Romani Pontifices Praedecessores Nostri maxima semper diligentia curaverunt ut circumscriptiones ipsae rerum et locorum condicionibus apte responderent, novas ad hoc erigendo dioeceses quum id spirituale fidelium bonum expostularet.

Quum itaque in praefectura Apostolica *Fluminis Nigri,* in Brasilia, christiana religio, tractu temporis, favente Deo, in eum statum feliciter pervenerit ut regio illa iam locus missionis considerari nequeat, ab Apostolica Sede expostulatum est ut regio ipsa, si non in dioecesim, modo saltem in Praelaturam *nullius* erigeretur. Nos autem, omnibus mature perpensis, hisce precibus annuendum esse censuimus.

Hinc, de consulto venerabilium fratrum Nostrorum S. R, E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum, potestate quoque utentes Sanctae Sedi reservata in Apostolicis sub plumbo Litteris datis die vigesima septima mensis aprilis anno millesimo octingentesimo nonagésimo secundo, libere novam ineundi in Brasilia dioecesium circumscriptionem quoties id opportunum visum fuerit, audito et suffragante Apostolico Nuntio, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, memoratam Praefecturam *Fluminis Nigri* Apostolicam, usque dum in dioecesim erigi queat, in Praelaturam *nullius* Apostolica auctoritate constituimus, *Fluminis Nigri* pariter appellandam, simul decernentes ut haec Praelatura, donec de ea aliter disponere visum fuerit, ad omnes iuris effectus sit vere et proprie *nullius* dioecesis, atque archidioecesi Belemensi de Para eiusque Archiepiscopo pro tempore uti suffraganea subiecta. Huius autem Praelaturae fines iidem erunt, quibus hucusque Apostolica Praefectura circumscribebatur.

Praeterea viro ad haec exsequenda, infra designando, potestatem facimus ut oppidum magis opportunum designet, in quo huius Praelaturae

sedes constituatur, ibique ecclesiam aptiorem seligat in praelatitiam ecclesiam pariter constituendam: quibus sedi et ecclesiae Nos omnia iura et privilegia concedimus, quibus civitates et ecclesiae episcopales in Brasilia gaudent. Item in eadem ecclesia instituimus sedem et dignitatem praelatitiam, ad instar episcopalis dignitatis, pro uno Praelato *nullius* dioecesis, qui ipsi ecclesiae et praelaturae praeerit, cum iuribus, officiis, mensa, honoribus et privilegiis, quibus Ecclesiarum Praesules in Brasilia fruuntur, iis dumtaxat exceptis, quae ex peculiari indulto vel ex iure ad Episcopos tantum pertinent. Ut vero Praelatus omnia munera sua explere possit, quae Episcopi in suis dioecesibus, statuimus ut Praelatus ipse charactere et dignitate episcopali sit insignitus, iubentes propterea ut ipsi, una cum Praelatura, titulus episcopalis conferatur.

Quae autem in memoratis Litteris diei vigesimae septimae mensis aprilis anni millesimi octingentesimi nonagesimi secundi hac de re disponuntur, religiose servari pariter iubemus, iuxta canones Codicis iuris canonici et decreta Concilii Plenam Americae Latinae.

Huius vero Praelaturae dotationi, pro divini cultus expensis aliisque necessitatibus, attribuimus et assignamus bona iam a Praefecto Apostolico collecta aliaque, quae in futurum colligi datum fuerit, quaeque nomini ipsius Praelaturae quam citius inscribenda erunt.

Statuimus demum ut, iuxta quae in praefato Concibo Plenario Americae Latinae decreta sunt, etiam a modo erecta Praelatura *nullius,* eiusque sumptibus alendi, ubi primum fieri poterit, bini delecti iuvenes ad Collegium Pium Latinum Americanam, de Urbe, non intermissa vice, mittantur, ut ibi in spem Ecclesiae instituantur. Quo vero stabilius et horum clericorum sustentationi et Collegii dotationi sit provisum, vehementer exoptamus ut, huius Praelaturae Praesulum pro tempore cura et studio, quam citius fieri poterit, tot conferantur bona, quot requiruntur, ut ex eorum reditibus duo praedicti alumni, aut modo saltem unus, sustentari queant.

Hisce itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda députamus venerabilem fratrem Henricum Gasparri, Archiepiscopum titularem Sebastensem ac in Brasiliana Bepublica Apostolicum Nuntium, cui propterea tribuimus necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate vel oppositione, cum onere transmittendi ad Sacram Congregationem Consistorialem, infra sex menses a praesentibus Litteris acceptis computandos, fidem, authentica forma exaratam, peractae exsecutionis.

Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo ahcuius viri in

ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides quae hisce Litteris tribueretur si originaliter exhibitae vel ostensae forent.

Non obstantibus regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nemini autem has Litteras erectionis, evectionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel eis contraire liceat. Si quis vero, temerario ausu, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Sanctorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo non*-gentesimo vigesimoquinto, die prima mensis maii, Pontificatus Nostri anno quarto.

O. CARD. CAGIANO, *8. B. E. Cancellarius.*

C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *8. C Consistorialis Secretarius.*

Dominicus Spolverini, *Protonotarius Apostolious.*
Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £g Plumbi.

Beg. in Cane. Apoet., vol. XXX, n, 48.

IV

MEDIOLANEN, ET PAPIEN.

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Vertit in animarum bonum ut paroeciae, quae ab habituali sui Ordinarii residentia distant, proximae autem sunt alterius Episcopi civitati, illi tribuantur, qui proximior adiacet.

Qua de causa, quum paroeciae vicariatus ecclesiastici nuncupati *Chignolo Po* longe sint a civitate Mediolano, imo a ceteris illius dioecesis paroeciis seiunctae et vicissim finitimae prorsus civitati et dioecesi Papiensi; Nos, consentientibus, imo et rogantibus, Ordinariis Mediolanensi et Papiensi,

per has praesentes Litteras omnes et singulas paroecias memorati vicariatus *Ghignalo Po* distrahimus a dioecesi Mediolanensi et Papiensi dioecesi coniungimus et unimus.

Vicissim vero, eum quaedam pars territorii fractionis civilis, cui nomen *Cascina bianca di Bpirago,* intra fines exsistat dioecesis Papiensis, dum contra expediret ut addiceretur parocho Mediolanensi fractionis illius, de consensu utriusque Ordinarii Mediolanensis et Papiensis, ad quamlibet futuram controversiam praecavendam et ad melius ordinandos utriusque dioecesis fines, per easdem praesentes Litteras memoratam partem territorii et fractionis civilis distrahimus a dioecesi Papiensi et adiungimus dioecesi Mediolanensi atque tribuimus parocho loci *Cascina bianca di Spirago,* contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere, aut iis repugnare vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec autem omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Nostrum Eugenium, tituli SS. Silvestri et Martini in Montibus, S. E. E. Cardinalem Tosi, hodiernum Archiepiscopum Mediolanensem, eidem necessarias et opportunas huic negotio facultates tribuentes, etiam subdelegandi alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate, vel oppositione, imposito onere ad Sacram Congregationem Consistorialem, infra sex menses, a subsignata die computandos, fidem authentica forma exaratam absolutae exsecutionis huius Nostri mandati transmittendi. Decernimus denique has praesentes Litteras valituras, contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quinto, die decima mensis iunii, Pontificatus Nostri anno quarto.

O. CARD. CAGIANO,
S. B. E. Cancellarius.

£8 C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen.,
S. C. Consistorialis Secretarius.

Ioseph Wilpert, *Decanus Coli. Proton. Apost.*
Ioannes Zani-Caprelli, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi.

Beg. in Cane. Apost., vol. XXX, n. 44.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TITULUS ET PRIVILEGIA BASILICAE MINORIS COLLATA ECCLESIAE S. VICTORIS MAURI, MARTYRIS, IN OPPIDO «VARESE », ARCHIDIOECESIS MEDIOLANENSIS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam, — Inter vetustissima sanctuaria, quibus archidioecesis Mediolanensis nobilitatur, iure meritoque accensenda est insignis ecclesia in civitate Varisiensi Deo dicata in honorem Sancti Victoris Martyris, qui, natione Maurus et a primaeva aetate christianus, cum esset in castris imperialibus miles, iubente Maximiano ut idolis sacrificaret, in confessione Domini fortiter perseverans, Mediolani gloriosissimo martyrio vitae cursum complevit. Haec enim sacra aedes, conspicuis artis operibus ornata, pretiosa supellectili referta et sanctorum lipsanis locuples, singularibus etiam privilegiis ex Romanorum Pontificum decessorum Nostrorum benignis atque iteratis concessionibus pollet. Quare, cum nuper Purpuratus S. R. E. Princeps Eugenius Tosi, Mediolanensium Archiepiscopus, vota exprimens cleri populique civitatis Varisiensis, Nos rogaverit ut ipsi ecclesiae titulum ac privilegia Basilicae minoris de Nostra Apostolica venia largiri dignemur, Nos, tam illustres veteris illius templi memorias animo repetentes, optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Itaque, audito venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et S. Rufinae, sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, ecclesiam in honorem Sancti Victoris Martyris, sitam in civitate Varisiensi, archidioecesis Mediolanensis intra fines, apostolica Nostra auctoritate, iuxta decretum S. R. C. 2744 diei 27 augusti 1836, titulo, honoribus ac privilegiis Basilicae minoris perpetuum in modum condecoramus.

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die III mensis iulii anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a SeereMs Status.*

II

ECCLESIA CATHEDRALIS SPIRENSIS, IN HONOREM BEATAE MARIAE VIRGINIS SIDERIBUS RECEPTAE, TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS CONDECORATA.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Satis constat Spirensem cathedralem aedem inter potiora ac vetustiora Bavariae sanctuaria iure meritoque esse accensendam. Uti fertur, enim, ibi, iam inde ab anno reparatae salutis DCXX, iussu Dagoberti primi Begis ex stirpe Merovingiorum, surrexit ecclesia in honorem Virginis et divi Stephani Protomartyris Deo dicata ab Athanasio, primo Spirensium Episcopo. Quattuor post saecula, anno videlicet MXXX, fatiscentis huius ecclesiae loco Conradus Salicus Imperator a fundamentis erigendum curavit ingens templum structura mirandum, quod adhuc superest perenne pietatis ac, munificentiae monumentum. Praenobile hoc templum, Deo sacrum in honorem Virginis sideribus receptae, a Germanis Imperatoribus novis et quidem insignibus artis operibus excultum, a Eomanis Pontificibus decessoribus Nostris singularibus privilegiis auctum, iam a divo Bernardo celebratum et Sanctorum relliquiis illustre, iugiter per saecula antiqua populorum erga Virginem devotione floruit innumerasque peregre confluentium turmas excepit. Spirensis Capituli canonici, sanctorum Antistitum vestigiis haerentes, pietate non minus quam doctrina praestiterunt, et gravissimis temporibus ab haereticorum lue Ecclesiam suam incolumen servarunt. Denique meminisse iuvat in eodem templo marmoreis sepulcris condita octo Imperatorum corpora immutationem exspectare, et Germaniae Apostolum Canisium, nuper Sanctorum caelitum per Nos honoribus auctum, saepius idem ad templum venisse ut caelestis Reginae opem enixis precibus imploraret. Haec animo repetentes, cum venerabilis frater Noster Ludovicus Sebastian, Episcopus Spirensium, suo et Capitularium omnium nomine, Nos Cfflagitaverit ut ecclesiam eamdem ad Basilicae minoris dignitatem evehere dignemur, optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quamobrem, audito venerabili fratre Nostro Antonio S. B. E, Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, cathedralem ecclesiam dioecesis Spirensis in honorem Assumptionis B. M. V., condecoramus titulo, privilegiis et hpnorificentiis Basilicae minoris, prout haec declarantur in decreto S. B. C. 2744, *Lucerina,* diei 27 augusti 1836.

Haec concedimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, Suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque, ad quos pertinent, sive pertinere poterunt amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quoquam, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die v mensis iulii anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD E.MUM P. D. LUDOVICUM HENRICUM, TITULO SANCTAE MARIAE NOVAE, S. R. E. PRESB. CARD. LUÇON, ARCHIEPISCOPUM RHEMENSEM, QUEM LEGATUM MITTIT PARISIOS SOLLEMNIBUS, QUINQUAGESIMO EXEUNTE ANNO AB INSTITUTO CATHOLICO PARISIENSI CONDITO, CELEBRANDIS.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Si, per hos paucos, quos usque adhuc traduximus, in Summo Pontificatu annos Instituto Catholico Parisiensi haud obscuras plus semel dedimus benevolentiae Nostrae significationes, at minime quidem illius Rectori et doctoribus in praesenti, cum quinquagesimum Instituti sui natalem acturi sunt, praeconia et incitamenta a Nobis deesse patiemur. Etenim, ex quo, bene precante sanctae et immortalis memoriae Pio Pp. IX, satis multi Galliae Antistites, ea usi libertate quae tandem aliquando sibi. legitime data esset, Athenaeum iüud altioribus disciplinis tradendis, divina freti Providentia, Parisiis condiderunt, iam tum profecto,, quod ad provehenda saluberrimi Instituti incrementa pertineret, nec liberale unquam patrocinium proximorum decessorum Nostrorum desideratum est, nec rectorum magistrorumque sedulitas ac navitas ullo tempore defecit. Porro studiis iuris, litterarum optimarumque artium ante constitutis, brevi post doctrinae de divinis rebus praeceptio accessit, quae ceteras disciplinas non tam, periculo de recta via deflectendi amoto, gubernaret, quam in tuitionem catholicae veritatis advocatas adhiberet. Neque ignoramus, quotquot Athenaeo Parisiensi ad hunc diem aut praesides aut magistri dati sunt - in horum-

que numero fuit olim Cardinalis adiutor Noster a publicis Ecclesiae negotiis -, consiliis eos optatisque Apostolicae Sedis praecipua quadam voluntatis consensione esse perpetuo obseeutos. Iidem enim Thomam Aquinatem sic ducem sequi, ut eius doctrinam, quasi posthniinio reversam, non modo clerus vester, sed etiam ex intehegentibus laicis plurimi degustarint ac teneant; a legibus de Scripturae Sacrae studio et explanatione latis ne transversum quidem unguem discedere; studia, quae socialia vocant, exercere et doctrinas de rerum natura ea colere pervestigatione, ut liquido pateret, nullam inter fidem germanaeque scientiae rationem posse discrepantiam discidiumque consistere; sermonem patrium ad veterum praestantissimorumque scriptorum exempla componere ac restituere; sacerdotes et laicos sane plurimos ad ecclesiastica et civilia munia efficere aptissimus. Quae quidem omnia cum Nobis suadeant, ut agnoscamus profiteamurque, moderatores et magistros Instituti Parisiensis, libris quoque gravissimis editis, hoc decies quinquennali spatio, magno fructui Ecclesiae populoque Gallico fuisse, tum etiam faciunt ut Nobis spondeamus ac polhceamur, haud minores posthac ab Athenaeo utihtates profecturas esse. Tuas igitur, dilecte fili Noster, has esse partes volumus, ut sententiam eiusmodi omenque Nostrum publice aperias in sollemni fausti eventus commemoratione propediem Parisiis habenda: quam quidem celebritatem ut nobilitemus atque augeamus, placet te, Purpuratorum e Gallia, qui nunc sunt, Patrum aetate ac dignitate seniorem, Legatum Nostrum deligere ac renuntiare, qui, Nostram gerens personam Nostramque afferens gratulationem, iisdem sollemnibus praesideas. Ex hoc autem amplissimo propensae voluntatis Nostrae testimonio conficiant omnes, quanti Athenaeum Catholicum Parisiense faciamus quamque vehementer optemus ut cotidie magis crescat idem ac floreat. Caelestium interea gratiarum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fifi Noster, et universis Instituti moderatoribus, magistris atque alumnis, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xxvm mensis octobris, anno sacro MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI

II

AD R. P. D. IOANNEM FRANCISCUM ARAGONE, ARCHIEPISCOPUM MONTISVIDEI, CENTESIMO VERTENTE ANNO A CONDITA REPUBLICA.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Centesimo vertente anno postquam respublica ista sui iuris esse coepit, quemadmodum et gubernatores et cives decet eventum sibi prorsus laetabile feriis publicis recolere, sic debet Ecclesia, hanc nacta opportunitatem, ad Deum, omnium auctorem bonorum, gratos eorundem christifidelium revocare animos, ut, quo tempore terrenam patriam libertatis donum adeptam commemorant, eo ipso tempore acrius ad caelestem patriam mentis oculos convertant et saluti quisque suae diligentius prospiciant. Quae igitur scribis te consilia inivisse, ut eiusmodi libertatis immunitatisque vestrae celebratio saecularis, per annum agenda, in spiritualem gregis utilitatem recidat demum ac redundet, ea, cum sint ad rem summopere conducibilia, laudem tibi, venerabilis frater, gratulationemque Nostram pariunt me-" rito ac comparant. Mirum enim quantum ad fidei in populo confirmationem emendationemque morum conferent ac proderunt cum sacrae illae expeditiones, quas, per omnes paroecias urbanas et rusticas, a te undique acciti religiosi viri, facultate dicendi et copia praestantissimi, obituri sunt, tum sollemnia illa, quae in templis, statis per annum diebus, a curionibus rectoribusve peragi iussisti, tum maxime mense decembri habenda, christianae disciplinae moderatrix, dioecesana Synodus, quam ab ipsis reipublicae primordiis usque adhuc decessoribus tuis tibique agere, ob inexsuperabilia impedimenta, non licuit. Coeptis interea tuis, ut copiosos ferant sanctitatis fructus, bene, uti postulas, precamur; potissimum vero, quotquot in Synodum legitime, consiliorum tibi socii adiutoresque, convenient, iis universis caelestis sapientiae munera implorando cupimus atque optamus. Quorum quidem auspicem paternaeque caritatis Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, et clero populoque tuo apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxx mensis octobris, anno sacro MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI

III

AD R. P. D. IOSEPHUM: RUMEAU, EPISCOPUM ANDEGAVENSEM: QUINQUAGESIMO ANNO A CATHOLICA ANDEGAVENSI STUDIORUM UNIVERSITATE CONDITA FELICITER EXPLETO.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Epistulam banc tibi Nostram inscribendo, eadem profecto animi voluptate fruimur, qua affecti tum sumus, cum, adventante quinquagesimo Instituti Catholici Parisiensis et Athenaei Lugdunensis natali, utriusque in Ecclesiam inque Galliam promerita recolere et talem eventi faustitatem gratulatione quoque Nostra augere et ornare voluimus. Causa enim prorsus similis agitur, cum idem annorum numerus ab ortu Catholicae istius vestrae Studiorum Universitatis decurrerit, et copia fructuum sane haud minor gregi tuo ñnitimarumque dioecesium populo ex recte traditis ibidem altioribus disciplinis obvenerit. Est item commemorandum, rectores ac magistros Athenaei vestri, perinde ac Parisienses et Lugdunenses conlegas, saniores doctrinas usque adhuc tenuisse mordicus et strenue tutatos esse, atque in docendo quasi quiddam sacrum sibi habuisse propositum, nedum pretio quaestuque ducti aliquando sint. At vero in praeclaram istam optimarum artium sedem - quod est omnino ipsius proprium - parentis conditorisque sui Caroli Aemilii Freppel fama et gloria veluti redundat: illius, inquimus, et diserti et animosi decessoris in episcopatu tui, qui, vixdum data per legem venia, rem primus pauloque ante alios inchoavit. In quo is adiutores sociosque nanctus est feliciter, ut non tam patronos quam conditores dicere liceat, istarum regionum, quae in occidentem vergunt, Archiepiscopos atque Episcopos bene multos; quorum in locum quicumque aut antehac successerunt aut successuri in posterum sunt sacrorum Antistites, ii omnes, ex parto sibi iure atque officio, Andegavense Athenaeum patrocinio item suo tueri pergent. Non est cur uberius fusiusque Athenaei laudes exsequantur, quas comprobavit quidem consecravitque praeteritum hoc quinquaginta annorum intervallum. Illud unum videtur esse reliquum, ut cum tibi, venerabilis frater, et rectori doctoribusque istis ingentem gratulemur eorum numerum, quos istinc, lauream facto periculo adeptos, ad ecclesiastica quaelibet et civilia munera ad iuvandamque quoquo pacto rem catholicam aptissimus dimisistis, tum christifideles, qui vobis opitulari consueverunt, moneamus, Athenaei fortunam non tam, largitate sua, stabilem immutatamque conservent, quam cotidie magis provehant atque amplificent. Per ea vero, quae ad hunc quin.

quagesimum Athenaei natalem celebrandum acturi estis, sollemnia, laetitiam vestram, caelestium conciliatione munerum, pleniorem efficiat apostolica benedictio, quam, paternae caritatis Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, itemque Catholicae istius studiorum Universitatis rectori, magistris atque alumnis peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die i mensis novembris, anno sacro MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI

IV

AD R. D. ALBERTUM LUCAS, SUMMUM MODERATOREM SODALITATIS A IESU ET MARIA: CENTESIMO EXEUNTE ANNO A SODALITATE FELICITER RESTITUTA.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Laetamur equidem, id Nobis anno hoc sacro obtigisse, ut Ioannem Eudes, Sodalitatis vestrae Conditorem Patremque legiferum, in sanctorum caelitum numerum referremus. In quo qualis vitae sanctitas, per assiduam frugiferamque sacri ministerii et apostolatus exercitationem, enituerit; quo idem studio Cordium sanctissimorum Iesu et Mariae cultum et primus in ecclesiasticam liturgiam induxerit et, quoad vixit, latissime propagarit ; quam praeclaras Ecclesiae Dei utilitates attulerit per duas illas a se constitutas Sodalitates, alteram religiosorum virorum, cui ipse hodie praees, clero rite instituendo et fidei popularium sacris expeditionibus excitandae, alteram religiosarum mulierum, quarum esset, praeter alia, malas feminas ad honestam vitae rationem revocare: haec quidem omnia si proximi decessores Nostri publice memorarunt, at Nosmet multo quidem uberius declaravimus non tam in Homilia a Nobis die festo Pentecostes hoc anno habita, quam in Decretalibus Litteris eo ipso die datis. Placet interea, pro veneratione qua Conditorem vestrum et benevolentia qua vos, optimos eius filios, prosequimur, centesimo iam exeunte anno a Sodalitate, post eversionem illam Galliae turbulentissimam, feliciter restituta, hanc nancisci opportunitatem, ut per has Litteras Nostras, rei faustitate aucta, et vobis gratificemur et laetitiam vestram participemus. Eventum quidem occurrit memoratu dignissimum. Cum enim, initio superioris saeculi, Congregatio vestra esset paene intermortua, e sodalium numero aliis per eam rerum perturbationem caesis, aliis vita functis, iisque paucissimis, qui adhuc exstabant, dissociatis dissipatisque, divinae Providentiae consilio factum est, ut, die ix mensis ianuarii anni MDCCCXXVI, superstites pristinae Sodali-

tati religiosi viri quinque, moderatore generali sibi delecto, in familiam eoirent, edicendo, Congregationem a Ioanne Eudes conditam iam tum revixisse et restitutam esse. Itaque iam tum revera coepit Sodalitas a Iesu et Maria ad veteris gloriae spem - etsi, ut ita dicamus, aliquanto lentius tardiusque - revirescere; redintegratis autem, quantum pro temporum rerumque asperitate licuit, operibus vestris, in Americae praeterea regiones, quae ad septentrionem meridiemve spectant, traiecistis, ubi dioecesium quindecim clericos in Seminariis sancte conformandos suscepistis. Est igitur, cur, laeto gratoque in Deum animo, restitutam centesimo ante anno Congregationem vestram sollemniter commemoretis; ipsa vero saluberrimorum recordatio fructuum, quos, hoc temporis spatio, in clero populoque christiano cepistis, ominamur conñdimusque fore ut vos ad maiora excitet atque ad aemulandas sancti Ioannis Eudes virtutes praecipuo quodam modo impellat, exacuat. Quod ut prospere succédât, caelestium conciliatricem gratiarum paternaeque caritatis Nostrae testem, tibi, dilecte fili, et sodalibus omnibus tuae gubernationi concreditis apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die VII mensis novembris, anno sacro MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto. H

PIUS PP. XI

Y

AD RE. PP. ELIAM MAGENNIS, PRIOREM GENERALEM CARMELITARUM VETERUM, ET GULIELMUM A S. ALBERTO, PRAEPOSITUM GENERALEM CARMELITARUM EXCALCEATORUM: SEPTIMO PLENO SAECULO A CONDITA CARMELITICA REGULA.

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. — Dilaudandi profecto estis ob initum a vobis consilium recolendi, die tricesimo mensis ianuarii, proximo anno, septimi pieni saeculi, ex quo Eegulam a Patriarcha Hierosolymitano Alberto solitariis viris datam, qui « iuxta fontem in monte Carmen», duce Brocardo, ad vitae perfectionem contenderent, decessor Noster Honorius III Apostolica auctoritate ratam firmamque esse iussit. Cum enim approbationem legis eiusmodi, per saeculorum decursum perpetuo apud vos in honore habitae, quibus decet pietatis laetitiaeque testimoniis commemorabitis, quid aliud agetis, nisi grata eam legem voluntate praehabitis, unde veteres omnes recentes que Carmehtarum laudes nostis esse profecías'? Ex ipsa sane rei natura ac diuturna experientia liquido constat, religiosorum utriusque sexus Ordines ac Sodalitates tum

maxime florere, cum suam cuiusque Regulam, caput sibi et fontem sanctitatis optimarumque omnium rerum effectricem, inviolata observatione tenent ac sequuntur. Atque id ipsum vobis sollemne fuisse, cognoscere a fructibus ücet, quos Carmelitica familia, quasi arbor suco imbuta atque alta purissimo, ex se edidit, Ecclesiae hominumque consortioni perutiles. Namque est memoriae proditum, parvis ortam initiis, per Europae regiones eam brevi propagatam esse, et, quia rami inde exstiterunt, quorum unus tantummodo est reliquus, non idcirco alterum alterius incrementa aut praepedisse aut esse moratum. Maxima quidem vobis damna, ut ceteris Sodalitatibus, Gallica illa rerum eversio peperit, quae visa est velle - inani tamen conatu et molimento - catholicam religionem ex animis hominum exstirpare radicitus; mox nocuere rerum publicarum gubernatores, qui, sumpto sibi adrogatoque spoliandae Ecclesiae iure, religiosos viros sacrasque virgines de coenobiis deque fortunis omnibus deturbarunt. At profecto est cur Carmeliticam familiam non tam restitutam quam latissime per terrarum orbem in praesenti diffusam vobis summopere gratulemur: quae quidem familia longum est dicere quantum utilitatis et commodi, per officia precum perque suam vitae rationem, cum in meditatione ac contemplatione divinarum rerum, tum in sacri exercitatione ministerii positam, rei catholicae praebeat. Atque huc opportune incidit mentio studiosae illius sedulitatis, qua sodales vestri in sacris expeditionibus, superioribus aetatibus, versati sunt hodieque versantur. Itaque vobis cupimus, ut saecularis haec sanctissimae legis, qua utimini, commemoratio cum veteris gloriae renovatione coniungatur. Utinam cotidie magis Carmelitica suboles floreat ac vigeat; det utinam Ecclesiae, quemadmodum antea dedit, insignes sacrarum profanarumque disciplinarum cultores, oratores, missionales, episcopos; ad mysticas, ut aiunt, Teresiae Abulensis et Ioannis a Cruce doctrinas fideles evehat et conformet; candidissimos flores e suo horto in caelum crebrius in dies transferat, ut Mariam Magdalenam de Pazzis, ut Teresiam illam ab Infante Iesu, cui sanctorum caelitum honores, hoc anno sacro, tam libenter tantoque cum catholici orbis gaudio, decrevimus ac detulimus. Quibus quidem optatis ominibusque Nostris ut prosperrimus respondeat exitus, adiuvet atque efficiat apostolica benedictio, quam, divinarum gratiarum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, vobis, dilecti filii, et sodalibus universis unicuique vestrum commissis amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xv mensis novembris anno sacro MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

AUGUSTAN.-EISTETTEN.

DE FINIUM DIOECESIUM COMMUTATIONE

DECRETUM

Instantibus incolis villae *Forsthof,* ad paroeciam *Mied,* in dioecesi Augustana, pertinentis, Ordinarius Eistettensis, de consensu Episcopi Augustam, ab Apostolica Sede efflagitant ut memorata villa a propria paroecia, a qua nimis distat, dismembretur ac proximiori paroeciae loci *Bergen,* dioecesis Eistettensis, incorporetur. Iamvero Ssmus Dominus Noster Pius Pp. XI, attento utriusque dioecesis Ordinariorum consensu et habito favorabili voto R. P. D. Alberti Vassallo de Torregrossa, Archiepiscopi tit. Hemesensis ac Nuntii Apostolici in Bavaria, vi praesentis Consistorialis decreti, villani *Forsthof* a paroecia *Bied* et dioecesi Augustana separat atque paroeciae loci *Bergen* ac dioecesi Eistettensi perpetuo adiungit, mutatis hac ratione finibus dioecesim inter Augustanam et Eistettensem.

Ad haec exsecutioni mandanda Ssmus Dominus Noster deputare dignatus est eundem R. P. D. Albertum Vassallo de Torregrossa, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quamlibet personam in ecclesiastica dignitate constitutam; facto demum onere transmittendi intra sex menses ad hanc Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 24 novembris 1925.

£8 C. CAED. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. £8 S.

f Er. Raphaël C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

1 septembris 1925. — Titulari archi episcopali Ecclesiae Adulitanae praefecit R. P. D. Georgium Matulewicz, hactenus Episcopum Wllnensem.

8 octobris — Metropolitanae Ecclesiae Compostellanae, R. P. D. Iulianum de Diego y Garcia Alcolea, hactenus Patriarcham Indiarum Occidentalium.

29 octobris — Cathedrali Ecclesiae Vapincensi, R. D. Iulium Saliège, Vicarium generalem dioecesis Sancti Elori.

— Titulari episcopali Ecclesiae Flaviopolitanae, R. D. Emmanuelem Coste, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Pauli Felicis Beauvain de Beauséjour, Episcopi Carcassonensis.

31 octobris — Titulari episcopali Ecclesiae Scillitanae, R. D. Michaelem Bubnié, Administratorem Apostolicum dioecesis Rosnaviensis.

16 novembris — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Darensi, R. P. D. Alfonsum Archi, hactenus Episcopum Comensem.

SACKA CONGREGATIO
PRO ECCLESIA ORIENTALI

NOMINATIO

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decreto Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, dato die 30 octobris 1925, renunciare dignatus est Vicarium Patriarchatus Antiocheni Graecorum Melchitarum, sede vacante, R. P. D. Maximum Saigh, Archiepiscopum Tyrensem, eiusdem ritus.

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO AB CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu .quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I. - *De temporis supputatione*

D. - An ubique terrarum, in casibus canone 33 § 1 expressis, tempus Tulgo *zonarium* sequi quis possit.

R. - Affirmative, dummodo hoc tempus sit legale.

II. - *De praecedentia inter Episcopos suffraganeos*

D. - Utrum vi canonis 106, 3° praecedentia inter Episcopos suffraganeos in Concibo provinciali aliisque coetibus provincialibus definienda sit a die praeconizationis seu electionis ad episcopatum, an a die promotionis ad Ecclesiam suffraganeam.

R. - Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

III. - *De collatione beneficiorum*

D. - Utrum in collatione beneficiorum et canonicatuum in ecclesiis collegialibus Capitulum, ad normam canonis 403 audiendum, sit cathedrale an collegiale.

R. - Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

IV. - *De praecedentia vicarii foranei*

D. - An vicarius foraneus, qui sit simul canonicus Capituli collegialis in suo districtu, vi canonis 450 § 2 praecedat ceteris canonicis in choro et actibus capitularibus.

R. - Negative.

V. - *De sacris processionibus*

D. - An, secundum canonem 462, 7° et responsum diei 12 novembris 1922, ius parochi publicam processionem extra ecclesiam ducendi exten-

datur etiam ad processiones Religiosorum, licet exemptorum, extra eorum ecclesias et claustra.

R. - Affirmative, firmo tamen praescripto canonum 1291 § 2 et 1293.

VI. - *De admissione Orientalium ad novitiatum*

D. - An in Religionibus latini ritus sine venia, de qua canon 542, 2°, licite admitti possint ad novitiatum Orientales, qui, proprio retento ritu, praeparantur ad constituendas domus et provincias religiosas ritus orientalis.

R. - Affirmative.

VII. - *De reservatione casuum*

D. - I° Utrum *quaevis reservatio,* de qua can. 900, sit tantum ratione peccati an etiam ratione censurae.

2° Utrum canon 900 agat de reservatione casuum ab Ordinariis tantum an etiam a Sancta Sede statuta.

R. - Ad I™' Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad 2um Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

VIII. - *De forma celebrationis matrimonii*

D. - Utrum, secundum canonem 1098, ad valide et licite matrimonium coram solis testibus contrahendum sufficiat factum absentiae parochi, an requiratur etiam moralis certitudo, ex notorio vel ex inquisitione, parochum per mensem neque haberi neque adiri posse sine gravi incommodo.

R. - Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

IX. - *De Missa in matrimoniis mixtis*

D. - An canone 1102 § 2 in matrimoniis mixtis, praeter Missam pro sponsis, prohibeatur etiam alia Missa, licet privata.

R. - Affirmative, si haec Missa ex rerum adiunctis haberi possit uti complementum caeremoniae matrimonialis.

X. - *De sepultura ecclesiastica*

D. - An, vi canonis 1240 §1, 5° ecclesiastica sepultura priventur qui mandaverint suum corpus cremationi tradi et in hac voluntate permanserint usque ad mortem, etiamsi crematio ad normam canonis 1203 § 2 non sequatur.

R. - Affirmative.

Datum Romae, die 10 novembris 1925.

P. CARD. GASPARRI, *Praeses.*

Ioseph Bruno, *Secretarius.*

DUBIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 10 novembre 1925, presso l'Emo e Emo Signor Cardinale Vincenzo Vannutelli, Ponente della Cansa di beatificazione o dichiarazione del martirio del Servo di Dio Natale Pinot, Sacerdote secolare, si è tenuta la Congregazione *Antipreparatoria* dei Sacri Eiti, nella quale dai Emi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima si è discusso il dubbio se consti del martirio, della causa del martirio e dei segni o prodigi del medesimo Servo di Dio, che si asserisce ucciso in odio alla Fede.

Martedì 17 novembre 1925, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Revfai Prelati e dei Consultori teologi, componenti la Saera Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio se consti del martirio, della causa del martirio e dei segni o prodigi dei Venerabili Servi di Dio Giovanni Maria du Lau, Arcivescovo di Arles, Francesco Giuseppe de la Rochefoucauld, Vescovo di Beauvais, Pietro Lodovico de la Rochefoucauld, Vescovo di Saintes, e Compagni, uccisi, come si asserisce, in odio alla Fede, a Parigi, nel mese di settembre dell'anno 1792.

Martedì 24 novembre 1925, nel Palazzo Apostolico Vaticano, s'è tenuta la Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Biti, nella quale al giudizio degli Emi e Rmi Signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Ezechiele Moreno Diaz, dell'Ordine degli Eremitani Recolletti di S. Agostino, Vescovo di Pasto.
2. Riassunzione della Causa di Canonizzazione del Beato Giovanni de Ribera, Patriarca d'Antiochia ed Arcivescovo di Valenza.
3. Biassunzione della Causa di Canonizzazione del Beato Vincenzo Maria Strambi, della Congregazione dei Chierici Begolari Scalzi della Ssma Croce e Passione di N. S. G. 0., Vescovo di Macerata e Tolentino.
4. Biassunzione della Causa di Canonizzazione della Beata Michela del Ssmo Sacramento, Fondatrice della Congregazione delle Ancelle del Ssmo Sacramento e della Carità.
5. Biassunzione della Causa di Canonizzazione dei Beati Giovanni de Brébeuf, Isacco Jogues e Compagni, martiri, della Compagnia di Gesù.

6. Biassunzione della Causa di Canonizzazione del Beato Boberto Card. Bellarmino, della Compagnia di Gesù.

7. Concessione ed approvazione dell'Officio e Messa, nonché dell'elogio da inserirsi come appendice del Martirologio romano in onore del Beato Bogumilo, Arcivescovo di Gnesna.

8. Concessione ed approvazione dell'Officio e Messa, nonché dell'Elogio da inserirsi come appendice nel Martirologio romano in onore della Beata Maria Bernarda Soubirous, della Congregazione delle Suore della Carità e dell'Istituzione cristiana di Nevers.

9. Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Suor Maria Veronica del Sacro Cuore di Gesù, al secolo Caterina Lioger, Fondatrice dell'Istituto delle Suore vittime del Sacro Cuore di Gesù.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si é degnato di nominare:

26 novembre 1925. H Bevmo P. Giovanni Battista Frey, della Congregazione dello Spirito Santo, *Segretario della Pontificia Commissione per gli studi biblici.*

» » » Il Bevmo sac. prof. Ernesto Buffini, *Consultore della medesima Commissione Pontificia.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

23 settembre 1925. L'Emo Sig. Card. Giovanni Bonzano, *Protettore delle Suore Terziarie Domenicane del SSmo Nome di Gesù* (S. Francisco di California).

10 ottobre » L'Emo Sig. Card. Camillo Làurenti, *Protettore delle Suore Or soline Polacche* (Varsavia).

» » » L'Emo Sig. Card. Giovanni Bonzano, *Protettore delle Suore Terziarie Francescane della Carità* (Buenos Aires).

14 novembre » Monsig. Adolfo Stefanini, *Cappellano Comune Soprannumerario della Cappella Pontificia.*

Assistente al Soglio Pontificio:

3 dicembre 1924. Monsig. Francesco Muñoz e Izquierdo, Vescovo di Vich.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

29 maggio 1925. **Monsig. dott. Giulio De Becker, Bettore del Collegio Americano all'Università di Lovanio.**

24 settembre » **Monsig. Giuseppe Patrizio Stahl, della diocesi di Davenport (S. U. A.).**

30 ottobre » **Monsig. Leone Pietro Gry, della diocesi di Angers.**

16 novembre » **Monsig. Giuseppe Bollón, dell'archidiocesi di Algeri.**

17 » » **Monsig. Francesco E vola, deU'archidiocesi di Monreale.**

20 » » **Monsig. Francesco Sihilia, della diocesi di Anagni**

Prelati domestici di 8. 8.

8 agosto 1925. **Monsig. Giuseppe Falcone, della diocesi di Policastro.**

» » » **Monsig. Boberto Nogara, dell'archidiocesi di Fermo.**

28 » » **Monsig. Angelo Berenzi, della diocesi di Cremona.**

17 settembre » **Monsig. Giuseppe Busi, della diocesi di Piacenza.**

22 » » **Monsig. Antonio Katalinió, della diocesi di Spalato.**

22 **Monsig. Ludovico Bragadini, della diocesi di Borgo San Donnino.**

30 » » **Monsig. Bartolomeo Campana, della diocesi di Cuneo.**

1 ottobre » **Monsig. Giuseppe Silverio Horta, dell'archidiocesi di Marianna.**

6 » **Monsig. Pietro Fourier Bonnard (Boma).**

» » **Monsig. Francesco Griveé, della diocesi di Lubiana.**

» » **Monsig. Michele Dermody, della diocesi di Sioux Falls.**

» » **Monsig. Agostino Amiraul, della medesima diocesi.**

» » **Monsig. Lorenzo Link, della medesima diocesi.**

8 » **Monsig. Andrea Lestyán, della diocesi di Gran Varadino.**

» » **Monsig. Giovanni Zelinka, della medesima diocesi.**

13 » **Monsig. Gaspare Burggraf, dell'archidiocesi di Monaco.**

16 » **Monsig. Giacomo Patrizio Cantwell, dell'archidiocesi di S. Francisco di California.**

30 » **Monsig. Giuseppe Bodriguez, dell'archidiocesi di Bello-Horizonte.**

17 novembre » **Monsig. Giuseppe Carlotta, dell'archidiocesi di Monreale.**

» » » **Monsig. Giacomo Condamin, deU'archidiocesi di Lione.**

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire: • • „

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

30 ottobre 1925. Al sig. William Cosgrave, Presidente dello Stato Libero di Irlanda.

La Commenda con placca dell'Ordine Piano:

13 luglio 1925. Al sig. baronetto Stuart A. Coats, della diocesi di Dunkeld.

La Commenda dell'Ordine Piano:

12 ottobre 1925. Al sig. dott. Kurt Rieth, Consigliere dell'Ambasciata di Germania a Parigi.

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

29 luglio 1925. Al sig. Leone Hamoir, dell'arehidiocesi di Malines.
7 agosto Al sig. ing. cav. Giovanni Battista Liguori, dell'arehidiocesi di Sorrento.
17 » Al sig. Giovanni J. Raskob, della diocesi di Wilmington.
21 » Al sig. Enrico Coqueugnot, della diocesi di Lussemburgo,
22 settembre Al sig. dott. Orazio Pedrazzi, della diocesi di Novara,
» » Al sig. prof. Alfredo Blasi (Roma).
13 ottobre Al sig. dott. prof. Carlo Bayer, dell'arehidiocesi di Praga.
16 Al sig. Bagheb bey Ghali (Alessandria d'Egitto).
» Al sig. Zalri bey Ghali (Cairo).
20 Al sig. Enrico Dorchy, dell'arehidiocesi di Malines.
25 Al sig. Ludovico Offénberg, dell'arehidiocesi di Colonia.
27 Al sig. Ludovico de Lausnay, dell'arehidiocesi di Malines.
6 novembre Al sig. Armando de la Bochefoucauld, duca de Doudeauville, della diocesi di Le Mans.
7 Al sig. Antonio Cicognani, della diocesi di Faenza,
10 Al sig. prof. Sebastiano Wies, dell'arehidiocesi di Lione,
» Al sig. prof. Giuseppe Hostache, della medesima archidiocesig
22 Al sig. dott. Alessandro Martinelli, dell'archid. di Milano.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile :

14 giugno 1925. Al sig. Paolo Lefebvre, della diocesi di Tarbes e Lourdes^
» » » Al sig. Emilio Boulet, della medesima diocesi.

24 agosto 1925. **Al sig. dott. Andrea Giovanni Jorritsma, della diocesi di Utrecht.**
21 settembre » **Al sig. Marino A. M. Waszink, della diocesi di Buremonda.**
24 » » **Al sig. Angelo Eoi, dell'archidiocesi di Milano.**
28 » » **Al sig. Stefano Lurgo, della diocesi di Alba Pompea.**
30 » » **Al sig. Maurizio Deckers, dell'archidiocesi di Malines.**
7 ottobre » **Al Sig. Daniele Conway, della diocesi di Sioux Falls.**
15 » » **Al sig. Carlo Schemeil (Alessandria d'Egitto).**
» » » **Al sig. Emilio Geahchan (Cairo).**
12 » » **Al sig. Clemente Dauchy, della diocesi di Strasburgo.**
20 » » **Al sig. Enrico Peeters, dell'archidiocesi di Malines.**
» » » **Al sig. Gustavo Weinziehr, deil'archidiocesi di Breslavia.**
23 » » **Al sig. Roberto d'Welles, deU'archidiocesi di Tolosa.**
26 » » **Al sig. Carlo Milani, della diocesi di Pavia.**
28 » » **Al sig. prof. Pietro Faurel, della diocesi di Angers.**
» » » **Al sig. prof, conte Gioacchino Du Plessis, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. prof. Giorgio Albert, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. prof. Maurizio Conette, deUa medesima diocesi.**
» » » **Al sig. prof. Benedetto Courtois, della medesima diocesi.**
31 » » **Al sig. Ludovico Eugenio M. von Fisenne, della diocesi di Harlem.**
» » » **Al sig. Felice Antoine, dell'archidiocesi di Parigi.**
11 novembre » **Al sig. prof. Antonio Collet, deU'archidiocesi di Lione.**
» » » **Al sig. prof. Enrico Ollion, della medesima archidiocesi.**
» » » **Al sig. prof. Felice Garcin, della medesima archidiocesi.**
13 » » **Al sig. Giovanni Gandolfe, della diocesi di Nizza.**
14 » » **Al sig. avv. Antonio Giustino Lestra, dell'archid. di Lione.**
» » » **Al sig. Giuseppe A. Matt, dell'archidiocesi di S. Paolo del Minnesota.**
18 » » **Al sig. Carlo Hutton, dell'archidiocesi di S. Giovanni di Terranova.** .
» » » **Al sig. Enrico Pietro Toenbreker, della diocesi di Harlem.**

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

24 luglio 1925. **Al sig. dott. Enrico Battaglioni, deU'archidiocesi di Torino.**

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

21 agosto 1925. **Al sig. Edoardo Noirhomme, deU'archidiocesi di Malines.**
» » » **Al sig. Armando Mercier, della medesima archidiocesi.**
£0 settembre » **Al sig. Enrico Sbordoni (Boma).**
» » » **Al sig. Giovanni Lenari, della diocesi di DaUas.**

21 *ottobre* 1925 **Al sig. Mattia Eoerig, dell'arehidiocesi di Colonia.**
» » » **Al sig. Ermanno Baldus, della medesima archidiocesi.**
» » » **Al sig. Guglielmo Stark, della medesima archidiocesi.**
24 » » **Al. sig. Giuseppe Reipen, della medesima archidiocesi.**
» » » **Al sig. Enrico Clemens, deila medesima archidiocesi.**
» » » **Al sig. Teodoro Kirechbaum, della medesima archidiocesi.**
30 » » **Al sig. Adriano Avendano y Silva, della diocesi di Pinar del Rio.**
6 *novembre* » **Al sig. Michele Genta, dell'arehidiocesi di Torino.**
10 » » **Al sig. Luciano Bernard, dell'arehidiocesi di Lione.**
14 » » **Al sig. Giorgio Schneider, della diocesi di Eatisbona.**
22 » » **Al sig. Stefano Oliva, dell'arehidiocesi di Torino.**

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Bevma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti S ovr annumerari di S. S.:

20 *agosto* 11925. **Monsig. Ludovico Borkowski, dell'arehidiocesi di Mohilew.**
19 *ottobre* » **Monsig. Marino Cappellini, della diocesi di Campos.**
» » » **Monsig. Ciro Padalino, della diocesi di Chieti.**
» » » **Monsig. Bartolomeo Mischler, della diocesi di Magonza.**
» » » **Monsig. Felice Delgadillo, dell'arehidiocesi La Piata.**
20 *ottobre* » **Monsig. Giuseppe Bodrigues Barrocas, della dioc. di Lamego.**
» » » **Monsig. Gioacchino Bibeiro d'Almeida, della medesima dioc.**
23 » » **Monsig. Vincenzo Soares, dell'arehidiocesi di Bello-Horizonte.**
» » » **Monsig. Carlo de Vasconcellos, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Messias de Senna Baptista, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. José Custodio Brandad Gredes, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Bomen Borges, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Joäo Alexandro, della medesima archidiocesi.**
24 *ottobre* » **Monsig. Antonio Maurizio de Gouveä, dell'arehidiocesi di Marianna.**
i3 *novembr e* » **Monsig. José Philippe da Silveira, della diocesi di Guaxupé.**
11 D » **Monsig. Emmanuele Erasmo Arze, della dioc. di Cochaftamba.**
» » » **Monsig. Cristoforo Jiménez, della medesima diocesi.**

11 novembre 1925. **Monsig. Macedonio Encinas, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Francesco Perna, della diocesi di Nicotera e Tropea.**
» » » **Monsig. Francesco Palladino, della diocesi di Nola.**
12 » » **Monsig. Dante Dalla Casa, dell'archidiocesi di Bologna.**
18 » » **Monsig. Pietro Eberhardy, della diocesi di Treviri.**
» » » **Monsig. Giuseppe Hiller, della diocesi di Bressanone.**
16 » » **Monsig. Giuseppe Perardi, dell'archidiocesi di Torino.**
17 » » **Monsig. Giorgio Lindermayr, della diocesi di Augusta.**
17 » » **Monsig. Antonio Colonna (Boma).**
» » » **Monsig. Giovanni Coltor, della dioc. di Alba Giulia e Fogarás.**
» » » **Monsig. Alfredo Giovannoni, della diocesi di Lago Salso.**
20 » » **Monsig. Giuseppe Mastore, della diocesi di Nardo.**

Cameriere segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S. :

26 ottobre 1925. **B Sig. Barone Gustavo Armfelt, della diocesi di Stoccolma.**

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. 8.:

26 ottobre 1925. **Monsig. Emilio Bipa, della diocesi di Pavia.**
» » » **Monsig. Pietro Costadoni, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Pietro Veneroni, della medesima diocesi.**
7 novembre » **Monsig. Francesco Lietz, della diocesi di S. Ippolito.**
» » » **Monsig. Martino Kroismayr, della medesima diocesi.**
10 » » **Monsig. Giovanni Cordeiro da Silva, dell'archidiocesi di Porto Alegre.**
11 » » **Monsig. Luigi Nostro, dell'archidiocesi di Beggio Calabria,**
f» » » **Monsig. Giovanni J. Lobato Bendón, dell'archid. di Avana.**
17 » » **Monsig. Vendelino Halász, dell'amministrazione apostolica di Tirnava.**
19 » » **Monsig. Costantino Bramati, della diocesi di Jesi.**

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S, :

14 ottobre 1925. **B Sig. Comm. Baimondo Marchesi (Boma).**
13 novembre » **B Sig Emmanuele Gonzalez de la Peña, dell'archidiocesi di Siviglia.**
14 » » **B Sig. Mario Linguiti, deU'archidiocesi di Napoli.**

Camerieri d'onore extra urbem:

10 novembre 1925. **Monsig. Beynaldo Juchem, deU'archidiocesi di Porto Alegreg**
» » » **Monsig. Albino Juchem, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Michele Alfonso Scherer, della medesima archidiocesi.**

Cappellani d'onore **extra Urbem:**

17 novembre 1925. **Monsig. Paolo Siska, dell'amministrazione apostolica di Tirnava.**

» » » **Monsig. Carlo Necessalek, della medesima amministrazione apostolica.**

Cappellano segreto d'onore di 8. 8.:

17 novembre 1925. **Monsig. Carlo Paner, dell'amministrazione apostolica di Tir* nava.**

NECROLOGIO

30 settembre 1925 **Monsig. Giuseppe Bourgain, Vescovo tit. di Arehelaide.**

18 ottobre » **Monsig. Alessandro Bardot, Vescovo tit. di Limira.**

11 novembre » **Monsig. Antonio Bassani, Vescovo tit. di Troade.**

26 » » **Monsig. Disma Marchese, Vescovo di Acqui.**

28 » » **Monsig. Giuseppe Bidolfì, Arcivescovo tit. di Irenopoli.**

MONITUM - AVVISO - AVIS - NOTICE - ANZEIGE

MONITUM. - *Propter auctas - ut omnibus cognitum est - editionis expensas, pretium subnotationis huic Commentario Officiali,* **Acta Apostolicae Sedis,** *ab ineunte anno 1926 persolvendum erit ut sequitur:*

Intra fines Italiae	**lib. ita). 20 —**
Extra Italiam	**frs. gaii. 35 —**

Avviso. - *In conseguenza dei noti aumenti di spese di pubblicazione, il prezzo di abbonamento agli* **Acta Apostolicae Sedis,** *Bollettino ufficiale della Santa Sede, a cominciare dal prossimo anno 1926, viene così modificato:*

Per l'Italia	**L. it. 20 —**
Per l'Estero	*Frs.* **35 —**

Avis. - *Les dépenses généraux étant augmentés, le prix oV abonnement aux* **Acta Apostolicae Sedis,** *Bulletin Officiel du Saint-Siège, à partir de Vannée prochaine 1926, a dû être fixé comme il suit:*

Pour l'Italie	**L. it. 20 —**
Pour l'étranger	*Frs.* **35 —**

NOTICE. - *Owing to the increase in ail expenses, the subscription to the* **Acta Apostolicae Sedis,** *Officiai Bulletin of the Eoly See, will be, from the beginning of next year 1926, as follows:*

Por Italy	**L. it. 20 —**
Outside Italy	*Frs.* **35 —**

ANZEIGE. - *Infolge der Erhebung der Allgemeinkosten, ist der Preis für die* **Acta Apostolicae Sedis** *vom Beginn des Jahres 1926, wie folgt, festgesetzt:*

Für Italien	**L. it. 20 —**
Für das Ausland	**franz. francs 35 —**

28 Decembris 1925 Num. 15

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES : DE FESTO DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI REGIS CONSTITUENDO.

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Quas primas post initum Pontificatum dedimus ad universos sacrorum Antistites Encyclicas Litteras, meminimus in iis Nos aperte significasse - cum summas persequeremur earum calamitatum causas, quibus premi hominum genus conflictarique videremus - non modo eiusmodi maiorum colluviem in orbem terrarum idcirco invasisse quod plerique mortalium Iesum Christum sanctissimamque eius legem cum a sua ipsorum consuetudine et vita, tum a convictu domestico et a re publica submoverant; sed etiam fore nunquam ut mansurae inter populos pacis spes certa affulgeret, usque dum et homines singuli et civitates Salvatoris Nostri imperium abnuerent ac recusarent. Itaque *pacem Christi* ut quaerendam *in regno Christi* monuimus, ita Nos, quantum licuisset, praestituros ediximus: in regno Christi, inquimus, quippe Nobis videbamur ad pacem redintegrandam stabiliendamque non posse efficacius, quam, Domini Nostri imperio instaurando, con-

tendere. Haud obscuram quidem exspectationem meliorum temporum Nobis interea moverunt studia populorum illa in Christum inque eius Ecclesiam, unam salutis effectricem, aut primum conversa aut longe excitata acrius: unde etiam apparebat, multorum, qui, contempto Eedemptoris principatu, quasi regno extorres facti erant, parari auspicato et maturari ad officia obedientiae reditum.

At quicquid, vertente Anno sacro, evenit actumve est, perpetua sane recordatione ac memoria dignum, nonne inde Conditori Ecclesiae, Domino ac Regi summo, plurimum honoris accessit ac gloriae? Etenim, sacrarum Missionum rebus publice ad spectandum propositis, nimium quantum mentes hominum sensusque pepulere sive data ab Ecclesia continenter opera regno Sponsi sui cotidie latius in omnes terras insulasque-vel per oceanum remotissimas - proferendo, sive magnus regionum numerus, summo cum sudore ac sanguine, a fortissimis invictisque missionalibus nomini catholico adiunctus, sive quae reliquae sunt locorum magnitudines, salutari benignaeque Regis nostri dominationi subiieiendae. Porro quotquot, sacri temporis decursu, in Urbem undique, Antistitum sacerdotumve suorum ductu, concessere, quid iis omnibus consilii fuit, nisi ut, expiatis rite animis, ad Apostolorum sepulcra et coram Nobis, se in imperio Christi et esse et futuros profiteantur? Atque hoc ipsum Servatoris nostri regnum nova quadam luce tum splendere visum est, cum Nosmet sex confessoribus virginibusque, comprobata praestantissimarum virtutum laude, sanctorum caelitum honores decrevimus. O quantum voluptatis animum Nostrum incessit, quantum solacii, cum, in Petriani templi maiestate, post latas a Nobis decretorias sententias, ab ingenti fidelium multitudine, inter gratiarum actionem, conclamatum est: ***Tu Rex gloriae, Christe.*** **Namque, dum homines civitatesque a Deo alienae, per concitatas invidiae flammas intestinosque motus, in exitium atque interitum aguntur, Ecclesia Dei, pergens spiritualis vitae pabulum humano generi impertire, sanctissimam, aliam ex alia, virorum feminarumque subolem Christo parit atque alit, qui, quos sibi fidissimos in terreno regno subiectos parentesque habuit, eosdem ad aeternam regni caelestis beatitatem advocare non**

desinit. Exeunte praeterea inter Iubilaeum maximum millesimo sexcentésimo ab habita Synodo Mcaena anno, saeculare eventum eo libentius celebrari iussimus et Nosmet ipsi in Vaticana Basilica commemoravimus, quod ea Synodus Unigeniti cum Patre eonsubstantialitatem sanxit ad credendumque catholica fide proposuit, itemque, verba « cuius regni non erit finis » in suam fidei formulam seu Symbolum inserendo, regiam Christi dignitatem affirmavit.

Cum igitur Annus hic sacer non unam ad inlustrandum Christi regnum habuerit opportunitatem, videmur rem facturi Apostolico muneri in primis consentaneam, si, plurimorum Patrum Cardinalium, Episcoporum fideliumque precibus, ad Nos aut singillatim aut communiter delatis, concedentes, hunc ipsum Annum peculiari festo D. N. Iesu Christi Eegis in ecclesiasticam liturgiam inducendo clauserimus. Quae agitur causa sic Nos delectat, ut de ea vos, Venerabiles Fratres, aliquantum affari cupiamus: vestrum postea erit, quicquid de Christo Eege colendo dicturi sumus, ad popularem intellegentiam et sensum ita accommodare, ut decernendam annuam sollemnium celebritatem multiplices excipiant ac sequantur in posterum utilitates.

Ut translata verbi significatione rex appellaretur Christus ob summum excellentiae gradum, quo inter omnes res creatas praestat atque eminet, iam diu communiterque usu venit. Ita enim fit, ut regnare is *in mentibus hominum* dicatur non tam ob mentis aciem scientiaeque suae amplitudinem, quam quod ipse est Veritas, et veritatem ab eo mortales haurire atque obedienter accipere necesse est; *in voluntatibus* item *hominum,* quia non modo sanctitati in eo voluntatis divinae perfecta prorsus respondet humanae integritas atque obtemperatio, sed etiam liberae voluntati nostrae id permotione instinctuque suo subiicit, unde ad nobilissima quaeque exardescamus. *Cordium* denique *rex* Christus agnoscitur ob eius *supereminentem scientiae caritatem*[1] et mansuetudinem benignitatemque animos allicientem: nec enim quemquam

[1] *Eph.,* III, 19.

usque adeo ab universitate gentium, ut Christum Iesum, aut amari aliquando contigit aut amatum iri in posterum continget. Verum, ut rem pressius ingrediamur, nemo non videt, nomen potestatemque regis, propria quidem verbi significatione, Christo homini vindicari oportere; nam, nisi quatenus homo est, a Patre *potestatem et honorem et regnum* accepisse [1] dici nequit, quandoquidem Dei Verbum, cui eadem est cum Patre substantia, non potest omnia cum Patre non habere communia, proptereaque ipsum in res creatas universas summum atque absolutissimum imperium.

Christum esse Regem nonne in Scripturis sacris passim legimus? Ipse enim dicitur dominator dè Iacob orituras, [2] qui a [Patre constitutus est rex super Sion montem sanctum eius, et accipiet gentes hereditatem suam et possessionem suam terminos terrae; [3] nuptiale autem carmen, quo, sub regis ditissimi potentissimique specie ac similitudine, verus, qui futurus erat, rex Israel celebrabatur, haec habet: *Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi; virga directionis, virga regni tui.* [4] Ut multa id genus praetereamus, alio quidem loco, quasi ad Christi lineamenta clarius adumbranda, praenuntiabatur fore ut regnum eius, nullis circumscribendum finibus, iustitiae et pacis munera locupletarent: *Orietur in diebus eius mstitia, et abundantia pacis... Et dominabitur a mari usque ad mare: et a flumine usque ad terminos orbis terrarum.* [5] Huc vel uberiora accedunt propbetarum oracula, illudque in primis Isaiae pervagatissimum: *Parvulus... natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humer um eius; et vocabitur nomen eius Admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri saeculi, princeps pacis. Multiplicantur eius imperium, et pacis non erit finis: super solium David, et super regnum eius sedebit: ut confirmet illud et corrobora in iudicio et iustitia, amodo et usque in sempiternum.* [6] Nec sane alia atque Isaiae sententia ceteri prophetae vaticinantur: ut

[1] DAN., VII, 13-14.

[2] *Num.*, XXIV, 19.

[3] *Ps. II.*

[4] *Ps. XLIV.*

[5] *Ps. LXXI.*

[6] ISAI., IX, 6-7.

Hieremias, praedicent *germen iustum* ab stirpe David oriundum, qui quidem Davidis filius *regnabit rex et sapiens erit: et faciet iudicium in terra;*[1] ut Daniel, qui regnum praenuntiat a Deo caeli constituendum, quod *in aeternum non dissipabitur. . . . stabit in aeternum;*[2] et haud multo post subiicit: *Aspiciebam in visione noctis et ecce cum nubibus caeli quasi filius hominis veniebant, et usque ad antiquum dierum pervenit, et in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem et honorem et regnum, et omnes populi, tribus et linguae ipsi servient; potestas eius, potestas aeterna, quae non auferetur, et regnum eius, quod non corrumpetur.*[3] Zachariae autem praedictum illud de Eege mansueto, qui, *ascendens super asinam et super pullum asinae,* Hierosolymam *iustus et salvator,* gestientibus turbis, ingressurus erat,[4] nonne sancti evangeliorum scriptores impletum agnoverunt et comprobarunt? - Eadem ceteroqui de Christo Eege doctrina, quam Veteris Testamenti libris consignatam delibavimus, tantum abest ut in Novi paginis evanescat, ut, contra, magnifice splendideque confirmetur. Qua in re, ut Archangeli nuntium vix attingamus, a quo Virgo docetur, se filium parituram, cui dabit... Dominus Deus sedem David patris eius et qui regnabit in domo Iacob in aeternum et regni eius non erit finis,[5] Christus de suo ipse imperio testatur: sive enim in postremo ad populum sermone de praerriiis poenisve locutus est, quibus in perpetuum iusti vel rei aificiendi forent, sive Praesidi romano respondit, publice ex ipso utrum rex esset percontari, sive, postquam resurrexit, Apostolis munus docendi et baptizandi omnes gentes commisit, oblata opportunitate, et sibi regis nomen attribuit,[6] et se regem esse palam confirmavit,[7] et sollemniter edixit, datam sibi esse omnem potestatem in caelo et in

[1] HIER., XXIII, 5.
[2] DAN., II, 44.
[3] DAN., VII, 13-14.
[4] ZACH., IX, 9.
[5] Luc, I, 32-33.
[6] MATTH., XXV, 31-40.
[7] Io., XV1I1, 37.

terra:[1] quibus profecto verbis quid aliud, quam eius magnitudo potestatis et infinitas regni, significatur? Num igitur mirari licet, si, qui a Ioanne dicitur *princeps regum terrae,*[2] idem, quemadmodum apostolo in visione illa futurorum apparuit, *habet in vestimento et in femore suo scriptum: Rex regum et Dominus dominantium?*[3] Etenim Christum Pater *constituit heredem universorum-',*[4] oportet autem ipsum regnare, donec, in exitio orbis terrarum, ponat omnes inimicos sub pedibus Dei et Patris.[5] Qua ex communi sacrorum Librorum doctrina sequi profecto oportuit, ut catholica Ecclesia, quae est Christi regnum in terris, ad omnes homines terrasque universas utique producendum, Auctorem Conditoremque suum, per annuum sacrae liturgiae orbem, Eegem et Dominum et Eegem regum, multiplicato venerationis officio, consalutaret. Istas sane honoris significationes, unum idemque per mirificam vocum varietatem sonantes, ut in veteri psallendi ratione atque in antiquis Sacramentariis adhibuit, sic in publicis divinae maiestati precibus cotidie admovendis, inque immolanda immaculata hostia, in praesenti adhibet; in hac vero jlaudatione Christi Eegis perpetua pulcherrimus nostrorum et orientalium rituum concentus facile deprehenditur, ut etiam hoc in genere valeat illud: *Legem credendi lex statuit supplicando*

Quo autem haec Domini nostri dignitas et potestas fundamento consistat, apte Cyrillus Alexandrinus animadvertit: *Omnium, ut verbo dicam, creaturarum dominatum obtinet, non per vim extortum, nec aliunde invectum, sed essentia sua et natura-,*[6] scilicet eius principatus illa nititur unione mirabili, quam hypostaticam appellant. Unde consequitur, non modo ut Christus ab angelis et hominibus Deus sit adorandus, sed etiam ut eius imperio Hominis angeli et homines pareant et subiecti sint: nempe ut vel solo hypo-

[1] MATTH., XXVIII, 18.
[2] ***Apoc,*** I, 5.
[3] *Apoc,* XIX, 16.
[4] ***Hebr.,*** I, **1.**
[5] I ***Cor.,*** **XV,** 25.
[6] ***In Luc*** , X.

staticae uiiionis nomine Christus potestatem in uiiiversas creaturas obtineat. - At vero quid possit iucundius nobis suaviusque ad cogitandum accidere, quam Christum nobis iure non tantum nativo sed etiam quaesito, scilicet redemptionis, imperare? Servatori enim nostro quanti steterimus, obliviosi utinam nomines recolant omnes: *Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis:... sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi et incontaminati.*[1] **Iam nostri non sumus, cum Christus** *pretio magno*** **nos emerit; corpora ipsa nostra** *membra sunt Christi.*[3]

Iamvero, ut huius vim et naturam principatus paucis declaremus, dicere vix attinet triplici eum potestate contineri, qua si caruerit, principatus vix intellegitur. Id ipsum deprompta atque allata ex sacris Litteris de universali Redemptoris nostri imperio testimonia plus quam satis significant, atque est catholica fide credendum, Christum Iesum hominibus datum esse utique Redemptorem, cui fidant, at una simul legislatorem, cui obediant.[4] **Ipsum autem evangelia non tam leges condidisse narrant, quam leges condentem inducunt: quae quidem praecepta quicumque servarint, Mem a divino Magistro, alias aliis verbis, et suam in eum caritatem probaturi et in dilectione eius mansuri dicuntur.**[5] **Iudiciariam vero potestatem sibi a Patre attributam ipse Iesus ludaeis, de Sabbati requiete per mirabilem debilis hominis sanationem violata criminantibus, denuntiat:** *Neque enim Pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio.*[6] **In quo id etiam comprehenditur - quoniam res a iudicio disiungi nequit - ut praemia et poenas hominibus adhuc viventibus iure suo deferat. At praeterea potestas illa, quam exsecutionis vocant, Christo adiudicanda est, utpote cuius imperio parere omnes necesse sit, et ea quidem denuntiata contumacibus irrogatione süppliciorum, quae nemo possit effugere.**

[1] I PETRI, I, 18-19.
[2] **I** *Cor.*, **vi, 20.**
* **Ibid., 15.**
[4] **Conc. Trid., Sess. VI, can. 81.**
[5] **Io., XIV,** 15; **XV,** 10.
[6] **io., v,** *<m.*

Verumtamen eiusmodi regnum praecipuo quodam modo et spirituale esse et ad spiritualia pertinere, cum ea, quae ex Bibliis supra protulimus, verba pianissime ostendant, tum Christus Dominus sua agendi ratione confirmat. Siquidem, non una data occasione, cum Iudaei, immo vel ipsi Apostoli, per errorem censerent, fore ut Messias populum in libertatem vindicaret regnumque Israel restitueret, vanam ipse opinionem ac spem adimere et convellere; rex a circumfusa admirantium multitudine renuntiandus, et nomen et honorem fugiendo latendoque detrectare; coram Praeside romano edicere, regnum suum *de hoc mundo* non esse. Quod quidem regnum tale in evangeliis proponitur, in quod homines poenitentiam agendo ingredi parent, ingredi vero nequeant nisi per fidem et baptismum, qui, etsi est ritus externus, interiorem tamen regenerationem significat atque efficit; opponitur unice regno Satanae et potestati tenebrarum, et ab asseclis postulat, non solum ut, abalienato a divitiis rebusque terrenis animo, morum praeferant lenitatem et esuriant sitiantque iustitiam, sed etiam ut semet ipsos abnegent et crucem suam tollant. Cum autem Christus et Ecclesiam Redemptor sanguine suo acquisiverit et Sacerdos se ipse pro peccatis hostiam obtulerit perpetuoque offerat, cui non videatur regium ipsum munus utriusque illius naturam muneris induere ac participare? Turpiter, ceteroquin, erret, qui a Christo homine rerum civilium quarumlibet imperium abiudicet, cum is a |Patre ius in res creatas absolutissimum sic obtineat, ut omnia in suo arbitrio sint posita. At tamen, quoad in terris vitam traduxit, ab eiusmodi dominatu exercendo se prorsus abstinuit, atque, ut humanarum rerum possessionem procurationemque olim contempsit, ita eas possessoribus et tum permisit et hodie permittit. In quo perbelle illud: *Non eripit mortalia, qui regna dat caelestia.* [1] Itaque principatus Redemptoris nostri universos complectitur homines; quam ad rem verba immortalis memoriae decessoris Nostri Leonis XIII Nostra libenter facimus: « Videlicet imperium eius non est tantummodo in gentes catholici nominis, aut in eos

[1] Hymn. *Crudelis Herodes, in* off. Epiph.

solum, qui, sacro baptismate abluti, utique ad Ecclesiam, si spectetur ius, pertinent, quamvis vel error opinionum devios agat, vel dissensio a caritate seiungat: sed complectitur etiam quotquot numerantur christianae fidei expertes, ita ut verissime in potestate Iesu Christi sit universitas generis humani ».[1] Nec quicquam inter singulos hac in re et convictiones domesticas civilesque interest, quia homines societate coniuncti nihilo sunt minus in potestate Christi quam singuli. Idem profecto fons privatae ac communis salutis: *Et non est in alio aliquo salus, nee aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri;*[2] idem et singulis civibus et rei publicae prosperitatis auctor germanaeque beatitatis: *Mon enim aliunde beata civitas, aliunde homo; cum aliud civitas non sit, quam concors hominum multitudo.*[3] Nationum igitur rectores imperio Christi publicum reverentiae obtemperationisque officium per se ipsi et per populum praestare ne recusent, si quidem velint, sua incolumi auctoritate, patriae provehere atque augere fortunam. Nam quae, Pontificatus initio, de valde imminuta iuris auctoritate verecundiaque potestatis scribebamus, ea ad praesens tempus haud minus apta dixeris ac congruentia: « Deo et Iesu Christo — ita conquerebamur — a legibus et re publica submoto, iam non a Deo derivata sed ab hominibus auctoritate, factum est, ut... ipsa auctoritatis fundamenta convellerentur, principe sublatâ causa, cur aliis ius esset imperandi, aliis autem officium parendi. Ex quo totam oportuit concuti societatem humanam, nullo iam solido fultam collimine et praesidio ».[4]

Itaque, si quando regiam Christi potestatem homines privatim publiceque agnoverint, incredibilia iam beneficia, ut iustae libertatis, ut disciplinae et tranquillitatis, ut concordiae et pacis, civilem consortionem pervadere omnem necesse est. Eegia enim Domini nostri dignitas, quemadmodum humanam principum ac moderatorum auctoritatem religione quadam imbuit, sic civium

[1] Enc. *Annum Sacrum,* d. 25 maii 1899.
[2] *Act, IV,* 12.
[3] S. AUG., *Ep. ad Macedonium,* c. III.
[4] Enc. *Ubi arcano.*

officia atque obtemperationem nobilitat. Quamobrem Apostolus Paulus, licet uxoribus et servis praeciperet, ut in viro suo, ut in suo domino Christum vererentur, monuit tamen, ut non iis tamquam hominibus obedirent, sed unice quia Christi gererent vicem, cum homines a Christo redemptos dedeceret hominibus servire: *Pretio empti estis, nolite -fieri servi hominum.*[1] Quodsi principibus et magistratibus legitime delectis persuasum erit, se, non tam iure suo, quam divini Eegis mandato ac loco imperare, nemo non videt, quam sancte sapienterque auctoritate sua usuri sint et qualem in legibus ferendis urgendisque rationem communis boni et humanae inferiorum dignitatis sint habituri. Hinc tranquillitas ordinis profecto efflorescet ac stabit, quavis seditionis causa remota: quod enim in principe ceterisque rei publicae gubernatoribus civis homines spectaverit sibi natura pares aut aliqua de causa indignos ac vituperabiles, non idcirco eorum recusabit imperium, quando in iis ipsis propositam sibi Christi Dei et Hominis imaginem auctoritatemque intuebitur. Ad concordiae autem pacisque munera quod attinet, liquet omnino, quo latius regnum producitur atque ad universitatem humani generis pertinet, eo magis mortales sibi eius communionis conscios fieri, qua inter se copulantur: quae quidem conscientia, cum frequentes conflictiones praevertat ac praeoccupet, tum earundem asperitatem omnium permulcet ac minuit. Eccur, si Christi regnum omnes, ut iure complectitur, sic reapse complectatur, de ea pace desperemus, quam Rex pacificus in terras intulit, ille, inquimus, qui venit *reconciliare omnia,*qui *non venit ut ministraretur eip sed ut ministraret,* et, cum - esset *Dominus omnium,* humilitatis et se praebuit exemplum et legem statuit praecipuam cum caritatis praecepto coniunctam; qui praeterea dixit: *Iugum meum'suave est et onus meum leve*? O qua frui liceret beatitate, si a Christo et singuli homines et familiae et civitates se gubernari sinerent. « Tum denique - ut verbis utamur, quae decessor Noster Leo XIII ante annos quinque ac viginti ad universos sacrorum

[1] I *Cor.,* VII, 23.

Antistites adhibuit - licebit sanare tot vulnera, tum ius omne in pristinae auctoritatis spem revirescet, et restituentur ornamenta pacis, atque excident gladii fluentque arma de manibus, cum Christi imperium omnes accipient libentes eique parebunt, atque omnis lingua confitebitur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris ».[1]

Iamvero, quo optatissimae eiusmodi utilitates uberius percipiantur et in societate christiana stabilius insideant, cum regiae Salvatoris nostri dignitatis cognitionem disseminari quam latissime oporteat, ad rem nihil magis profuturum videtur, quam si dies festus Christi Eegis proprius ac peculiaris instituatur. Etenim in populo rebus fidei imbuendo per easque ad interiora vitae gaudia evehendo longe plus habent efficacitatis annuae sacrorum mysteriorum celebritates quam quaelibet vel gravissima ecclesiastici magisterii documenta; siquidem haec in pauciores eruditioresque viros plerumque cadunt, illae universos fideles percellunt ac docent; haec semel, illae quotannis atque perpetuo, ut ita dicamus, loquuntur; haec mentes potissimum, illae et mentes et animos, hominem scilicet totum, salutariter afficiunt. Sane, cum homo animo et corpore constet, debet is exterioribus dierum festorum sollemnibus ita commoveri atque excitari, ut divinas doctrinas per sacrorum varietatem pulcritudinemque rituum copiosius imbibât, et, in sucum ac sanguinem conversas, sibi ad proficiendum in spirituali vita servire iubeat.

Est, ceteroqui, litterarum monumentis proditum, celebritates eiusmodi, decursu saeculorum, tum, aliam ex alia, inductas esse, cum id christianae plebis necessitas utilitasve postulare visa est: nempe cum debuit populus aut in communi roborari discrimine aut ab serpentibus haeresum erroribus muniri aut ad recolendum maiore cum studio pietatis aliquod fidei mysterium beneficiumve divinae bonitatis permoveri acrius atque incendi. Itaque, inde a prioribus reparatae salutis aetatibus, cum christiani acerbissime vexarentur,

[1] **Enc. *Annum sanctum,* d. 25 maii 1899.**

coepti sunt sacris ritibus Martyres commemorari, ut *sollemnitates martyrum* - teste Augustino - *exhortationes* essent *martyriorum;*[1] qui autem sanctis Confessoribus, Virginibus ac Viduis delati postea sunt liturgici honores, ad exacuenda in christifidelibus virtutum studia, vel quietis temporibus necessaria, mirifice ii valuerunt. At potissimum quae in Beatissimae Virginis honorem institutae sunt festorum celebritates, effecere illae quidem, ut populus christianus non modo Dei Genetricem, praesentissimamque Patronam, religiosius coleret, sed etiam Matrem sibi a Redemptore quasi testamento relictam amaret ardentius. In beneficiis vero a publico legitimoque Deiparae et sanctorum caelitum cultu profectis non postremo illud loco numerandum, quod haeresum errorumque luem Ecclesia a se nuUo non tempore depulit invicta. Atque hoc in genere Dei providentissimi consilium admiremur, qui, cum ex ipso malo bonum elicere soleat, passus identidem est aut fidem pietatemque popularium remittere aut falsas doctrinas veritati catholicae insidiari, eo tamen exitu, ut haec novo quodam splendore colluceret, illa autem e veterno experrecta ad maiora ac sanctiora contenderet. Nec dissimilem profecto duxere ortum nec fructus peperere dissimiles quae in annuum liturgiae cursum recepta sunt, minus remotis aetatibus, sollemnia: ut, cum Augusti Sacramenti reverentia et cultus deferbuisset, institutum Corporis Christi festum, ita peragendum, ut magnificus pomparum apparatus et supplicationes in octo dies productae populos ad Dominum publice adorandum revocarent; ut Sacratissimi Cordis Iesu celebritas tum inducta, cum, lansenistarum tristitia ac morosa severitate debilitati atque abiecti,- animi hominum frigerent penitus et a Dei caritate fiduciaque salutis absterrerentur.

Iam si Christum Regem ab universitate catholici nominis coli iusserimus, eo ipso et horum temporum necessitati prospectari et pesti, quae societatem hominum infecit, praecipuum quoddam remedium adhibituri sumus. Pestem dicimus aetatis nostrae laicismum, quem vocant, eiusdemque errores et nefarios conatus:

[1] Sermo 47, *De Sanctis.*

quod quidem scelus, Venerabiles Fratres, nostis non uno maturuisse die cum iam pridem in visceribus civitatum lateret. Christi enim in omnes gentes imperium negari coeptum; negatum, quod ex ipso Christi iure exsistit, ius Ecclesiae docendi humanum genus, ferendi leges, regundi populos, ad aeternam utique beatitatem perducendos. Tum vero paulatim Christi religio aequari cum falsis in eodemque genere, prorsus indecore, poni; deinceps civili potestati subiici arbitrio que principum ac magistratuum fere permitti; ulterius ii progredi, qui naturalem quamdam religionem, naturalem quendam animi motum pro divina religione substitui oportere cogitarent. Nec civitates defuere, quae censerent, posse se Deo carere et religionem suam in impietate neglegentiaque Dei esse positam. Acerbissimos sane, quos eiusmodi a Christo et singulorum civium et civitatum defectio tulit tam frequenter tamque diu, fructus in Litteris Encyclicis *Ubi arcano* conquesti equidem sumus iterumque hodie conquerimur: scilicet sata ubique discordiarum semina easque invidiae flammas simultatesque inter populos conflatas, quae tantam adhuc reconciliandae paci moram inferunt; cupiditatum intemperantiam, quae haud raro specie publici boni caritatisque patriae obteguntur, atque inde profecta, cum civium discidia, tum caecum illum et immodicum sui amorem, qui cum nihil aliud, nisi privata commoda et emolumenta, spectet, hisce prorsus omnia metitur; eversam funditus officiorum oblivione ac neglegentia domesticam pacem; familiae communionem stabilitatemque labefactatam; concussam denique atque in interitum actam hominum societatem. Quae futurum ut ad amantissimum Salvatorem redire auspicato properet, agenda posthac annua Christi Eegis celebritas spem Nobis optimam commovet. Catholicorum utique foret, hunc actione operaque sua maturare ac celerare reditum; verum ex iis bene multi nec eum videntur in convictu, ut aiunt, sociali obtinere locum nec ea valere auctoritate, quibus carere eos dedecet qui facem praeferunt veritatis. Id fortasse incommodi bonorum est lentitudini vel timiditati tribuendum, qui ab repugnando se abstinent vel mollius obsistunt: unde adversarios Ecclesiae necesse est maiorem capere temeritatem atque audaciam.

At si quidem fideles vulgo intellegant, sibi sub signis Christi Begis et fortiter et perpetuo militandum esse, iam, concepto apostolatus igne, abalienatos rudesve animos Domino suo reconciliare studeant eiusque iura tueri incolumia nitantur.

Atque praeterea nonne publicae eiusmodi defectioni, quam laicismus cum tanto societatis detrimento genuit, accusandae et aliquo pacto resarciendae celebrata ubique gentium quotannis Christi Eegis sollemnia summopere conducere videntur? Etenim quo indigniore suavissimum Eedemptoris nostri nomen in conventibus inter nationes habendis et in Curiis silentio premitur, eo altius illud conclamati et regiae Christi dignitatis potestatisque iura latius affirmari oportet.

Quid quod ad hanc diei festi celebritatem instituendam, inde ab exeunte superiore saeculo, viam feliciter egregieque munitam esse conspicimus? Nemo enim ignorat, quam sapienter luculenterque is vindicatus sit cultus plurimis, qua late orbis terrarum patet, editis magna linguarum varietate libris; itemque Christi principatum et imperium pia illa agnitum esse consuetudine inducta, ut paene innumerabiles familiae se Sacratissimo Cordi Iesu dedicarent ac dederent. Verum non modo familiae id prestiterej, sed civitates quoque et regna: immo ipsa universitas generis humani, Leone XIII auctore ac duce, eidem divino Cordi, Anno Sancto millesimo nongentesimo vertente, consecrata auspicato est. Neque illud silentio praetereundum, regiae huic Christi in consortionem humanam potestati sollemniter affirmandae mirum in modum profuisse frequentissimos Eucharisticos Conventus aetate nostra cogi solitos, eo nimirum spectantes, ut vel singularum dioecesium et regionum et nationum vel universi orbis populi, ad Christum Eegem sub Eucharisticis velis delitescentem venerandum colendumque convocati, per habitas in coetibus inque templis contiones, per communem Augusti Sacramenti publice propositi adorationem, per magnificas pompas, Christum sibi Eegem divinitus datum consalutent. Iure meritoque dixeris, christianam plebem, divino quodam instinctu actam, Iesum illum, quem impii homines, in sua cum venisset,

recipere noluerunt, e sacrarum aedium silentio ac veluti latebra triumpbantis more per vias urbium eductum, in regalia omnia iura velle restituere.

Iamvero, ad consilium, quod memoravimus, Nostrum perficiendum eam habet Annus Sanctus, qui ad exitum properat, opportunitatem, qua nulla profecto maior videatur, cum fidelium mentes animosque ad bona caelestia, quae exsuperant omnem sensum, evocatos, benignissimus Deus aut gratiae suae dono iterum auxit aut, novis adiectis ad aemulanda charismata meliora stimulis, in recto itinere pergendo confirmavit. Sive igitur tot Nobis adhibitas preces attendimus, sive ea respicimus quae Iubilaei maximi spatio evenere, suppetit profecto unde coniiciamus, diem tandem aliquando, omnibus optatissimum, adesse, quo Christum totius humani generis Eegem proprio ac peculiari festo colendum esse pronuntiamus. Hoc enim Anno, ut exordiendo diximus, Eex ille divinus, vere *mirabilis in sanctis suis,* **novo militum suorum agmine caelitum honoribus aucto,** *gloriose magnificatus est;* **hoc item Anno, per inusitatum rerum ac paene laborum conspectum, admirari omnibus licuit partas ab evangelii praeconibus Christo victorias in regno eius proferendo; hoc denique Anno per saecularia Concilii Nicaeni sollemnia vindicatam commemoravimus Yerbi Incarnati cum Patre consubstantialitatem, qua eiusdem Christi in omnes populos imperium, tamquam fundamento suo, nititur.**

Itaque, auctoritate Nostra apostolica, festum D. N. Iesu Christi Eegis instituimus, quotannis, postremo mensis Octobris dominico die, qui scilicet Omnium Sanctorum celebritatem proxime antecedit, ubique terrarum agendum. Item praecipimus, ut eo ipso die generis humani Sacratissimo Cordi Iesu dedicatio quotannis renovetur, quam s. m. decessor Noster Pius X singulis annis iterari iusserat; hoc tamen anno dumtaxat, eam die tricesimo primo huius mensis peragi volumus, quo die Nosmet pontificali ritu in honorem Christi Eegis sacris operabimur et coram Nobis eandem fieri consecrationem iubebimus. Neque Annum Sanctum posse Nos melius aptiusque concludere videmur, nec Christo *Regi saecu-*

lorwm immortali ampliorem exhibere grati animi Nostri significationem — in quo gratas quoque totius catholici orbis voluntates interpretamur — ob beneficia tempore hoc sacro in Nos, in Ecclesiam universumque catholicum nomen collata.

Neque est cur vos, Venerabiles Fratres, diu multumque doceamus, qua de causa festum Christi Eegis ab reliquis illis distinctum agi decreverimus, in quibus quaedam inesset regiae ipsius dignitatis et significatio et celebratio. Unum enim animadvertere sufficit, quod, quamquam in omnibus Domini nostri festis materiale obiectum, ut aiunt, Christus est, obiectum tamen formale a regia Christi potestate ac nomine omnino secernitur. In diem vero dominicum idcirco indiximus, ut divino Regi non modo clerus litando ac psallendo officia praestaret sua, sed etiam populus, ab usitatis occupationibus vacuus, in spiritu sanctae laetitiae, obedientiae servitutisque suae praeclarum Christo testimonium daret. Visus autem est ad celebrationem longe aptior, quam reliqui, postremus mensis Octobris dominicus dies, quo fere cursus anni liturgici clauditur; ita enim fit, ut vitae Iesu Christi mysteria ante per annum commemorata sacris Christi Regio sollemnibus veluti absolvantur et cumulentur, et, ante quam Omnium Sanctorum gloriam celebremus, Illius praedicetur efferaturque gloria, qui in omnibus Sanctis et electis triumphat« Itaque hoc vestrum, Venerabiles Fratres, esto munus, vestrae hae partes sunto, ut annuae celebritati praemittendas curetis, statis diebus, ad populum e singulis paroeciis contiones, quibus is de rei natura, significatione et momento accurate monitus atque eruditus, sic vitam instituat ac componat, ut iis digna sit, qui divini Regis imperio fideliter studioseque obsequuntur.

Placet interea vobis, Venerabiles Fratres, in extremis hisce Litteris breviter declarare, quas demum publico ex hoc Christi Regis cultu utilitates, cum in Ecclesiae et civilis societatis, tum in singulorum fidelium bonum, Nobis spondeamus ac polliceamur.

Hisce profecto honoribus dominico principatui deferendis in memoriam hominum redigi necesse est, Ecclesiam, utpote quae a

Christo perfecta societas constituta sit, nativo sane iure, quod abdicare nequit, plenam libertatem immunitatemque a civili potestate exposcere, eandemque, in obeundo munere sibi commisso, divinitus docendi, regundi et ad aeternam perducendi beatitatem eos universos qui e regno Christi sunt, ex alieno arbitrio pendere non posse. Immo haud dissimilerà debet praeterea respublica libertatem iis praestare religiosorum utriusque sexus Ordinibus ac Sodalitatibus, qui, cum adiutores Ecclesiae Pastoribus adsint validissimi, tum in regno Christi provehendo stabiliendove quam maxime elaborant, sive triplicem mundi concupiscentiam sacrorum religione votorum oppugnantes, sive ipsa perfectioris vitae professione efficientes, ut sanctitas illa, quam divinus Conditor insignitam Ecclesiae notam esse iussit, perpetuo auctoque in dies splendore ante oculos omnium emicet et colluceat.

Civitates autem ipsa diei festi celebratio, annuo renovata orbe, monebit, officio Christum publice colendi eique parendi, ut privatos, sic magistratus gubernatoresque teneri; hos vero revocabit ad extremi illius iudicii cogitationem, in quo Christus non modo de publica re eiectus, sed etiam per contemptum neglectus ignoratusve, acerrime tantas ulciscetur iniurias, cum regia eius dignitas id postulet, ut respublica universa ad divina mandata et christiana principia componatur cum in legibus ferendis, tum in iure dicendo, tum etiam in adulescentium animis ad sanam doctrinam integritatemque morum conformandis.

At praeterea mirum quantum haurire vis atque virtutis ex harum commentatione rerum christifidelibus licebit, ut animos suos ad germanum christianae vitae institutum effingant. Nam si Christo Domino data est omnis potestas in caelo et in terra; si mortales, pretiosissimo eius sanguine empti, novo quodam iure ipsius dicioni subiiciuntur; si denique potestas eiusmodi humanam naturam complectitur totam, clare intellegitur, nullam in nobis facultatem inesse, quae e tanto imperio eximatur. Eegnare igitur illum oportet in hominis mente, cuius est, perfecta sui demissione, revelatis veritatibus et Christi doctrinis firmiter constanterque assentiri; regnare in voluntate, cuius est divinis legibus praece-

ptisque obsequi; regnare in animo, cuius est, naturalibus appetitionibus posthabitis, Deum super omnia diligere eique uni adhaerere; regnare in corpore eiusque membris, quae tamquam instrumenta vel, ut Apostoli Pauli verbis utamur *, tamquam *arma iustitiae Beo,* interiori animarum sanctitati servire debent. Quae quidem omnia si christifidelibus penitus inspicienda ac consideranda proponantur, multo iidem facilius ad perfectissima quaeque traducentur. Fiat utinam, Venerabiles Fratres, ut suave Christi iugum et externi ad salutem suam appetant atque accipiant, et omnes, quotquot, misericordi Dei consilio, domestici sumus, non gravate, sed cupide, sed amanter, sed sancte feramus: vita autem nostra ad regni divini leges composita, laetissimam bonorum fructuum copiam percipiamus, et, servi boni ac fideles a Christo habiti, in caelesti eius regno sempiternae cum ipso efficiamur beatitatis gloriaeque compotes.

Sit quidem hoc omen et votum Nostrae erga vos, Venerabiles Fratres, paternae caritatis, adventante D. N. Iesu Christi Natali die, documentum; et divinorum munerum conciliatricem accipite apostolicam benedictionem, quam vobis, Venerabiles Fratres, et clero populoque vestro peramanter impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum die xi mensis Decembris anno Sacro MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XI

[1] ***Rom.,* VI, 13.**

CONSTITUTIO APOSTOLICA

UNIVERSALE IUBILAEUM ANNO DOMINI MILLESIMO NONGENTESIMO VICESIMO QUINTO IN URBE CELEBRATUM AD TOTUM CATHOLICUM ORBEM EXTENDITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
UNIVERSIS CHRISTIFIDELIBUS
PRAESENTES LITTERAS INSPECTURIS
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Servatoris IESU CHRISTI benignitati habemus ex animo gratiam, quod per Annum sacrum, quem usitato heri sollemnissimoque Eomanae Ecclesiae ritu conclusimus, et Nobis paene infinitos iucunditatis fructus potiundos permiserit, et ad ingentem mortalium numerum gratiae veniaeque suae divitias misericors protulerit. Etenim ad centena millia, ex quovis civitatum ordine, fideles vel ex disiunctissimis omnium regionibus in Almam hanc Urbem peregrini convenere: qui quidem advenae non tam civibus romanis, eodem ceteroqui studio sacrae indulgentiae fruendae inflammatis, quam catholico nomini universo et ipsis hominibus ab Ecclesia alienis mirabile fidei pietatisque suae visi sunt praebere spectaculum, voluntatesque praeterea suas cum Apostolica Sede et Nobiscum, arctius, si quidem necesse erat, copulaverunt. Optimo autem fructuosissimoque praeteriti Iubilaei exitu, quem tam crebris fiagrantibusque precibus Deo per sacri temporis decursum admotis acceptum referimus, commovemur atque impellimur, ut, more institutoque decessorum Nostrorum, qui patuit Eomae ad hesternum usque diem amplissimus veniae thesaurus, eundem universitati fidelium ubique terrarum, proximo anno, patere iubeamus. Hanc sane veniam indulgentiamque ut quam plurimi participent, Venerabiles Fratres Episcopi curent, ut in singulis dioecesis cuiusque suae locis per divini verbi praedicationem, per sacras expeditiones vel spirituales exercitationes ad culpas suas populus defiendas eluen-

dasque permoveatur et ad poenarum remissionem, quae sibi proposita est, impetrandam rite praeparetur: quod ut, in tanta cleri utriusque penuria, commodius fieri possit, a superiore consuetudine Nobis recedendum esse putamus, ex qua Iubilaeum extra Urbem non ultra semestre spatium producebatur. Iidem praeterea Episcopi fideles sibi commissos doceant, ad eandem mentem Nostram, quam in Iubilaeo pro Urbe indicendo aperuimus, idest pro evangelicae fidei propagatione, pro populorum pace et concordia, pro congruenti Ecclesiae catholicae iuribus ordinatione Sanctorum Palaestinae Locorum, eos potissimum orare Nobiscum ipsis oportere.

Itaque, auctoritate omnipotentis Dei, beatorum apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, Iubilaeum maximum, quod in hac sacra Urbe celebratum est, ad universum catholicum orbem per has Litteras extendimus et in totum futurum annum prorogamus, ita scilicet ut lucrifieri possit a primis vesperis proximi diei festi Circumcisionis Domini ad plenum diem tricesimum primum mensis Decembris futuri anni MDCCCCXXVI.

Quamobrem omnibus utriusque sexus christifidelibus ubique terrarum, extra Urbem huiusque suburbium, exsistentibus, etiamsi anno sacro proxime elapso Iubilaei veniam lucrati iam sint, apostolica auctoritate Nostra largimur, ut plenissimam peccatorum indulgentiam ac remissionem adipisci bis queant, idest primum aut sibi aut animis defunctorum expiandis, secundo autem in horum tantummodo levationem, dummodo rite confessi ac sacra synaxi refecti — quam ad rem confessio annua et Paschalis communio minime suffragabuntur, — intra futurum annum MDCCCCXXVI, ecclesiam loci praecipuam tresque alias ecclesias vel oratoria publica ad hoc designanda, semel in die, per quinque continuos vel seiunctos dies, cum naturales tum ecclesiasticos, ad canonum normam computandos, pie inviserint et ad mentem Nostram supplices Deo preces adhibuerint. Iidem locorum Ordinarii sive per se ipsi sive per vicarios foraneos et parochos aliosve ecclesiasticos viros, quibus hanc potestatem, etiam, si libuerit, per integrum anni spatium utendam, permi-

serint, designabunt, praeter cathedralem ecclesiam in civitate episcopali et praecipuam in ceteris dioecesis locis, tres alias tam in illa quam in istis a quibusvis fidelibus visitandas: quodsi quattuor alicubi ecclesiae vel oratoria publica desint, Ordinarii, pro suo prudenti arbitrio, aut per se ipsi aut per suos delegatos decernere poterunt, ut in minore aedium sacrarum numero, et vel in una, ubi una tantummodo adest, quattuor illas diurnas visitationes agi liceat.

Ut autem iis consulamus, qui in peculiari rerum locorumque condicione versentur, haec statuimus quae sequuntur.

I. Qui per annum fere semper navigant iterve faciunt, iis fas esto, cum ad certam se stationem receperint, ibi iubilaeum semel lucrari, ea lege ut, ceteris simul parendo praescriptis, praecipuam loci ecclesiam uno tantummodo die quinquies invisant.

IL Ordinarii locorum aut per se ipsi aut per vicarios foraneos, per praelatos regulares quod ad eorum subditos, per parochos vel confessarios in dioecesi adprobatos, quibus huiusmodi fecerint potestatem — vel habitualiter atque extra confessionem exercendam, — possint, si qui impediantur ne imperatas visitationes obeant, harum numerum, pro rerum personarumque necessitate, contrahere et reducere; concedere, ut visitationes, nulla habita unius eiusdemque diei ratione, seiungi pro lubitu queant; cum vero res postulaverit, eas dispensando commutare in alia religionis, pietatis caritatisve opera, ad singulorum condicionem accommodata, quae tamen aliunde non sint sub peccato debita, *r*— Impeditus autem heic intellegi volumus moniales, sorores religiosas, tertiarias regulares, pias feminas et puellas aliasve personas in gynaeceis seu Conservatoriis degentes; item anachoretas monasticum regularemve Ordinem profitentes et potius contemplationi quam actioni vitae deditos, ut Cistercienses Eeformatos B. M. Y. de Trappa, Eremitas Camaldulenses et Carthusianos; praeterea eos, qui aut captivi sunt aut in carceribus custodiuntur, et ecclesiasticos vel religiosos viros, qui in coenobiis aliisve domibus, emendationis causa, detinentur. Im-

pediti ii quoque censeantur, qui aut domi aut in nosocomiis sive morbo sive imbecilla valetudine laborant, et quotquot aegrotis adsunt, et generatim ii omnes, qui certo impedimento prohibentur quominus statutas visitationes obeant: aequo autem iure esse volumus operarios, quos in Constitutione *Apostolico muneri,* die XXX mensis Iulii superiore anno data, descripsimus, et senes qui septuagesimum aetatis annum excesserint.

III. Ordinariis locorum pariter liceat — etiam per delegatos quos supra memoravimus eademque ratione — minorem visitationum numerum praestituere, *a)* conlegiis auctoritate ecclesiastica adprobatis sive clericalibus sive religiosis; *b)* confraternitatibus, piis unionibus, atque iis tantummodo laicorum consociationibus, quarum sit catholica opera provehere; *c)* adulescentibus qui in conlegiis vivunt vel conlegia, institutionis educationisque gratia, aut cotidie aut statis diebus celebrant; *d)* christifidelibus omnibus, qui, duce parocho, vel sacerdote quem parochus delegant, visitationes peracturi sunt. — Ea tamen lege Ordinarii visitationum minuant numerum, ut hi omnes, quos nominavimus, pompa instituta, etiam sine suis insignibus, ad invisendas aedes sacras incedant.

IV. Ubicumque autem, quavis de causa, ita incedendi per publicas vias copia non erit, Ordinario loci eiusve delegatis liceat, ut supra, visitationum numerum contrahere et reducere, modo intra aedis sacrae saepta aut pompa ducatur aut saltem visitatio sollemniter communiterque fiat ab omnibus ibi una congregatis. Ordinarius autem loci eiusve delegati ab obligatione confessionis et sanctae Communionis nullum alium exsolvant, nisi quem ab alterutra gravis morbus prohibeat.

Ad facultates quod attinet, confessariis, ceteroquin ad iuris normam adprobatis, tribuendas, quas in excipienda iubilaei confessione salutariter adhibeant, haec, quae sequuntur, decernimus.

I, Confessariis illae integrae sunto facultates absolvendi, dispensandi, commutandi, quascumque ab hac Apostolica Sede

vel in perpetuum vel ad tempus, quoque pacto, legitime impetrarint; immo simul cumulateque, ad iuris praescriptum, et plurles pro eodem poenitente sive iis omnibus sive bis, quae mox concessuri sumus, uti valide et licite possint. Qualicumque autem poenitens, cum confessionem iubilaei sincera lucrandae indulgentiae intentione instituit, absolutione, dispensatione, commutatione donatus erit, si postea, mutata voluntate, a complendis reliquis praescriptis operibus destiterit, eadem non idcirco irrita erit.

II. Monialibus aliisque feminis, quarum ad confessiones excipiendas, ex Codicis praescripto, specialis Ordinarii adprobatio requiritur, fas esto banc dumtaxat iubilaei confessionem apud quemvis confessarium ab eodem loci Ordinario pro utroque sexu adprobatum peragere: qua semel completa, iam nulla confessarius iste in eandem poenitentem iurisdictione gaudeat, nisi ad Codicis leges.

III. Confessarius eos omnes, pro quibus ab Ordinario loci vel a Nobis adprobatus sit, in confessione iubilaei excipienda, absolvere possit, in foro sacramentali tantum, a quavis censura a iure vel ab homine inflicta, occulta vel publica, aut ab Ordinario sibi reservata aut a iure Apostolicae Sedi simpliciter specialive modo vel Ordinariis reservata: itemque a quovis peccato, utcumque gravi et Ordinariis vel S. Sedi reservato; iniuncta tamen salutari poenitentia aliisque de iure iniungendis. — A nulla ex censuris Apostolicae Sedi specialissimo modo reservatis absolvere queat, praeterquam a crimine absolutionis complicis a peccato turpi non plus semel vel bis attentatae. At confessario poenitenti praecipiat, *a)* ut complicem, si forte ad confitendum redierit, moneat cum de absolutionis a se impertitae invaliditate, tum de eiusmodi confessionibus apud alium confessarium iurisdictione munitum necessario iterandis; *b)* ut, occasione relapsus remota, abstineat se in posterum ab audienda complicis confessione, etsi a peccato complicitatis alias absoluti, quoad sine scandali et infamiae periculo fieri poterit. — Confessarius si quem a censura publica vel ab homine inflicta in foro sacramentali tantum absolverit, eum iu-

beat in foro externo se gerere ad praescriptum can. 2251; caveat autem confessarius ne quemquam publica censura irretitum in foro conscientiae Deo reconciliet. nisi. is paratus sit intra sex menses Ecclesiae satisfacere et scandalum damnumque reparare.

IY. Confessarius ne in foro quidem interno, nisi ad praescriptum can. 2254, eos absolvat, qui, aut in censuram aliquam incurrerint a Pio X per Constitutionem *Vacante Sede Apostolica* Eomano Pontifici reservatam, aut secretum S. Officii alterumve simile violaverint; itemque praelatos cleri saecularis ordinaria iurisdictione in foro externo praeditos superioresque maiores religionis exemptae, qui in censuram Romano Pontifici speciali modo reservatam publice inciderint.

V. Haeretici, praesertim qui fuerint publice dogmatizantes, ne absolvantur, nisi, abiurata saltem coram ipso confessario haeresi, scandalum, ut par est, reparaverint. Similiter quicumque sectis massonicis aliisque id genus vetitis notorie adscripti sint, ne absolvantur, nisi praemissa coram confessario abiuratione aliisque servatis de iure servandis, a secta recesserint et scandalum, quantum licuerit, removerint.

VI. Qui bona vel iura ecclesiastica sine venia acquisiverint, ns ne impertiatur absolutio, nisi Ecclesiae satisfecerint vel saltem sincere promiserint se quamprimum satisfacturos.

VII. Qui falsam sollicitationis denuntiationem admiserit, is ne absolvatur, nisi aut eam formaliter retractaverit, aut saltem ad eam quamprimum retractandam atque ad sarcienda calumniae damna serio paratum se praebeat.

VIII. Confessarius in ipsa tantummodo iubilaei confessione, ex iusta et probabili causa, omnia et singula vota privata, etiam Sedi Apostolicae reservata, iurata quoque, in alia pia opera dispensando commutare possit. Votum autem castitatis perfectae et perpetuae, etiamsi ab origine publice emissum sit in professione religiosa — neutiquam, contra, si poenitens fuerit in Ordine sacro lege caelibatus adstrictus, — subinde tamen, aliis eius professionis votis per dispensationem sublatis, firmum atque integrum manserit, similiter possit, ex iusta et probabili causa,

in alia pia opera dispensando commutare. Votum vero a tertio acceptatum ne remittat neve commutet, nisi is, cuius interest, libenter expresseque consenserit. Votum denique non peccandi aliave poenalia vota ne commutet nisi in opus, quod, non minus quam ipsum votum, a peccando refrenet.

IX. Idem confessarius in excipienda iubilaei confessione dispensare possit, pro solo conscientiae foro, atque ad hoc unice ut poenitens Ordines iam susceptos sine infamiae vel scandali periculo exerceat, a quavis irregularitate ex delicto prorsus occulto; item ab irregularitate ex homicidio voluntario aut abortu, de qua in can. 985 § 4°; sed in hoc homicidii voluntarii et abortus casu, poenitenti onus imponat, sub poena reincidentiae, recurrendi intra mensem ad S. Poenitentiariam et standi eius mandatis.

X. Similiter in solo foro conscientiae et sacramentali liceat confessario dispensare: *a)* ab impedimento prorsus occulto consanguinitatis in tertio vel secundo gradu collaterali, etiam attingente primum, quod ex generatione illicita proveniat, solummodo ad matrimonium convalidandum, imperata tamen consensus ad iuris normam renovatione, minime vero ad contrahendum vel in radice sanandum; *b)* ab occulto criminis impedimento — neutro tamen machinante — sive de matrimonio contracto agatur sive de contrahendo; iniuncta, in primo casu, privata renovatione consensus, secundum canonem 1135; imposita, in utroque, gravi diuturnaque salutari poenitentia.

Itaque haec omnia, quae per has Litteras constituimus ac declaravimus, volumus firma et valida exsistere et fore, ad effectum iubilaei ad universum catholicum orbem proferendi, non obstantibus contrariis quibuslibet. Earum autem exemplis atque excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eandem iubemus adhiberi fidem, quae hisce adhiberetur Litteris, si forent exhibitae vel ostensae.

Nulli igitur liceat paginam hanc Nostrae concessionis et voluntatis et declarationis infringere vel ei, ausu temerario, contra ire.

Quod si quis attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die xxv mensis Decembris, in festo Nativitatis D. E". Iesu Christi, anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

O. CABD. CAGIANO,
S. B. JE. Cancellarius.

A. CARD. FRÜHWIRTH,
Poenitentiarius Maior.

IOANNES ZANI-CAPRELLI, *Protonotarius Apostolicus.*
DOMINICUS SPOLVERINI, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ✠ Plumbi.

Reg. in Cane. Ap. vol. XXXIII, n. 4.

MOTU PEOPEIO

DE PONTIFICIA COMMISSIONE SACRAE ARCHAEOLOGIAE DEQUE NOVO PONTIFICIO INSTITUTO ARCHAEOLOGIAE CHRISTIANAE.

I primitivi cemeteri di Eoma cristiana con le cripte e le tombe dei Papi e dei Martiri e i santuari eretti su quei gloriosi sepolcri, le basiliche fiorite entro le mura dell'Urbe nell'età della pace, con i loro grandiosi musaici, la serie innumerevole delle iscrizioni, le pitture e le sculture, la suppellettile cemeteriale e liturgica, costituiscono per la santa Chiesa Bomana un sacro patrimonio di pregio e di importanza senza pari. Sono, invero, codesti, testimoni altrettanto venerandi che autentici della fede e della vita religiosa dell'antichità ed insieme fonti di primissimo ordine per lo studio delle istituzioni e della cultura cristiana, fin dai tempi più prossimi agli apostolici.

Perciò, se i Eomani Pontefici riguardarono sempre come loro stretto dovere la tutela e la custodia di tutto questo sacro patrimonio, negli ultimi tempi intensificarono le loro sollecitudini segnatamente per quella che, a buon diritto, se ne stima la parte più preziosa, cioè i cemeteri sotterranei, comunemente appellati *Catacombe.*

Dotati di uno speciale carattere di religione e di santità, derivante dagli insegnamenti e precetti della fede cristiana, inviolabilmente tutelati dalle stesse leggi civili dell'Impero, i cemeteri nei secoli delle persecuzioni furono retti e governati dalla Chiesa, e dai Papi affidati per l'amministrazione ai preti e ai diaconi, riconoscendosi dai Cesari pagani la proprietà di quelli, non nei singoli fedeli, ma nella Chiesa medesima, rappresentata dal Vescovo; dominio proclamato poi, nell'avvento della pace cristiana, e riconosciuto solennemente ai Eomani Pontefici, come ogni altro ecclesiastico possesso, da Costantino il Grande e dai suoi successori.

Quando, dopo il tempestoso succedersi delle invasioni barbariche, i Papi si videro costretti a spogliare le necropoli suburbane dei più cari tesori, trasferendo all'ombra sicura delle basiliche intramurane le reliquie dei loro predecessori e dei Martiri, non per questo abbandonarono la cura di quei luoghi venerati, ma per molto tempo ancora si adoperarono a restaurarli e a mantenerne aperti gli accessi alla pietà dei fedeli. Ed il culto per i sacri cemeteri nella Chiesa Eomana non si estinse neppur quando, causa le tristi vicende di tempi calamitosissimi, gli aditi ne rimasero quasi tutti ostruiti; poiché anche allora i fedeli continuarono

a discendere nelle pochissime cripte accessibili, per pregare dinanzi ai vuoti sepolcri, nei quali avevano riposato le spoglie degli eroi della Fede.

Per le pazienti indagini di dotti e ardenti investigatori di sacre antichità, a partire dal secolo xvi, ritrovati poi in grandissimo numero gli accessi ai suburbani cemeteri, i Nostri predecessori promulgarono editti e leggi per la tutela di quei sacri recessi e dei diritti assoluti della Chiesa sii codesto suo sacrosanto retaggio ; ed anche si ebbero, per ogni tempo ed occasione, le provvide disposizioni dei Cardinali Vicarii di quest'Alma Città; venendosi a formare così, riguardo a tali monumenti, un'ampia, speciale e importantissima legislazione.

Mosso da esempì sì illustri, e all'intento di secondare il risorgente fervore di studi più severi delle cristiane antichità, suscitato per merito del p. Giuseppe Marchi, della Compagnia di Gesù, e più ancora di Giovanni Battista De Bossi-che doveva poi a ragione essere onorato del titolo di Principe degli archeologi cristiani -, il Sommo Pontefice Pio IX Nostro predecessore di v. m. istituì, fin dal 6 gennaio 1852, una speciale *Commissione di Archeologia Sacra,* dando ad essa le facoltà necessarie per la più efficace tutela e sorveglianza dei cemeteri e degli antichi edifìci cristiani di Roma e del suburbano, per la sistematica e scientifica escavazione ed esplorazione degli stessi cemeteri, e per la conservazione e custodia di quanto dagli scavi e dai lavori si venisse ritrovando o si fosse riportato alla luce.

A questo scopo, appunto, contemporaneamente alle prime grandi escavazioni e alle meravigliose scoperte nella Roma sotterranea cristiana, dal De Rossi genialmente intuite e preparate, si fondava il Museo Cristiano Pio nel Palazzo Apostolico del Laterano, - la cui istituzione, fu espressamente richiesta dalla stessa *Commissione* quale uno dei caposaldi per cimentarsi aUa grandiosa opera che dal Pontefice le era stata affidata -, e colà trovarono degna sede tanti preziosi monumenti per l'innanzi dispersi e nascosti.

Nei primi mesi del nostro Pontificato, poiché ricorreva il settantesimo anniversario dalla istituzione della *Commissione* ed il centesimo dalla nascita del De Rossi, vero rinnovatore della scienza archeologica cristiana, volemmo riunire presso di Noi la *Commissione,* che ha per capo e presidente il sig. Cardinale Nostro Vicario generale, e Ci interessammo del suo andamento, del progresso dei lavori e dei bisogni ai quali occorresse provvedere, perchè la *Commissione* non sia, ai nostri giorni, impari al compito che deve disimpegnare.

Ci piacque ricordare allora l'attività esplicata dalla *Commissione* fin dal suo inizio per le varie sue attribuzioni, e quanto essa abbia bene meritato della stessa Chiesa Romana, che dalle scoperte dei suoi cemeteri antichissimi e dei santuari dei Martiri, ha riacquistato parte notevolissima

del suo più antico patrimonio, ha visto ricomporsi intere pagine della sua storia e venire alla luce documenti e monumenti del più alto valore storico per dimostrare 1' antichità dei suoi dogmi, della sua fede, delle sue venerande tradizioni.

Benché molti di tali monumenti siano eloquenti di per sé, è d'uopo riconoscere, che gli studi condotti con più severa e profonda critica dai grandi archeologi cristiani dell'epoca recente - primo fra tutti il non mai abbastanza lodato Giovanni Battista De Bossi - condussero, non soltanto a ritrovare nella Boma sotterranea cristiana quello che nel secolo xvi aveva imperfettamente, ma con intuito di fede, divinato con pochi altri l'infaticabile investigatore delle sacre romane antichità Antonio Bosio, ma ad identificare, sulla scorta degli itinerari del Medio Evo, cemeteri, cripte storiche e sepolcri di Martiri, a interpretare sapientemente le pitture e le sculture alla luce degli scritti dei Padri della Chiesa e del vicendevole confronto. Così, le primitive tombe dei Martiri e dei molti Nostri gloriosi predecessori rivivono e tornano ad essere nuovamente mèta di culto devoto e di ammirazione profonda; e i fedeli di ogni gente e di ogni lingua, sulle pareti dei sacri ipogei, nei dipinti, nei graniti, nelle sculture, nelle iscrizioni della più remota antichità leggono oggi, con intensa commozione, non pochi di quegli articoli della Fede cattolica, apostolica, romana, che più acremente furono oppugnati dai novatori.

Non è, quindi, chi non veda quanto sia necessario, importante, e per Noi doveroso, sostenere, con opportune ed efficaci provvidenze, l'opera della Nostra *Commissione,* affinchè i vetusti monumenti della Chiesa siano conservati nel miglior modo allo studio dei dotti, non meno che alla venerazione e alla ardente pietà dei federi di ogni paese, che nei trascorsi quindici lustri sovvennero generosamente i Eomani Pontefici nella grandiosa, dispendiosissima intrapresa del ritrovamento e della escavazione delle romane Catacombe.

Che se delicata e piena di responsabilità è la cura di custodire e conservare i monumenti già ritrovati, tra le speciali difficoltà dei luoghi, ben più difficile e gravosa si presenta l'opera di proseguire le esplorazioni della Boma sotterranea cristiana, per mettere in luce tante altre necropoli, ancora affatto, o solo in minima parte, esplorate, e per compiere l'escavazione dei più celebri cemeteri, che anche oggi sono noti soltanto in alcune loro regioni, mentre ne rimangono molte altre sepolte sotto il terreno e fra le rovine. E questo compito arduo è reso nel momento attuale più impellente e delicato dal fatto, che attorno a Boma l'espansione edilizia ornai si è estesa anche a lontane zone, ricche di cemeteri insigni, i quali perciò sono esposti a danni gravissimi e forse ad irreparabile rovina.

Noi, pertanto, confermando quanto disposero i Nostri predecessori e segnatamente Pio IX e Leone XIII, di v. m., circa la *Commissione* e le sue mansioni riguardo ai cemeteri o Catacombe, alle basiliche e agli antichi sacri edifìci di Roma, nei quali nulla è da innovare, nulla da modificare senza sua intesa e beneplacito, abbiamo stimato utile e opportuno ampliare e rafforzare la *Commissione* stessa con l'attiva partecipazione di altri competenti, che;, corrispondendo da varie regioni e nazioni, le apportino contributo prezioso di studi e moltiphchino i mezzi, perchè essa possa attuare efficacemente, in misura sempre più larga, le finalità per cui fu istituita.

Alla *Commissione,* che a buon diritto e con vera compiacenza chiamiamo Nostra, perchè a lei e alle sue cure è affidata tanta parte del preziosissimo primitivo patrimonio della Chiesa nostra, e perchè in conservarlo, tutelarlo, accrescerlo, essa agisce per autorità del Romano Pontefice, riconosciamo al pari dei Nostri predecessori, e riconfermiamo il diritto esclusivo e collettivo per la conservazione degli antichi sacri monumenti, per la esplorazione ed escavazione dei cemeteri sotterranei e delle aree sepolcrali all'aperto cielo; per la determinazione e direzione assoluta di qualunque lavoro debba o voglia in quelli praticarsi, o che possa avere attinenza con essi, e per la prima pubblicazione dei risultati di scavi o lavori. Essa soltanto, come viene precisato nell'apposito '*Regolamento* da Noi pure approvato, può stabilire le norme e le condizioni con cui rendere accessibili e visibili al pubblico e agli studiosi i sacri cemeteri, sotto la responsabilità di Custodi che essa nomina e riconósce e che da essa per questo debbono dipendere, e deve indicare quali cripte, e con quali cautele, siano da adibire per la santa liturgia.

Alla Nostra *Commissione,* quindi, che, sola investita dell' autorità di compiere escavazioni e lavori neUe Catacombe e nelle aree cemeteriali, di fatto li compie diligentemente a mezzo del proprio ufficio tecnico, e che in Nostro nome deve amministrare quanto riguarda i sacri cemeteri, anche sottostanti o uniti a basiliche o ad altri sacri edifìci governati o immediatamente dipendenti da speciali giurisdizioni, è pur giusto e naturale, che esclusivamente convergano le oblazioni che vogliono destinarsi a tale scopo e che occorrono ogni anno in misura sempre più larga.

Per questo, malgrado le gravi ristrettezze economiche nelle quali Ci troviamo, tra le molte e svariate necessità, alle quali riteniamo compito del Nostro Apostolico ministero sovvenire in ogni parte della terra, Noi abbiamo creduto di annoverare anche la previdenza per le romane Catacombe e abbiamo pur voluto contribuirvi personalmente, secondo le Nostre forze. Poiché è senza dubbio ottima cosa, in mezzo a tanta preoccupazione per interessi

materiali, a tanto oscuramento di nobili idee, a tanta guerra incessante, cbe si pretende muovere alla nostra Eeligione santissima con le armi della critica storica, dare esca per riaccendere nei cuori la fiamma della Fede e della primitiva storia e poesia cristiana, con la luce cbe irradia dai mistici recessi delle Catacombe del suolo romano e di molte altre regioni della cristianità.

Per questo occorre anche dare allo studio della sacra Archeologia incoraggiamenti ed aiuti nuovi, adeguati all'importanza della disciplina, ai risultati che si sono raggiunti e a quelli non minori che dobbiamo ancora attendere; ed a ciò vogliamo rivolgere in modo particolare le Nostre cure e le Nostre previdenze.

E poiché accanto alla *Pontificia Commissione,* e più antica di essa, fiorisce la *Pontificia Accademia Romana di Archeologia* tanto benemerita e tanto favorevolmente nota agli studiosi per le sue dotte pubblicazioni, abbiamo deliberato di coordinare le due istituzioni e di aggiungervi un *Pontificio Istituto di Archeologia Cristiana,* con proprio regolamento da Noi visto ed approvato, per indirizzare giovani volonterosi, di ogni paese e nazione, agli studi ed alle ricerche scientifiche sopra i monumenti delle antichità cristiane. Le tre istituzioni riunite in apposita sede, che all'uopo sarà tosto apprestata, e debitamente armonizzate, potranno agevolmente completarsi e coadiuvarsi nel fine comune di così alta importanza; e gli studiosi di sacra Archeologia potranno più largamente approfittare dell'immenso materiale che Eoma offre e dei mezzi che la Commissione, l'Accademia, l'Istituto, per le proprie relazioni scientifiche internazionali, saranno in grado di ampiamente loro somministrare.

U ricordo e la visione del lavoro compiuto fino ad oggi dalla *Pontificia Commissione* Ci dà animo a bene sperare per l'avvenire, perchè, nonostante le difficoltà dei tempi e delle circostanze, Popera deve essere intensificata ed allargata con orizzonti ognora più vasti. E Ci arride l'idea, che una intesa più intima venga a stabilirsi tra coloro, che nelle diverse regioni d'Italia e nelle diverse parti del mondo attendono di proposito a studi e ricerche di sacra Archeologia ; e che Eoma, continuando la gloriosa tradizione del grande De Eossi, divenga il centro di nuovi e più fecondi studi archeologici sacri. Ciò, senza dubbio, arrecherà notevolissimo vantaggio alla scienza, non meno che alla storia viva della santa Fede nostra.

La *Pontificia Commissione,* sostenuta dalla *Pont. Accademia* e *àalVIstituto,* nel portare periodicamente a pubblica conoscenza, con l'apposita *Rivista,* i risultati degli scavi, e nell'illustrare i cemeteri e i monumenti della *Roma sotterranea,* corrispondendo con i vari centri di cultura archeologica, potrà con maggior lena e più largo aiuto attuare le nobili finalità che i Eomani Pontefici ebbero di mira nell'istituirla e nel so-

stenerla. B col lavoro intensificato e coordinato non apparirà più irraggiungibile (Ci è caro sperarlo) l'ideale di una descrizione *déLV Orbis antiquus Christianus* intraweduto dai valenti archeologi che diedero vita e inizio aUa *Commissione* Nostra, e che, con le ricerche pazienti e le scoperte meravigliose nella Boma sotterranea cristiana, prepararono il materiale, stabilirono i certi canoni, che furono potuti con successo applicare da altri in varie anche lontane regioni, e particolarmente nella nobilissima Africa Romana, per ridare alla Chiesa cattolica e alla scienza molte altre rarissime gemme.

Confidiamo, che nella magnifica e onerosa impresa Ci assista, da ogni parte del mondo cattolico, l'aiuto e la collaborazione efficace di quanti possono emulare i generosi oblatori, i quali nei passati settanta anni hanno reso possibile alla Chiesa Romana il ricupero di tanta parte del suo antico e sacrosanto patrimonio nascosto nei recessi della Roma sotterranea.

Ai santi Martiri, in questo anno giubilare, affidiamo la realizzazione dei Nostri voti e il più largo successo delle attività della Pontifìcia Nostra *Commissione.* A loro intercessione imploriamo dal Signore la benedizione sulla *Commissione* stessa, sull'*Accademia*, *sull'Istituto* e su quanti si adoperano e si adopreranno a loro vantaggio; su coloro che zelano e sostengono il culto dei Martiri nei sacri cemeteri, sugli amici tutti delle Catacombe romane.

Dato dal Nostro Palazzo Apostolico al Vaticano nel giorno natalizio di s. Damaso Papa, 11 dicembre di quest'anno giubilare 1925, del Pontificato Nostro anno quarto.

PIO PP. XI

REGOLAMENTO

PER LA

PONTIFICIA COMMISSIONE DI ARCHEOLOGIA SACRA

I.

Costituzione.

1. - La Commissione di Archeologia Sacra, istituita dal Sommo Pontefice Pio IX, di s. m., il 6 gennaio 1852, è Pontifìcia: essa dal Sommo Pontefice immediatamente dipende ed agisce per mandato ea nome di Lui.

2. - La Commissione è presieduta dall'Emo Cardinale Vicario generale di Sua Santità; è composta di Commissari *effettivi* residenti in Eoma, e di Commissari *corrispondenti,* scelti fra i più insigni studiosi di antichità cristiane. Mons. Sacrista *pro tempore* è di diritto Commissario effettivo; gli altri sono nominati da Sua Santità.

L'Emo Presidente nomina, con approvazione pontifìcia, un Vice-Presidente, il quale, lui assente o impedito, convoca e presiede le adunanze.

liSanto Padre nomina, fra i Commissari effettivi, il Segretario.

3. - La Commissione si divide in quattro Sezioni: culto, amministrazione, direzione degli scavi, pubblicazioni ufficiali.

4. - La Commissione ha un proprio ufficio tecnico con ingegnere direttore responsabile, nominato dalla Commissione/stessa, il quale eseguisce gli scavi e i lavori per mezzo della compagnia dei cavatori, o fossori, e di altri operai.

II.

Ufficio, poteri, facoltà della Commissione.

1. - La Pontifìcia Commissione di Archeologia Sacra ha essa sola il governo, la custodia e la conservazione di tutti gli antichi cemeteri cristiani sotterranei (catacombe) del suolo romano, con i monumenti e le aree cemeteriali soprastanti; essa sola decide sulle eseavazioni, esplorazioni e restauri nelle catacombe e nei monumenti annessi.

2. - La Commissione stessa sorveglierà anche gli altri antichi cemeteri esistenti nelle varie diocesi, prendendo gli opportuni accordi con i rispettivi Ordinari.

3. - La Commissione, seguendo criteri severamente scientifici, provvederà alla esplorazione, al restauro e alla conservazione sul posto dei monumenti e materiali di scavo: solo oggetti di singoiar pregio, o di difficile custodia, essa trasporterà al Museo Sacro della Biblioteca Apostolica o al Museo Lateranense, a seconda della loro specie. Di iscrizioni, graffiti, pitture ecc., curerà una riproduzione fotografica o con calchi.

4. - Sulle pareti di nuova costruzione, e ovunque occorra rilevare l'epoca dei lavori compiuti, si apporranno targhette marmoree con le iniziali della Commissione e la data.

5. - La Commissione invigila che rimangano liberi e accessibili gli ingressi e le antiche scale dei cemeteri; che siano conservati i lucernari, rispettati i monumenti, ruderi o edifìci connessi con i diversi cemeteri e loro soprassuolo.

6. - La Commissione sorveglia le aree cemeteriali, affinchè da nuove costruzioni, speciali culture del terreno, infiltrazione o scoli delle acque ecc., non derivino danni alle necropoli sottostanti; con ogni efficace mezzo impedisce qualunque tentativo di utilizzazione delle aree nociva alla stabilità, integrità, buona conservazione degli ipogei, delle gallerie, cripte e dei monumenti, specie pitture e graffiti, in essi contenuti.

7. - Ha ancora la sorveglianza degli altri monumenti sacri antichi di Boma, affinchè non vi si compiano restauri d'importanza, innovazioni, escavazioni, senza sua previa intesa e approvazione.

8. - La Commissione disimpegna le altre attribuzioni che il Sommo Pontefice e l'Emo Cardinale Vicario si degnino commetterle in casi particolari, dando per es. pareri circa l'autenticità di antiche sacre Reliquie.

9. - Corrisponde direttamente con Enti e privati, con gli uffici municipali e governativi per la tutela degli antichi sacri monumenti, e per la custodia dei cemeteri sotterranei eretici, nonché delle catacombe ebraiche della Provincia Bomana a lei affidate.

10. - Con l'opera della Commissione sono coordinate quelle della Pontificia Accademia Bomana di Archeologia e del Pontificio Istituto di Archeologia Cristiana. La Commissione continua inoltre a interessarsi all'attività della *Società per le Conferenze di Archeologia Cristiana* e del *Collegium Cultorum Martyrum.*

11. - La Commissione ha il diritto esclusivo della prima pubbhcazione di quanto risulta dagli scavi e della continuazione della *Roma sotterranea.* Le relazioni ufficiali degli scavi saranno pubblicate annualmente nel periodico della Commissione: *Rivista di Archeologia Cristiana.*

III.

Custodia, visite e Culto nelle Catacombe.

1. - La Commissione regola, a seconda delle circostanze, l'apertura al pubblico e la visita delle catacombe.

2. -1 cemeteri aperti al pubblico e quelli lontani da Eoma sono sotto la sorveglianza, e responsabilità immediata di Custodi nominati e dipendenti dalla Commissione.

3. - I cemeteri di Callisto, S. Sebastiano, S. Lorenzo, S. Agnese e S. Pancrazio restano temporaneamente affidati alla custodia degli Istituti religiosi ivi dimoranti. Il Superiore della comunità, o altro soggetto capace da lui designato, solo in forza della nomina ufficiale della Commissione e in dipendenza da questa, diviene Custode del cemetero.

4. -1 Custodi assumono intiera la responsabilità della custodia del cemetero, della integrità dei suoi monumenti e di quanto altro possa riguardare il cemetero stesso; essi si attengono scrupolosamente a tutte le norme e prescrizioni che l'Emo Cardinale Vicario Presidente e la Commissione ritengano opportuno emanare per la tutela e conservazione del cemetero e dei monumenti annessi, per la visita dei medesimi, per la celebrazione delle sante Messe e di altre funzioni nelle cripte e nei luoghi a ciò destinati.

5. -1 Custodi hanno l'obbligo di notificare subito alla Commissione qualunque danno si riscontri nelle catacombe a loro affidate, e nulla possono innovare nel cemetero e nessun lavoro eseguire senza previa autorizzazione scritta della Commissione e senza la sua effettiva direzione.

6. - Sorvegliano l'accesso alle catacombe ed esigono dai visitatori quel rispettoso contegno che è richiesto dal luogo, curando che nessuno vi discenda senza essere accompagnato da guida approvata e responsabile.

7. - Ciascuna guida dovrà condurre quel numero ristretto di visitatori che può efficacemente sorvegliare, onde non vengano asportati o deturpati o danneggiati in qualsiasi modo i monumenti.

In mancanza di illuminazione elettrica nel cimitero, si dovranno adoperare soltanto candele, cerini o lampade elettriche tascabili.

8. -1 Custodi e le guide forniranno ai visitatori le notizie criticamente attendibili sui sacri monumenti, e non potranno indicare come sepolcri di Martiri se non quelli che sono riconosciuti tali scientificamente.

9. - La Commissione ha il diritto di accertarsi della perizia delle guide cemeteriali, di approvarle o meno, e di sorvegliare il modo con cui adempiono al loro ufficio, e di prendere gli opportuni provvedimenti.

10. - È proibito condurre e comunque far accedere nei luoghi dove si compiono escavazioni e lavori, visitatori, studiosi o chiunque altro non abbia speciale permesso dalla Commissione. I Custodi e le guide si asterranno dal fornire a chicchessia notizie sui lavori *e* sulle escavazioni.

11.-Per la celebrazione della santa Messa nei cemeteri, oltre le prescrizioni generali del Vicariato (presentazione del *celebret),* si applicheranno le speciali istruzioni della Commissione, affinchè il rito si compia con tutto il decoro nelle cripte e nei luoghi indicati dalla Commissione stessa. Per ogni cemetero vi sarà un. registro, sul quale i celebranti segneranno il loro nome.

12. - Per ogni altra funzione promossa-da associazioni o da privati e per la celebrazione in. cripte o luoghi diversi da quelli consueti, il Custode del cemetero dovrà prendere accordi con il Segretario della Commissione.

13.-Nei giorni del santo Natale e di Pasqua di Resurrezione non si permette la celebrazione della santa Messa nelle catacombe, se non con speciale permesso dell'Emo Cardinale Vicario per mezzo del Segretario della Commissione. •

14. - Nei giorni delle funzioni, feste, commemorazioni celebrate dalla Pontifìcia Commissione, o dal *Collegium Cultorum, Martyrum* d'intesa con-ia medesima, le catacombe saranno aperte al pubblico e vigilate dai fossori della•Commissione, ma sarà assolutamente .proibito ai visitatori di oltrepassare i limiti del. percorso illuminato e stabilito dal Segrei:ario della Commissione. -

15. II Segretario potrà, dietro opportuni accordi, permettere a un visitatore, o a un gruppo di visitatori, l'accesso a cemeteri o regioni cemeteriali non aperte al pubb.lii.io.

L'accesso gratuito a qualsiasi cemetero, per studio o per altra plausibile ragione, è' concesso dalla Commissione con permesso scritto.'

16. - Coloro che per ragione' di studio (e non mai ad intento commerciale) desiderano prendere disegni, fotografie, ecc. in qualche catacomba, debbono farne domanda. alla Commissione, indicando nome, cognome, indirizzo proprio e dell'operatore di•cui vogliono servirsi, quando• ciò sia necessario; l'argomento del loro studio ei monumenti che desiderano riprodurre. Debbono inoltre dichiarare in iscritto di assumere' ogni responsabilità derivante dalle operazioni da eseguirsi e di pagare le spese di sorveglianza ecc.

17. - La Commissione giudicherà sulle domande, rimanendo ferme le norme -seguenti:

a) Di qualsiasi fotografìa di monumenti o rilievo' architettonico-parziale fosse permessa l'esecuzione, dovranno darsi per l'Archivio due copie

positive d'ogni negativa originale, perfetta e senza ritocco. I richiedenti sono tenuti a depositare una somma di garanzia, che verrà restituita alla consegna delle dovute copie.

b) È vietata ogni riproduzione che in qualunque modo possa recar danno all'originale. Nel riprodurre in fotografia un monumento è proibito adoperare sostanze allo scopo di ravvivare le tinte, accrescere l'effetto, agevolare la riproduzione.

e) I permessi sono assolutamente personali. Condizioni speciali saranno fatte per studi che si prolunghino più di un giorno.

18. - Agli ingressi dei varî cemeteri dovranno essere apposte una o più tabelle della Pontificia Commissione con le opportune indicazioni e le principali norme per i visitatori.

IV.

Amministrazione.

1. - La Commissione provvede alla conservazione, riparazione e nuove escavazioni nelle catacombe e alle altre spese, oltre che con i propri mezzi, con la tassa d'ingresso nei cemeteri e con le offerte di benefattori.

2. - In ogni cemetero aperto al pubblico la Commissione terrà cassette per raccogliere offerte spontanee dei visitatori.

3. - La Commissione consegnerà inoltre ai Custodi di ciascun cemetero appositi bollettari per lasciare ricevuta delle offerte a loro direttamente consegnate per le catacombe.

4. - Le offerte elargite a favore di determinati cemeteri, per l'illuminazione e per il culto nei medesimi, e per particolari escavazioni e lavori, saranno erogate dalla Commissione allo scopo indicato dagli oblatori.

6. - La Commissione compilerà annualmente la lista delle offerte con i nomi degli oblatori, per presentarla al Sommo Pontefice, insieme con la relazione dei lavori eseguiti nei sacri cemeteri.

REGOLAMENTO

PER IL

PONTIFICIO ISTITUTO DI ARCHEOLOGIA CRISTIANA

Organizzazione dell'Istituto.

Art. I - Il Pontificio Istituto di Archeologia Cristiana ha sede in Roma. Esso coordina la sua attività con quelle della Pontifìcia Accademia Romana di Archeologia e della Pontifìcia Commissione di Archeologia Sacra.

L'Istituto ha lo scopo di creare un centro di studi rigorosamente scientifici sui monumenti cristiani antichi; di impartire un insegnamento metodico e compiuto di Sacra Archeologia; di dirigere le indagini degli studenti e formare così Professori di archeologia cristiana per le Università ed i Seminari, Direttori di scavi di antichità, Conservatori di monumenti sacri, musei, ecc.

Art. II - La Direzione dell'Istituto è composta del Corpo dei Professori, uno dei quali è nominato Direttore, del Bibliotecario, del Segretario e di due *Membri aggiunti:* il Bresidente deUa Pontificia Accademia di Archeologia ed il Vice-Presidente della Commissione Pontifìcia di Archeologia Sacra.

La nomina dei Professori è fatta dal Santo Padre su proposta di una Consulta di tre Membri, due dei quali designati dalla Pontifìcia Accademia di Archeologia ed uno dalla Pontifìcia Commissione di Archeologia Sacra, per l'esame dei titoli.

La scelta del Direttore è fatta dal Corpo dei Professori e ratificata da Sua Santità.

Art. III - Il Direttore resta in carica tre anni. Egli rappresenta l'Istituto nelle relazioni con le Autorità e con i Corpi Scientifici; tiene l'amministrazione generale; presiede le adunanze dei Professori; cura la redazione e la pubblicazione dei programmi; organizza le sessioni di esami; sottoscrive i Diplomi.

Art. IV - Il Bibliotecario tiene l'Amministrazione della Biblioteca e delle varie Collezioni delle riproduzioni, fotografie, calchi, ecc.; compila il catalogo tanto dei libri quanto delle varie raccolte; cura i nuovi acquisti approvati dal Consiglio.

L'uso della Biblioteca e delle Collezioni è regolato da apposite norme.

Art. V - Il Segretario redige i verbali delle adunanze; tiene la corrispondenza ordinaria; amministra le rendite dell'Istituto, eseguisce i pagamenti (onorari dei Professori, acquisti per la Biblioteca e per le collezioni, ecc.).

Art. VI - Il Direttore, il Bibliotecario ed il Segretario costituiscono il Comitato esecutivo che deve preparare la materia per le adunanze dei Professori, compiere le Collezioni, prendere contatto con gli Istituti scientifici affini, ecc.

Art. VII - Le adunanze dei Professori sono convocate dal Direttore ogni qualvolta le circostanze lo richiedano.

Adunanze regolari si tengono quattro volte all'anno:

1) in ottobre per fissare particolarmente il lavoro scientifico dell'anno accademico imminente;

2) a fine marzo per il rapporto sui lavori compiuti nei mesi di inverno;

3) a mezzo aprile per determinare il programma degli studi debl'anno accademico venturo;

4) e sugli ultimi di giugno per il rapporto finale sui lavori dell'anno accademico spirante.

I Professori si adunano inoltre per gli esami degli studenti.

Degli Studenti e del programma degli studi.

Art. VIII - Sono ammessi nell'Istituto, come Studenti effettivi, ecclesiastici e laici, italiani e stranieri, i quali abbiano terminati gli studi teologici o letterari, ottenendo la relativa laurea, giusta l'usanza dei rispettivi paesi. Gli ecclesiastici dovranno presentare, con gli altri documenti, la commendatizia del proprio Ordinario.

Possono inoltre venire ammessi dalla Direzione alcuni studenti aggregati, in qualità di Uditori.

Gli Studenti avranno modo di perfezionare la loro formazione scientifica, frequentando corsi di Antichità classiche, di Letteratura greca e latina, che non mancano in Boma, e partecipando a visite dei monumenti.

Art. IX - L'insegnamento impartito nell'Istituto comprende:

.1) Archeologia cristiana generale; introduzione metodica agli studi archeologici, bibliografìa;

2) Topografia di Boma cristiana:

a) Catacombe,

b) Chiese antiche;

3) Iconografìa cristiana antica (pitture, sculture, musaici, arti minori);

4) Epigrafìa cristiana;

5) Storia speciale dell'antica Chiesa (istituzioni ecclesiastiche, liturgia, agiografìa);

6) pratica della direzione degli scavi, della custodia dei monumenti,; cimeli artistici e letterari, disegni, ecc.

La Direzione può inoltre invitare persone dotte nel campo delle antichità cristiane a tenere conferenze sopra materie speciali.

Art. X - L'insegnamento comprende tre corsi di un anno ciascuno.

Nel primo corso le materie sono trattate in modo generale per preparare gli alunni agli insegnamenti speciali ed alle ricerche personali. L'insegnamento delle singole materie è di tre ore alla settimana, oltre le necessarie visite ai monumenti. ;

Nel secondo corso si trattano argomenti particolari nelle varie materie, con lo studio diretto dei monumenti, con esercizi degli studenti stessi e lavori scritti, che vengono discussi nelle conferenze.

Nel terzo corso gli Studenti preparano un lavoro scientifico di maggior mole, da poter essere dato alle stampe, sopra un punto speciale di questa o quella materia, sotto la direzione dei Professori. Prendono anche parte agli esercizi pratici speciali, e hanno occasione di assistere a scavi.

Ogni Studente del terzo corso deve tenere, entro l'anno, almeno due conferenze scientifiche intorno a un tema dei suoi studi speciali. .

I laureati in Teologia o Lettere, che abbiano seguito un corso generale e sufficiente di Archeologia Cristiana in una Università o in una Facoltà Teologica, possono essere ammessi immediatamente al secondo corso.

- Gli Studenti regolarmente inscritti possono alla fine del primo corso dare un esame orale sulle materie trattate nell'anno, ricevendo un attestato indicante le materie e l'esito dell'esame. u

Dopo il secondo anno lo Studente può presentare un lavoro personale sopra un argomento scelto d'accordo con uno dei Professori, e subire una prova orale intorno a questioni particolari, sia nella materia stessa di cui tratta il lavoro scritto, sia in altra materia particolare indicata dai Professori. Riceverà, superando felicemente l'esame, un diploma speciale di studi archeologici cristiani.

Compiuto il terzo corso, lo Studente deve presentare per la laurea una dissertazione scientifica, destinata alla pubblicazione, sopra un determinato problema di una delle materie insegnate nell'Istituto. La dissertazione, ammessa dietro parere favorevole di due Professori, sarà oggetto di discussione nell'esame orale di due ore, in cui lo Studente sarà esaminato anche su due altre materie, a sua scelta, dell'insegnamento. A questo

esame assisteranno tutti i Professori dell'Istituto; un Socio delegato della Pontifìcia Accademia di Archeologia ed un membro delegato della Pontifìcia Commissione di Archeologia Sacra.

U candidato, superata che abbia la prova, riceverà il diploma di magistero in Archeologia Cristiana.

Art. XI - L'Istituto mette a disposizione degli Studenti la Bibliotèca e le proprie Collezioni, secondo le norme fissate da regolamenti speciali; e la Direzione procura loro tutti i permessi necessari per eseguire le indagini scientifiche sia nelle Catacombe e nelle Chiese, sia nei Musei e nelle altre Collezioni archeologiche od artistiche.

SACRUM CONSISTORIUM

i

Feria II, die 14 decembris 1925, in Palatio Apostolico Vaticano, habitum est *Consistorium secretum,* cuius acta ex ordine referuntur :

I. - SSMI DOMINI NOSTRI ALLOCUTIO

DEPUTATIO LEGATORUM A LATERE AD OBSTRUENDAS PORTAS SANCTAS

CREATIO ET PUBLICATIO PATRUM CARDINALIUM

YENEB ABILES FE ATE ES

Iam annus, ob Iubilaei tertii ac vicesimi celebrationem sacer, ad exitum properat: miramque illam Nobiscum reputantes continuationem seriemque rerum et eventorum, quibus Nostrum fuit cotidie non interesse solum sed praeesse, quamvis aliorum tot filiorum absentia aliaeque vel acerbiores cogitationes Nostram animi tempèrent iucunditatem, facere non possumus, quin magno, supra quam verbis consequi et exprimere licet, gaudio perfundamur. Superant autem hoc gaudium in Nobis sensus grati animi erga omnium bonorum omnisque doni perfecti datorem Deum Dominum nostrum, tum erga eos universos, qui, paternis obsecuti invitamentis optatisque Nostris, effecerunt, ut tam prosperum tamque multiformem res successum haberet. Mul-

tiformem, inquimus, quandoquidem, si impetranda animorum expiatio principem, hoc temporis sacri decursu, locum obtinuit, providentissimum Dei numen cum Iubilaeo maximo talia coniunxit, quae gravitatem ac splendorem, ut ab eo mutuata sunt, sic eidem sine ulla dubitatione contulere: intellegi volumus cum honores beatorum sanctorumque caelitum praestantissimis virtutum laude viris feminisque decretos, tum etiam res sacrarum Missionum publice ad spectandum exhibitas, tum denique ob sextum decimum a Synodo Nicaena plenum saeculum instaurata in hac Alma Urbe et paene ubique gentium sollemnia.

Nobis enim felicitate quadam contigit, ut hoc anno, qui, ut Sanctus appellari consueverat, ita suo ipse nomine fideles omnes ad haurienda vocabat *e fontibus Salvatoris* **multiplicia sanctitatis dona, quae tam copiosa iis largitate praeberentur, catholico nomini sive colendos imitandosque sive deprecatores apud Deum adhibendos tot proponeremus tamque variae sanctitudinis heroas, quot, divinae benignitatis consilio, longe plures solito, in beatis sanctisque caelitibus numerare licuit, ab S. Teresia ab Infante Iesu ad S. Petrum Canisium Ecclesiae Doctorem, a beato Antonio M. Gianelli ad beatum Petrum Iulianum Eymard. Quod cum fecimus, huc praeterea spectavimus, ut filii Nostri omnes et recolerent et clare perspicerent et sentirent acrius quam sit iucunditatis solaciique plenum illud fidei nostrae caput de Communione Sanctorum, quo quidem docemur, in unitate corporis mystici Iesu Christi et in maximis gratiae meritorumque thesauris, qui eo ipso continentur, fontes profecto inveniri, unde Annus Sacer tam abunde eam remissionis veniaeque haurit facultatem, qua christianus populus et lustratur et ad assequendam vitae sanctimoniam mirifice utitur.**

Spirituales quidem eiusmodi thesauri ille ante omnes aestimare potest quanti sint, qui aut eos participat aut penitus ipsos considerat ; praeterea vero earundem gratiarum pretium et christianae vitae humanitatisque beneficia numquam fortasse magis apparent, quam cum cernimus quam misere infeliciterque se habeant quotquot iis destituuntur, et comperimus una simul

quam magnum, quam laboriosum et mirabile sit facinus eos evangelica doctrina excolere atque expolire.

Utramque profecto rem Expositio Missionaria, quam vocant, planam quoquo pacto fecit atque ante oculos eorum posuit, qui undique peregrini in Urbem confluxere, ut Iubilaei maximi veniam indulgentiamque adipiscerentur. Ea enim quantum valeret Expositio, habita non modo ratione evangelii et Regni D. N. Iesu Christi, cum animarum salute, proferendi latius - quod quidem maius digniusque est - sed etiam utilitatis, quae inde ad civilem cultum et ad disciplinarum profectum accederet, mirabundi sane agnoverunt et professi amplissime sunt omnes ex quavis orbis natione, qui tantam rerum dispositam copiam inviserant. Quos igitur uberes, illud consilii ineuntes, Nobis spondebamus fructus, eos videmur plene assecuti: adspectantibus in quasi magno quodam theatro quae quantaque et missionales utriusque sexus et indigenae eorum adiutores gerere consuevissent, summam omnibus admirationem iniectam ; homines ad tam ingens, tam sanctum, tam frugiferum opus provehendum impulsos vehementer; excelsis quibusque animis admotos stimulos ad apostolatum eius generis generose fortiterque ineundum; commonstratam per res et facta Ecclesiae universitatem atque unitatem, itemque actionem et fecunditatem in infidelibus Christo adiungendis perpetuam.

Fatemur equidem, ex hoc sacrarum Missionum conspectu, ut facile est et successus habitos et copiosos salutis fructus ab apostolicis operariis perceptos intellegere, ita id quoque exstare, quantum adhuc nobilissima in hac causa agendum supersit. Verum laetam Nobis spem facit cum Dei gratia, qui amat animas adeo ut suo eas sanguine redemerit, tum catholicorum studiosa voluntas; etenim multiplicari videmus et crebrescere in dies tot pulcherrima et ad sacras expeditiones iuvandas sancte providenterque instituta ab sodalitatibus piisque consociationibus bene multis, quae, in clero populoque excitatae, quemadmodum consiliis cogitationibusque Nostris egregie respondent, ita Nos in pontificalis exercitatione muneris in primis consolantur.

Huc, haud minus opportuna accessit saecularis Nicaenae Synodi commemoratio, quam, ante diem tertium calendas Apriles huius anni, in amplissimo consessu vestro, Venerabiles Fratres, mox agendam nuntiaveramus: cuius quidem commemorationis sollemnia, Servatoris nostri numine atque auxilio, conspirantibus Nobiscum filiorum voluntatibus, in orientis obeuntisque solis partibus, at potissimum in hoc quasi centro catholici nominis, celeberrimo non indigna evaserunt evento, quod Athanasius ille, Mcaeni Concilii, ut ita dicamus, heros, fidei haeresum victricis columnam ac monumentum nuncupavit \ At vero quid Nobis fieri poterat optatius, quam ut pontificali ritu, coniunctissime cum Venerabilibus ex Oriente Fratribus et filiis, sacris iis sollemnibus adstaremus, quae ad formam divinae Ioannis Chrysostomi liturgiae, prope Patris ac Doctoris huius magni sepulcrum, in Petriano templo, pluribus et civium romanorum et peregrinorum milibus conferto ac stipato, primum pie sunt magnificeque peracta? Quamquam gaudium Nostrum non ab maerore aliquo seiungebatur, cum subita Nobis Ecclesiaeque morte praereptum doleremus Venerabilem Fratrem Demetrium Cadi, Patriarcham Graecorum Melchitarum Antiochensem, quem ad religiosissimam celebritatem primum invitaveramus; sed ea Nos aliquantum recreavit cogitatio, ipsum a Deo in caelos, ut suarum virtutum recteque factorum praemia referret, vel etiam « ut non videret mala gentis suae O, vocatum esse. Splendidissimo autem aptissimoque ad percellendos animos unitatis vere catholicae et romanae spectaculo, quam ipse unitatem mirifice diligebat fovebatque, Nos quidem impellebamur, cum ad impetrandam vehementius desideratissimo Antistiti aeternam beatitatem, tum ad precem illam Christi Pastorum Principis ex animo iterandam: *Fiat unum ovile et unus pastor.*

Diximus, in Annum Sacrum opportune et auspicato saecularem Nicaenae Synodi natalem incidisse. Etenim cum piacularis annus catholicorum ad celebritatem eiusmodi comparasset animos effecissetque ut sollemni graeci ritus sacro, una eademque fide, uno caritatis aestu coniuncti, tot adessent cum incolis advenae,,

[1] *Ep ad Afros Episcopos, P. G.,* XXIV, 1047; *Ep. ad Epictetum,* 1. c. 1051.

iidemque ex remotissimis variisque gentibus, quot Petrianum templum, etsi tam amplum, raro admodum vidit, is natalis, — in memoriam omnium redigens propositam ad credendum, quasi per triumphum ex haeresi actum, Verbi Incarnati consubstantialitatem divinamque Christi naturam — cogitationes omnium revocavit ad petram angularem, qua quicquid supra naturam est, nititur, et ad fontem ipsum causamque principem omnium gratiarum et meritorum, omnis reconciliationis et sanctitatis, omnis apostolatus et mirae eius fecunditatis: a Petri apostolatu et illorum, qui legationem ab eo primi accepere, ad apostolatum missionalium, quos Nosmet, qui postremi in Petri locum succès - simus, bene precando postremos misimus, ut per evangelii nuntium dissitis gentibus salutem afferrent.

Videri potest, Spiritus Dei per orbem catholicum veluti circumvolitando fideles longe lateque diffusos afflatu suo tetigisse: atque inde factum, ut ii Divinum Pastorem ac Redemptorem animarum suarum au dirent loquentem et agnoscerent in eius servii Io et Vicario, a quo, per indictum sibi annum reconciliationis et gratiae, devocabantur ad romanos fontes, ad Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem,, ad' communem Patrem, ut reseratis eo tempore divinae dementiae thesauris fruerentur. Secus haud facilia explicata sunt ea omnia, quae Nobis per Annum Sanctum, hoc sane dignissimum nomine, cernere licuit, cum in admirationem novam perpetuo raperemur novoque afficeremur solacio.

Etenim singulatim catervatim, terra marique, alii alio veetionis genere, alii, ut veteres romaei, pedibus plurium hebdomadam mensium ve iter facientes, eonfluxere peregrini undique, qua late orbis terrarum patet, ab ultima Thüle ad Bonae Spei Promontorium, ab Scandinavia ad Australiani, ab Canadensibus ad Chilenses regiones. Advenerunt ii quidem ad centena milia, ex omnibus gentibus, linguis et nationibus, ex summis et infimis humanae societatis ordinibus: Episcopi et sacerdotes, optimates et populares, oratores legibus ferendis et viri rei publicae regundae periti, milites et nautae, scriptores et artifices, magistri et

adulescentium educatores, datores operum et operarii, fabrieatores et agricolae, venerabiles senes et alacres iuvenes; iuvenes, inquimus, carissimi qui, cum a variis diversisque regionibus in Almam banc Urbem gregatim coivissent et gregatim heic incederent, festivitatem et robur, studiorum laborisque ardorem, fidem pietatemque suam magnifice prae se ferentes, oculos ad se omnium convertebant. Mutuum vero in exemplum, piae peregrinorum pompae per easdem Urbis vias inter se occurrere, in easdem Basilicas congredi, circa eadem altaria congregare sese; in gravibus sanctissimumque cogitationibus defixi, incensis ad paenitendum et expiandum atque ad singularem pietatem religionemque animis, non terrenas quaerere opes, quibus homines dissociantur, sed spiritualia bona, quibus inter se coniunguntur; una simul orare, unusquisque pro omnibus et pro unoquoque omnes, vel qui paulo ante hostiliter inter se egerant, nunc tamen fraterna iterum necessitudine copulati atque in communis Patris, qui est in caelis, imploratione concordes. Iidem deinde Nos invisebant in hac Nostra domo, immo in sua atque omnium quotquot habemus in universa familia catholica filios; huc sane ad centena, ad milia conveniebant, ut in paternam domum filii, quae iis cotidie perpetua vice succedentibus complebatur, Nobis incredibili quadam renovataque continenter voluptate gestientibus; porrectam autem a Nobis paternam praesentibus dextram, iidem et obtinebant osculis et saepissime lacrimis respergebant. Licuit praeterea pro iis et cum iis ipsis orare, dum sacra mysteria participarent, commonentes semetipsos psalmis, hymnis et canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus suis Deo;[1] licuit eorum delectari pietate, cum ab ore Nostro penderent, et benedictionem Nostram, tamquam ipsius Christi, positis genibus acciperent.

En quot quamque praeclara Nobis gaudia et solacia miserentissimus Deus tempore hoc sacro impertivit, sane eo pluris habenda, quo firmiores dignioresque sunt christianae vitae fructus, quibuscum illa coniunguntur. Revixit scilicet in plerisque operosa

1 *Coloss.*, III, 16.

fides in rebus quam maxime spiritualibus, ut in anima, ut in misericordiae gratiaeque thesauris, qui possunt uni eam et locupletare et facere aeternae compotem salutis: fides cum de potestate Ecclesiae adspectabilisque eius Capitis in eosdem gratiae veniaeque fontes, tum de Ecclesiae ipsius unitate, universitate et sanctitate, quae quidem insignitae notae in conspectu orbis terrarum quasi fulgore novo hinc cotidie emicuerunt, ubi Petrus in suo successore superstes apostolicam illius originem demonstrat. Nec fides tantum, sed excitata etiam est apparuitque fraterna ea caritas, quam proprium ac peculiare discipulorum suorum insigne Christus et esse voluit et fore edixit, simulque pietas illa in Romanam Ecclesiam et in communem fidelium omnium Patrem, quae est vinculum et signum unitatis. Qua ex tanta faustitate rerum bona utique, eademque certa, spes oritur, futurum, ut non modo haud parum gloriae Dei animarumque saluti accedat incrementi, sed etiam - addere liceat - multiplicia suppetant adiumenta ad veram pacem in populis atque inter populos provehendam, quam, praeter alia, mens Nostra fuit ut catholici universi, Anno sacro, precibus suis a Domino implorarent.

Hoc ideo addidimus, quia nulli obscurum putamus, pacem populis restitui facilius aptiusque non posse, quam ipsis Deo reconciliatio; quo in genere divina illa verba Nostra facimus: « misit me praedicare.... annum Domini acceptum;[1] ut praedicarem annum placabilem Deo[2] . » Neque minus in comperto est, res et eventa, mirabili profecto congruentia, divinitus gubernari; cum Annus sacer populos caritate Christi Ecclesiaeque devinxerit precesque ex iis elicuerit ad pacem Christi in regno Christi assequendam, tum, pactis conventis initis, haud mediocriter eâ incessum est pacificationis via, qua incedere oportere Christi Iesu Vicarius, ut communis omnium Pater, et monuit omnes et nulla unquam occasione monere destitit.

Haec quidem commemoratu iucunda, atque etiam verissima factisque comprobata; non item illa, quae de huius Apostolicae

[1] **Luc, IV, 19.**

[2] **Is., LXI, 2.**

Sedis condicione a nonnullis nec legitime nec veritati congruenter iactata publice sunt. Omnia Auxerunt, scilicet, hoc anno fauste ac feliciter; et quae ad civilis vitae commoditates pertinent, eo processerunt ordine omnia ac sine ulla paene exceptione, - idque cum multiplices nationem premerent difficultates - ut publicis et officiis et officialibus meritam sane laudem peregrini atque advenae tribuendam esse senserint.

Atque is rerum civilium ordo ne tum quidem defecit, cum nefarium illud tentatum est facinus, cuius ipsa Nos recordatio hodieque perturbat, nisi quod ob superatum Dei beneficio discrimen et dolorem laetitia commutavimus et debitas Deo gratias egimus: quod utrumque, vel dolere vel laetari, eo magis Nos docuit, quo Nos celsiore in loco constituti conscientia apostolici muneris admonetur «reprobare malum et eligere bonum» [1]

Ii nimirum, quos penes summa rerum erat, satis ostenderunt se sentire quanto premerentur onere officii erga humani generis universitatem, quae ex omni terrarum plaga peregrinos in Italiam atque adeo in Urbem submitteret; iidemque egregie confirmarunt quam et ea acriter perspicerent et recte aestimarunt omnia, quaecumque sive nationis sive Urbis decus atque utilitates postulabat. Iis igitur, pro egregia opera in huius Anni sancti faustum felicem que exitum collata, in hoc amplissimo conventu vestro, placet grati animi sensa publice profiteri; item pro iis quae in religionis Ecclesiaeque bonum legitime vel non ita pridem gesta sunt vel geruntur: quae profecto minimëUdissimulamus, quamquam non satis ea sunt nec esse possunt ad iniurias omnes compensandas ac resarcienda detrimenta eidem Ecclesiae ac religioni antea illata, qua illa quidem cum mentium animorumque perturbatione, qua praeterea eum iactura praestantissimorum catholicae gentis bonorum, nullus est, nisi oculis captus, quin perspicue videat.

Verumtamen illud adiungimus, nunquam alias tam multos christifideles, ex omnibus fere orbis regionibus huc advectos, oculis ipsos suis et agnoscere potuisse et facto ipso cognovisse, aliam

[1] ISAI., VII, 15.

longe esse supremi Ecclesiae catholicae Moderatoris condicionem quam quae universali eiusdem auctoritati necessario legitimeque debeatur, in ea quidem societate quae sit et suapte natura universalis et suo ipsa in genere perfecta, qualis est constituta divinitus Ecclesia.

Quod vero edicimus, idem Nosmet ipsi multis confirmari testimoniis et coram audivimus et procul, nec e privatis tantum, sed e publicis etiam documentis litterisque didicimus. Nam si vere possunt ac debent advenae ac peregrini testari, licuisse sibi tutis expeditisque et Urbem, orbis catholici caput, circumire totam et sacras item Basilicas invisere, non eos tamen fugere potuit, id ipsum nequaquam licuisse Patri ac Pastori suo, Iesu Christi Vicario, cuius quidem adeundi et conspiciendi non fuit sibi facta facultas nisi limina ingressi quae ipse pro conscientia officii nequit transgredi quoad haec rerum condicio perseveret.

Videtis igitur, Venerabiles Fratres, quam merito ab initio dixerimus, anni sancti laetitiam curarum acerbitate fuisse permixtam. At vero, quam modo attigimus sollicitudinis causam, ea profecto non una fuit. Etsi enim tanti aestimamus, quanti aestimari oportet, id omne, quicquid excogitatur et fit, ut contentiones inter civium ordines exolescant vel saltem minuantur, utque cives universi in commune bonum vires conferant operamque suam, illud tamen displicet, quod, cum in re oeconomica et sociali, quam vocant, novae hisce diebus leges conderentur, visum est, plenam haberi rationem non posse et catholicae in hoc genere doctrinae et actionis catholicae, cuius partes sunt ut hanc ipsam doctrinam explanando evolvat atque in usum deducat, in eo quidem campo, in quo utraque, et doctrina et actio, est in primis necessaria ac salutaris.

Quaedam nimirum sunt libertatis iura, quae Ecclesia, sui ratione officii, facere non potest quin tueatur ac vindicet. Ipsa enim, doctrina institutoque suo, alienissima sane est, cum ab licentia illa rerumque perturbatione, in quam damnati a se liberalismi et socialismi, ut aiunt, errores quoquo pacto societatem hominum abripiunt, tum ab omni alia de rebus politicis notione,

quae teneat, civitatem seu statum sibi ipsum, veluti finem extremum, sufficere: unde expedite, immo etiam necessitate quadam, civitas eo pertrabitur, ut privata iura labefactet atque absumat, cum exitu, quemadmodum facile intellectu est, haud minus tristi atque acerbo.

Iam si ab hac veluti specula longius omnes respexerimus orbis terrarum tractus, bona item multis permixta malis ita in certa quadam rerum eventorumque serie conspicamur, ut in hoc sollemni consessu Nos de iis silere dedeceat.

Atque primum Ghilensis respublica, quacum optimae antea Apostolicae Sedi rationes intercedebant hodieque intercedunt, ea nunc ***regimen*** **quoddam** ***separationis,*** **ut aiunt, ineundum decrevit. Quod quidem regimen nec doctrinae Ecclesiae, nec hominum aut civilis consortii naturae, luce fidei catholicae illustratae, satis congruit : id nihilo minus in usum tam amice deducitur, ut, potius quam discidium, amicus convictus videatur, in quo nimirum Ecclesiae catholicae licebit, ut confidimus, virtutem operamque suam in omnem vitae usum profundere, pro illius carae Nobis gentis felicitate: quae gens, quamvis longissime dissita, duabus tamen peregrinantium turmis Romam dimissis, locum sibi vindicavit non mediocrem inter populos per huius sacri Iubilaei tempus in Urbem confluentes, et fidem suam ac pietatem eximiam in Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem et Sedem hanc Apostolicam mirifice confirmavit.**

At in Mexicana republica condicio rei catholicae multo est deterior ac luctuosior. Quamquam enim minime defuerunt aut a Nobis paterna cura ac sollicitudo cum patientia et moderatione coniuncta, aut ab Episcopis clero que universo flagrans animarum studium - quod iisdem perlibenter gratulamur praecipua hac loci et temporis opportunitate -, aut denique a populo Nobis carissimo interior fides ac religio, omni maior praeconio, spem tamen meliorum temporum concipere animo haud possumus nisi e praesentiore aliquo Dei miserentis auxilio, quod supplices cotidie imploramus, atque e concordi quadam laborum disciplina ad actionem catholicam in populo ipso promovendam.

Nondum vero nubes in nonnullis rebuspublicis disüciuntur, ut in Argentinensi, ut in Bohémica seu Cecoslovacica, ut in iugoslavico regno : ubi quid aliud egimus, nisi Dei gloriam, nisi sacra Ecclesiae catholicae iura - quae item Dei ipsius iura sunt et animarum - vindicavimus? Id ipsum acturi in posterum sumus, exspectantes, dum debita eorum iurium ratio habeatur, tranquilla quidem spe et immutata erga omnes benevolentia, quemadmodum Patrem decet christifidelium.

Ecce autem in finitima Gallia, veluti in tantorum compensationem maiorum, eventa nonnulla, non minus iucunda quam gravia, aut celebrata aut commemorata sollemniter sunt, quorum alia ad actionem catholicam, alia ad altiorum disciplinarum instituta pertinebant. Quas quidem celebritates non modo cum magna animi voluptate probavimus, sed, datis quoque litteris et Legato dimisso e Purpuratis Patribus uno, participare voluimus, iterum Dei providentis numen admirati, qui opportunam hanc veluti occursionem rerum, eodem sacri Iubilaei tempore, disposuisset. Per eiusmodi sane eventa dixeris Deum loqui ipsum et Venerabilibus Fratribus et strenuis sacerdotibus ac fidelibus eorum procurationi concreditis, quinquaginta paene annis elapsis ab publici impietate magisterii in Galliam invecta, denuntiare velle, quem iuventutis instituendae campum leges, quas laicas vocant, pervastarunt, in eundem oportere ut fortior constanterque, unitis viribus, acies illa hominum, cui est ab *actione catholica* nomen, novis in dies militibus aucta et sapientissimis ducibus instructa, ad strenue dimicandum pro aris et focis, pro patria demum ipsa, prosiliat.

Est autem cur in eventis, de quibus, causa omni perpensa, laetari licet, illa numeremus pacta conventa, quae, Dei munere et coniunctis complurium virorum studiis, cum Bavaria et Polonia inivimus; quae si quidem fidenter ac sincere ad effectum deducantur, dubitari non potest quin fructus afferant uberrimos in iis praesertim maximi momenti rebus, quae ad religionis ac civitatis incrementum summopere conducunt.

Anno interea sancto ad exitum, ut diximus, properante, quod

per Nos ipsi vel per Legatos Nostros sacras in Urbe portas Basilicarum clauserimus, non idcirco Iubilaei ipsius beneficia desinent ad singulos fideles item atque ad populos universos pertinere. Post evocatas gentes ad boc Ecclesiae quasi centrum, post tam mirabilem earum Nostris invitamentis obtemperationem, thesauri illi divini, quos Ecclesia ex infinita Conditoris sui meritorum copia haurit, *communione sanctorum* cumulati, hinc in partes omnes quamvis maxime remotas eiusdem Iesu Christi corporis mystici salubriter redundabunt. Idque in annum prorogari volumus, nova profecto largitate, aliis etiam largitatibus augenda, ut censemus, quo efficacius temporibus respondeamus atque ut aliquid praemii pietati rependamus populorum, qui generose votis obsecuti sunt Nostris.

Huiusmodi autem *effusionis spiritus gratiae et precum* vehementer gaudemus, Venerabiles Fratres, deprecatorem se ac veluti praeconem exhibere et praestare seraphicum illum virum Franciscum Assisiatem. Huius enim suavissimi Caelitis denuntiato natalis, anno Sacro absoluto, celebrandus septies centesimus; in eaque celebratione apparanda mirum quantum ubique piarum mentium certamen exortum est. Atqui nulla optatior profecto ac dignior celebratio, quam si acrius in omni terrarum orbe paenitentiae, pacis ac sanctitatis studia renoventur, quos esse praecipuos et Francisci spiritus et anni Sacri fructus nemo unus ignorat. Altera igitur celebratio alteri proderit, atque inde multa, cum in singulos homines, tum in populos universos beneficia defluent.

Tantis enimvero tamque iucundis largitatis divinae muneribus mirifice affecti, id saepenumero cogitabamus qua demum ratione Nobis liceret Nostrum Deo significare gratum animum, omnium item christifidelium interpretem, et cum Vate sanctissimo precabamur : *Quid retribuam Domino pro omnibus quae retribuit mihi f*[1] Eesponsum, ut ita dicamus, subiecit magnus ac paene incredibilis precum numerus, quae undique, ex omni fere hominum coetu, sacro vestro, Venerabiles Fratres, praeeunte Collegio, ad Nos

[1] *Ps. 115,* 3.

delatae sunt, lit in honorem Iesu Christi Regis proprius dies festus institueretur. Utique visum Nobis est, et piorum hominum votis sanctissimis diuturnisque obsecundando iam tempus advenisse, et per earum precum veluti concentum vocem ipsam Ecclesiae Matris, mysticae Eegis divini Sponsae, ad aures Nostras perferri.

Id vero pergratum vobis fore, Venerabiles Fratres, existimamus, si huius veluti primitias nuncii ad vos primum ac publice detulerimus: in promptu scilicet esse, paucisque post diebus in lucem edendas, Encyclicas de re Litteras novum festum promulgantes, eiusdemque vim, significationem, rationes explanantes: in promptu de eodem festo et Missae et Officii sacri exemplum; in promptu decretum ipsum, quod Patres Consilii sacris Ritibus moderandis, inusitatis licet per annum pressi laboribus, accurate sapienterque confecerunt.

Illa igitur Nobis et novae et suavissimae laetitiae causa - pro Regis divini bonitate atque clementia infinita - aderit, ceterisque huius sancti Anni gaudiis fastigium quodammodo imponet, ut primi in Christi Regis honorem litemus: quod quidem ad Principis Apostolorum sepulcrum facturi sumus sollemniter die anni exeuntis extremo, qui dies profecto *benedictionis* erit, idemque gratiis Deo agendis dicatus pro innumerabilibus eximiisque beneficiis, hoc vertente Anno, in Nos universamque Ecclesiam conlatis. Atque hoc item novum erit Regis divini benignitatis erga Nos testimonium, quod ipse a Nostra tenuitate atque humilitate excipere velit, quam eidem deferemus, liturgicam coronam. Atque aliam ei deferemus coronam, quae pergrata profecto ipsi accidet, immensam scilicet cordium coronam per instaurandam, eo ipso die, generis humani Sacratissimo eius Cordi dedicationem. Quae quidem omnia habens accepta, quasi magna quadam benedictione, divinus amabilissimusque Rex Noster hunc absolvat et compleat annum, a bonitate eius appellandum : *Benedices coronae anni benignitatis tuae* [1].

[1] *Ps. 64, i%.*

Ad extremum, ut, quod anni piacularis celebritas postulat, Portae Basilicarum sanctae tradito a maioribus ritu obsiruantur, id Nos quidem ad continentem aedem Petrianam perfecturi, Deo opitulante, sumus pridie Natalis Domini; ad reliquas autem Basilicas ut eodem die sacra caeremonia peragatur, eligimus ac deputamus Legatos Nostros a latere Venerabiles Fratres Nostros Caietanum 8. E. E. Cardinalem De Lai, Episcopum Sabinensem, Sacri Conlegii Subdecanum, qui Portam Sanctam Basilicae Sancti Pauli Apostoli Nostro nomine claudat; item Basilium S. E. E. Cardinalem Pompilj, Episcopum Veliternum, Basilicae Lateranensis Archipresbyterum, qui Portam Sanctam eiusdem Basilicae Nostro nomine claudat: denique Vincentium S. E. E. Cardinalem Vannutelli, Episcopum Ostiensem et Praenestinum, Sacri Collegii Decanum, et Liberianae Basilicae Archipresbyterum, qui Portam Sanctam eiusdem Basilicae Nostro nomine claudat. In nomine Patris £B et Filii £g et Spiritus £g Sancti. Amen.

Iam deveniamus ad supplendum amplissimum Ordinem vestrum lectissimis viris quattuor sacrae honorem Purpurae deferendo, qui aut in legationibus ad exteras gentes perfungendis aut in episcopalis muneris exercitatione aut in Eomanae Curiae officiis se Nobis admodum probaverunt.

Hi sunt:

BONAVENTURA CERRETTI, **Archiepiscopus tit. Corinthiensis, Nuntius Apostolicus in Gallia;**

HENRICUS GASP ARRI, **Archiepiscopus tit. Sebastensis, Nuntius Apostolicus in Brasilia;**

PATRICIUS O'DONNELL, **Archiepiscopus Armachanus;**

ALEXANDER VERDE, **Adiutor Sacri Consilii Eitibus tuendis praepositi.**

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra creamus et publicamus S. R. E. Cardinales

EX ORDINE PEESBYTEEOEUM

BONAVENTURAM CERRETTI

HENRICUM GASPARRI

PATRICIUM O'DONNELL

EX ORDINE DIACONOEUM

ALEXANDRUM VERDE

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Pa£g tris et Fi gg Iii et Spiritus £g Sancti. Amen.

Superest ut viduatis Ecclesiis consulamus.

II. - PROVISIO ECCLESIARUM

Tum Beatissimus Pater has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

Titulari Patriarchali Ecclesiae Antiochenae, r. I., praefecit B. P. D. Robertum Vicentini, hactenus Archiepiscopum titulo Helenopohtanum.

Titulari Patriarchatum Indiarum Occidentalium, cui adnexum est officium Pro-Cappellani Maioris Sacrarii Regis Catholici et Pro-Vicarii Generalis Castrensis Exercitus Hispanici, R. P. D. Franciscum Muñoz y Izquierdo, hactenus Episcopum Vicensem.

Metropolitanae nuper effectae Ecclesiae Vilnensi, R. P. D. Ioannem Baptistam Cieplak, hactenus Archiepiscopum titulo Achridanum.

Metropolitanae nuper effectae Ecclesiae Cracoviensi, B. P. D. Adamum Stephanum Sapieha, eiusdem Ecclesiae Episcopum.

Metropolitanae nuper effectae Ecclesiae Panamensi, B. P. D. Guillelmum Bojas y Arrieta, eiusdem Ecclesiae Episcopum.

Cathedrali Ecclesiae de Serena, B. P. D. Iosephum M. Caro Rodríguez, hactenus Episcopum titulo Milasensem et Vicarium Apostolicum de Tarapacà.

Cathedrali nuper erectae Ecclesiae de Valparaiso in Republica Chilena, **R. P. D. Eduardum Gimpert, hactenus Episcopum titulo Echinensem, ecclesiasticum Gubernatorem eiusdem territorii.**

Cathedrali nuper erectae Ecclesiae de Talca in Republica Chilena, **E. P. D. Carolum Silva Cotapos, hactenus Episcopum de Serena.**

Cathedrali Ecclesiae Luceoriensi, **R. P. D. Adolfum Szelazek, hactenus Episcopum titulo Barcaeum.**

Cathedrali nuper erectae Ecclesiae Lomzensi, **R. P. D. Romualdum Jalbrzykowski, hactenus Episcopum titulo Cusiensem.**

- *Cathedrali nuper erectae Ecclesiae de Temuco in Republica Chilena,* **R. P. D. Prudentiam Contardo, hactenus Episcopum titulo Siuniensem, Gubernatorem ecclesiasticum eiusdem territorii.**

Cathedrali Ecclesiae Salmantinae, **R. P. D. Franciscum Frutos Valiente, hactenus Episcopum Jacensem.**

Cathedrali nuper erectae Ecclesiae de Chillan in Republica Chilena, **R. P. D. Martinum Rücker, hactenus Episcopum titulo Mariamensem, Gubernatorem ecclesiasticum eiusdem territorii.**

Cathedrali Ecclesiae Derthusensi, **R. P. D. Felicem Bilbao y Ugarriza, hactenus Episcopum titulo Zaraitensem, et Administratorem Apostolicum eiusdem Ecclesiae Derthusensis.**

Cathedrali Ecclesiae Cremensi, **R. D. Iacobum Montanelli, parochum loci vulgo** *Brivio,* **in archidioecesi Mediolanensi.**

Cathedrali Ecclesiae Gerundensi, **R. D. Iosephum Viia y Martínez, Canonicum Doctoralem metropolitanae ecclesiae Valentinae.**

Cathedrali Ecclesiae Salfordiensi, **R. D. Thomam Henshaw, parochum ad S. Annae prope** *Blackburn,* **in eadem dioecesi.**

Cathedrali Ecclesiae Duluthensi, **R. D. Thomam A. Welch, Cancellarium Curiae archiepiscopalis Sancti Pauli de Minnesota.**

Cathedrali Ecclesiae Barrensi de Pirahy, **R. D. Guillelmum Mulier, parochum loci** *Sobradinho,* **in dioecesi Sanctae Mariae.**

Cathedrali nuper erectae Ecclesiae Katowicensi, **R. D. Augustum Hlond, e Pia Societate a S. Francisco Salesio, hactenus Administratorem Apostolicum Silesiae polonicae.**

Cathedrali nuper erectae Ecclesiae de Linares in Republica Chilena, TI. **D. Michaelem Leon y Prado, Cubicularium intimum Sanctitatis Suae, Gubernatorem ecclesiasticum territorii de Talco.**

Cathedrali nuper erectae Ecclesiae Sancti Philippi in Bepublica Chilena, R. D. Melchisedech Del Canto, Vicarium Generalem archidioecesis Sancti Iacobi de Chile eiusdemque ecclesiae metropolitanae Canonicum Magistratui.

Cathedrali nuper erectae Ecclesiae de Bancagua in Republica Chilena, R. D. Raphaelem Lira, Decanum Facultatis theologicae Sancti Iacobi de Chile.

Cathedrali nuper erectae Ecclesiae Czqstochowiensi, R. D. Theodorum Kubina, parochum ad B. Mariae V. in civitate Katowice.

Titulari episcopali Ecclesiae Irenopolitanae, R. D. Alexandrum Poirier, Antistitem Urbanum et Vicarium Generalem dioecesis Lucionensis, quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis B. P. D. Francisci Xaverii Schoepfer, Episcopi Tarbiensis et Lourdensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Poddliensi, B. D. Stanislaum OkoniewsM, ab intimo cubiculo Sanctitatis Suae, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis B. P. D. Augustini Bosentreter, Episcopi Culmensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Amorianae, B. D. Emmanuelem Medina y Olmos, Canonicum Sacri Montis Illipulitani in archidioecesi Granatensi, quem deputavit Auxiliarem Vincentii S. B. E. Card. Casanova y Marzol Archiepiscopi Granatensis.

Insuper alios etiam per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renunciatos Sacrorum Antistites recensuit, videlicet:

ARCHIEPISCOPOS

Montisregalensem in Sicilia, Ernestum Filippi, iam Archiepiscopum titulo Sardicensem.

Barensem, Augustum Curi, iam Episcopum Calliensem et Pergulanum.

Nacoliensem, Paschalem Berardi, iam Archiepiscopum Caietanum.

Cinciwnatensem, Iosephum Chartrand, iam Episcopum Indianapolitanum.

Phasensem, Constantinum Aiuti, Delegatum Apostolicum in Indo-Sinis.

Cincinnatensem, Ioannem Timotheum Mac Nicholas, iam Episcopum electum Indianapolitanum.

Viminaciensem, Alfridum lulium Mélisson, iam Episcopum titulo Irenopolitanum.

Stobensem, **Emmanuelem Raymundum de Mello, iam Episcopum Caetitensem.**

Adulitanum, **Georgium Matulewicz, iam Episcopum Vilnensem.**

Colocensem, **Iulium Zichy, iam Episcopum Quinque Ecclesiarum.**

Compostellanum, **Iulianum de Diego y Garcia Alcolea, iam Patriarcham titularem Indiarum Occidentalium.**

Barensem, **Alfonsum Archi, iam Episcopum Comensem.**

EPISCOPOS

Baleighensem, **Guillelmum I. Hafey.**

Maioricensem et Ibusensem, **Gabrielem Llompart y Jaume, iam Episcopum Gerundensem.**

Camposinum, **Henricum Mourâo.**

Valentinum in Brasilia, **Andream Arcoverde de Albuquerque Cavalcanti.**

Amazonensem, **Basilium Emmanuelem. Olympium Pereira.**

Tiioronensem, **Petrum Patau, Auxiliarem Iulii ÜL Ludovici Carsalade du Pont, Episcopi Elnensis.**

Castri Maris **seu** *Stabiensem,* **Paschalem Ragosta, iam Episcopum Isclanum.**

Jassiensem, **Michaelem Robu.**

Wayne Castrensem, **Ioannem F. Noli.**

Alabandensem, **Franciscum Chaize, Coadiutorem cum iure futurae successionis Petri M. Gendreau Vicarii Apostolici de Hanoi.**

Comanensem, **Ioannem Campling, Vicarium Apostolicum Nili Superioris.**

Phesseitanum, **Davidem O' Leary, Vicarium Apostolicum Transvaalensem.**

Blesensem, **Georgium Audollent.**

Aniciensem, **Norbertum Rousseau.**

Buthenensem, **Carolum Challiol.**

Brythrarum, **Franciscum M. Picaud, Auxiliarem Alcimi Gourand, Episcopi Venetensis.**

Indianapolitanum, **Ioannem Timotheum Mac Nicholas, iam Episcopum Duluthensem.**

Palentinum, **Augustinum Parrado y Garcia.**

Larandensem, **Vladislaum Szczésniak, Auxiliarem Emi Alexandri Card. Kakowski, Archiepiscopi Varsaviensis.**

Colibrassensem, **Iosephum Ghanima, Auxiliarem Iosephi Emmanuelis Thomas, Patriarchae Babylonensis Chaldaeorum.**

Portlandensem, **Ioannem Gregorium Murray, iam Episcopum titularem Flaviadensem.**

PMlippopolitanum, **Ignatium Dubowski, iam Episcopum Luceoriensem et Zytomiriensem.**

de Caeeres, **Franciscum Beyes.**

Poneensem, **Edwinum Vincentium Byrne.**

Basileensem et Luganensem, **Iosephum Ambühl.**

Çorycensem, **Iosephum Miralies y Sbert, hactenus Episcopum Illerdenem, Coadiutorem cum iure futurae successionis Baymundi Guillamet y Coma, Episcopi Barcinonensis.**

Indianapolitanum, **Iosephum Chartrand, iam Archiepiscopum electum Cincinnatensem.**

Lyddensem, **Ioannem Iacobum Monaghan, iam Episcopum Wilmingtoniensem.**

Flaviadensem, **Iosephum Irazola, Vicarium Apostolicum de Ucayali.**

Hipponis DiarrhytJiensem, **Iacobum Leen, Coadiutorem cum iure futurae successionis Ioannis Baptistae Murphy, Episcopi Portus Ludovici.**

Phobensem **seu** *Anastasiopolitanum,* **Bernardum Cornelium O' Biley, Vicarium Apostolicum Districtus occidentalis Promontorii Bonae Spei.**

Rubensem et Bituntinum, **Dominicum Del Buono, iam Episcopum Augilensem.**

Wilmingtoniensem, **Edmundum, Pitzmaurice.**

Zamensem, **Ioannem Iosephum Santini.**

Vapincensem, **Iulium Saliège.**

Flaviopolitanum, **Emmanuelem Coste, Coadiutorem cum iure futurae successionis Pauli Felicis Beauvamjde Beauséjour, Episcopi Carcassonensis.**

Scilitanum, **Michaelem Bubnic, Administratorem Apostolicum dioecesis Bosnaviensis.**

Salonensem, Antonium Zërr, olim Episcopum Tiraspolensem.

Coadiutorem cum iure futurae successionis Iosephi S. R. E. Card. Francisca Nava di Bontifé, Archiepiscopi Catanensis, Aemilium Ferrais, Episcopum titularem Lystrensem.

Tandem Ssmus Dnus nuntiavit Se, dato decreto, R. P. D. Sigismundi LozinsM, iam Episcopi Minsciensis, iurisdictionem coarctasse ad illam primitivae dioecesis partem quae in ditione Reipublicae Poloniae invenitur, quam etiam ampliavit iuxta fines per Apostolicas Litteras *Vico dum Poloniae unitas* statutos, cum sede in urbe Pinsk.

II

IMPOSITIO RUBRI GALERI

Feria V, die 17 decembris 1925, in Patriarchali Basilica Vaticana, habitum est *Consistorium publicum,* in quo Ssmus Dnus noster Pius Pp. XI Galerum rubrum Pontificalem sollemniter imposuit Cardinalibus quos in Consistorio die 30 martii creaverat, nempe:

EUSTACHIO ILUNDAIN Y ESTEBAN,
VINCENTIO CASANOVA Y MARZOL;

itemque Cardinalibus a Se creatis in superiori Consistorio secreto:

HENRICO GASPARRI,
PATRICIO O' DONNELL,
ALEXANDRO VERDE.

Interea, per advocatum Sacri Consistorii Albertum Guidi, pro secunda vice, peroratio fiebat Causae ven. Servi Dei Marci ab Aviano, sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capulatorum.

III

I. - PROVISIO ECCLESIARUM

Publico Consistorio peracto, habitum est, in consueta Aula Palatii Apostolici Vaticani, *Consistorium secretum,* in quo, postquam Beatissimus Pater os supradictis novis Cardinalibus, ut de more, obserasset, sequentes proposuit Ecclesias, videlicet :

Titulari episcopali Ecclesiae Troadensi praefecit R. P. D. Damasum Pium De Bono, hactenus Episcopum Calatayeronensem.

Titulari episcopali Ecclesiae Letopolitanae, B. P. D. Fabiarmm Antonium Eestermans, hactenus Episcopum Lahorensem.

Titulari episcopali Ecclesiae Salenae, R. P. D. Augustinum Schinner, hactenus Episcopum Spokanensem.

Titulari episcopali Ecclesiae Liparensi in Lydia, R. P. Isidorum M. Iosephum Dumortier, e Societate Parisiensi Missionum ad exteros, quem constituit Vicarium Apostolicum de Saigon.

Titulari episcopali Ecclesiae Dercensi, R. P. Mauritium Mae Auliffe, Rectorem parvi Seminarii Hartfortiensis, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Ioannis Iosephi Mlan, Episcòpi Hartfortiensis.

II. - POSTULATIO PALLIORUM

Posthaec Beatissimus Pater os aperuit novis Cardinalibus, ut in Consistoriis, Congregationibusque aliisque coetibus cardinalitiis suas valeant dicere sententias, ac subinde postulationem Sacri Pallii Metropolitanarum Ecclesiarum *Barensis, Oompostellanae, Golocensis, Montisregalis, Quebecensis, Cincinnatensis, Vilnensis, Cracoviensis,* Archiepiscopalis *Panamensis* atque, ex privilegio, cathedralis Ecclesiae *Aniciensis,* benignissime admisit.

III. - ASSIGNATIO TITULORUM ET DIACONIAE

Denique novis Cardinalibus Ssmus Dominus Noster anulos tradidit et assignavit:

EUSTACHIO ILUNDAIN Y ESTEBAN *Titulum Sancti Laurentii in Panisperna.*

VINCENTIO CASANOVA Y MARZOL *Titulum Sancti Vitalis.*

HENRICO GASPARRI *Titulum Sancti Bartholomaei in Insula.*

PATRICIO O' DONNELL *Titulum Sanctae Mariae de Pace.*

ALEXANDRO VERDE *Diaconiam Sanctae Mariae in Cosmedin.*

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACEA CONGREGATIO S. OFFICII

SUBMISSIONIS DECLARATIO

Rev. D. Ioannes Hehn, decreto Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Feria IV, die 1 iulii huius anni edito, quo proscripta et in Indicem librorum prohibitorum inserta sunt opera, quibus tituli: *Die biblische und die babylonische Gottesidee, Die israelitische Gottesauffassung im Lichte der altorientalischen Beligionsgeschiehte* et *Wege zum Monotheismus,* se subiecit, ac damnatos libros reprobavit.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 10 decembris 1925.

A. Castellano, *Supremae S. G. S. O, Notarius.*

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

23 novembris 1925. — Titulari episcopali Ecclesiae Salonensi praefecit R. P. D. Antonium Zërr, olim Episcopum Tiraspolensem.

12 decembris. — Coadiutorem cum iure futurae successionis Emi ac Rmi D. Ioseph S. R. E. Card. Francica Nava di Bontifé, Archiepiscopi Catanensis, deputavit R. P. D. AemiUum Ferrais, Episcopum titularem Lystrensem.

R. D. Ioseph Solé y Mercadé electus Episcopus titularis Citrensis ac deputatus Auxiliaris Episcopi Matritensis et Complutensis, nominationi de se factae renuntiavit eiusque renuntiatio benigne acceptata est.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

Dominica ultima Octobris

TN FESTO D. N. JESU CHRISTI EEGIS

Duplex I classis

m I VESPERIS

Ant. 1. Pacificus * vocabitur, et thronus ejus erit firmissimus in perpetuum.

Psalmi de Dominica, sed loco ultimi dicitur Ps. 116 Laudate Dominum, omnes Gentes.

2. Regnum ejus * regnum sempiternum est, et omnes reges sérvient ei et obédient.

3. Ecce Vir Oriens * nomen ejus: sedébit et dominábitur, et loquetur pacem Gentibus.

4. Dominus * judex noster, Dornums legifer noster: Dominus Rex noster, ipse salvabit nos.

5. Ecce dedi te * in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae.

Capitulum *Coloss.* 2, *12-13*

Fratres: Gratias agimus Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suae.

Hymnus

Te saeculorum Principem,
Te, Christe, Regem Gentium,
Te mentium, te cordium
Unum fatemur árbitrum.

Scelésta turba clámitat:
Regnare Christum nolumus:
Te nos ovantes omnium
Regem supremum dicimus.

O Christe, Princeps Pácifer,
Mentes rebelles sub j ice:

Tuoque amóre devios,
Ovile in unum congrega.

Ad hoc cruènta ab àrbore
Pendes apertis bráchiis,
Diráque fossum cúspide
Cor igne flagrans exhibes.

Ad hoc in aris ábderis
Vini dapísque imagine,
Fundens salutem filiis
Transverbérate pectore.

Te nationum Présides
Honore tollant público,
Colant magistri, júdices,
Leges et artes exprimant.

Submissa regum fulgeant
Tibi dicata insignia:
Mitique sceptro patriam
Domósque subde civium.

Jesu, tibi sit gloria,
Qui sceptra mundi temperas,
Cum Patre, et almo Spiritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

Sic terminantur omnes Hymni usque ad Completorium sequentis diei inclusine.

f. Data est mihi omnis potestas.

IÇ. In caelo et in terra.

Ad Magnij. Ant. Dabit illi * Dominus Deus sedem David, patris ejus: et regnabit in domo Jacob in sternum, et regni ejus non erit finis, alleluja.

Oratio

Omnipotens sempiterne Deus, qui in dilecto Filio tuo, universorum Eege, omnia instaurare voluisti: concede propitius; ut cunctse familise Gentium, peccati vulnere disgregátse, ejus suavissimo subdantur imperio: Qui tecum.

Et fit Commemoratio Dominicos occurrentis.

Completorium de Dominica.

AD MATUTINUM

Invita Jesum Christum, Eegem regum: * Venite, adoremus.

Ps. 94. Venite, exsultémus.

Hymnus

etèrna Imago Altissimi,
Lumen, Deus, de Lumine,
Tibi, Redemptor, gloria,
Honor, potestas regia.

Tu solus ante saecula
Spes atque centrum temporum,
Cui jure sceptrum Gentium
Pater supremum credidit.

Tu flos pudiese Virginis,
Nostrae caput propáginis,
Lapis cadúcus vértice
Ac mole terras óccupans.

Diro tyránno subdita,
Damnata stirps mortalium,
Per te ref régit vincula
Sibique caelum vindicat.

Doctor, Sacerdos, Legifer
Praefers notatum sanguine
In veste « Princeps principum
Regumque Rex Altissimus ».

Tibi volentes súbdimur,
Qui jure cunctis imperas:
Haec civium beátitas
Tuis subesse legibus.

Jesu, tibi sit gloria,
Qui sceptra mundi temperas,
Cum Patre, et almo Spiritu,
In sempiterna saecula.

Amen.

IN I NOCTURNO

Ant. Ego autem * constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, praedicans praeceptum ejus.

Ps. 2. Quare fremuérunt Gentes.

Ant. Gloria * et honore coronasti eum, Domine: omnia subjecisti sub pedibus ejus.

Ps. 8. Domine, Dominus noster.

Ant. Elevámini, * portae aeternáles, et introibit Rex gloriae.

Ps. 23. Domini est terra.

f. Data est mihi omnis potestas.

I?. In caelo et in terra.

De Epistola beati Pauli Apóstoli ad Colossenses

Lectio j *Cap.* 2, *3-23*

Gratias agimus Deo, et Patri Domini nostri Jesu Christi, semper pro •vobis orantes, audientes fidem vestram in Christo Jesu, et dilectionem quam habetis in sanctos omnes, propter spem quae reposita est vobis in caelis, quam audistis in verbo veritatis evangelii, quod pervenit ad vos, sicut et in universo mundo est, et fructificat, et crescit, sicut in vobis, ex ea die qua audistis et cognovistis gratiam Dei in veritate, sicut didicistis ab Epáphra, carissimo consèrvo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Jesu, qui etiam manifestavit nobis dilectionem vestram in spiritu.

1$. Super solium David et super regnum ejus sedébit in aeternum: * Et vocabitur nomen ejus Deus, Fortis, Princeps pacis. T. Multiplicábitur ejus imperium, et pacis non erit finis. Et vocabitur.

Lectio ij

Ideo et nos ex qua die audivimus, non cessámus pro vobis orantes, et postulantes ut impleámini agnitione voluntatis ejus, in omni sapientia et intellectu spiritali; ut ambuletis digne Deo per omnia placantes; in omni opere bono fructificantes, et crescentes in scientia Dei; in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis ejus, in omni patientia et longanimitáte cum gaudio; gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suae, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum. Qui est imago Dei invisibilis, primogénitus omnis creaturae; quoniam in ipso condita sunt universa in caelis et in terra, visibilia et invisibilia, sive throni, sive dominatiónes, sive principatus, sive potestates: omnia per ipsum et in ipso creata sunt: et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant.

1$. Aspiciébam in visu noctis, et ecce in núbibus caeli Filius hominis veniebat: et datum est ei regnum et honor: * Et omnis populus, tribus et linguae sérvient ei. T. Potestas ejus, potestas aetérna, quae non auferatur: et regnum ejus, quod non corrumpatur. Et omnis.

Lectio ii)

Et ipse est caput corporis Ecclesiae, qui est principium, primogénitas ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens; quia in ipso complácuit omnem plenitudinem inhabitare, et per eum reconciliare omnia ih ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus sive quae in terris, sive quae in caelis sunt. Et vos cum essétis aliquando alienati, et inimici sensu in operibus malis; nunc autem reconciliavit in corpore carnis ejus per mortem, exhibere vos sanctos, et immaculatus, et irreprehensibiles coram ipso; si tamen permanétis in fide fundati, et stabiles, et immobiles a spe evangelii, quod audistis, quod praedicatum est in universa creatura quae sub caelo est, cujus factus sum ego Paulus minister.

1$. Tu Bethlehem Epurata, parvulus in minibus Juda: ex te mihi egrediatur qui sit dominator in Israël: * Et erit iste Pax. *y.* Egressus ejus ab initio, a diebus aeternitatis: stabit, et pascet in fortitudine Domini. Et erit. Gloria Patri. Et erit.

IN II NOCTURNO -

Ant. Sedébit * Dominus Bex in aeternum: Dominus benedicet populo suo in pace.

* *Ps. 28.* Afferte Domino, filii Dei.

Ant. Virga directionis, * virga regni tui: propterea populi confitebuntur tibi in aeternum, et in saeculum saeculi.

Ps. 44. Eructávit.

Ant. Psállite Begi nostro, * psállite: quoniam Bex magnus super omnem terram.

Ps. 46. Omnes Gentes, plaudite manibus.

T. Afferte Domino, familiae populorum.

Afferte Domino gloriam et imperium.

Ex Litteris Encyclicis Pii Papae undecimi

Litt. Encycl. Quas primas, *diei 11 Decembris 1925*

Lectio iv

Cum Annus sacer non unam ad inlustrándum Christi regnum habuerit opportunitatem, videmur rem facturi Apostólico muneri in primis consentaneam, si, plurimorum Patrum Cardináhum, Episcoporum fideliumque precibus, ad Nos ant singillatim aut communiter delatis, concedentes, hunc ipsum Annum peculiari festo Domini Nostri Jesu Christi Eegis in ecclesiasticam liturgiam inducéndo clausérimus. Ut translata

verbi significatione Rex appellaretur Christus ob summum excellentiae gradum, quo inter omnes res creatas praestat atque eminet, jam diu communiterque usu venit. Ita enim fit, ut regnare is *in mentibus hominum* dicatur non tam ob mentis aciem scientiaeque suae amplitudinem, quam quod ipse est Veritas, et veritatem ab eo mortales haurire atque obedienter accipere necesse est; *in voluntatibus* item *hominum,* quia non modo sanctitati in eo voluntatis divinae perfecta prorsus respondet humanae integritas atque obtemperatio, sed etiam liberae voluntati nostrae id permotióne instinctuque suo súbjicit, unde ad nobilissima quaeque exardescámus. *Cordium* dénique *Bex* Christus agnoscitur ob ejus *supereminentem sciéntiœ caritatem* et mansuetudinem benignitatémque ánimos allicientem: nec enim quemquam usque adeo ab universitate gentium, ut Christum Jesum, aut amari aliquando contigit aut amátum iri in posterum continget. Verum, ut rem pressius ingrediamur, nemo non videt, nomen potestatémque regis, propria quidem verbi significatione, Christo homini vindicari oportere; nam, nisi quatenus homo est, a Patre *potestatem et honorem et regnum* accepisse dici nequit, quandoquidem Dei Verbum, cui eadem est cum Patre substantia, non potest omnia cum Patee non habere communia, proptereaque ipsum in res creatas universas summum atque absolutissimum imperium.

P/. Exsúlta satis, filia Sion; jubila, filia Jerusalem: ecce Eex tuus veniet tibi Justus et Salvator: * Et loquetur pacem Gentibus. T. Potestas ejus a mari usque ad mare: et a fluminibus usque ad fines terrae. Et loquetur.

Lectio v

Quo autem haec Domini nostri dignitas et potestas fundamento consistat, apte Cyrillus Alexandrinus animadvertit : *Omnium, ut verbo dicam, creaturárum dominatum obtinet, non per vim extortum, nec aliunde invectum, sed essentia sua et natura;* scilicet ejus principatus illa nititur unióne mirabili, quam hypostáticam appellant. Unde consequitur, non modo ut Christus ab angelis et hominibus Deus sit adorándus, sed etiam ut ejus imperio Hominis, Angeli et homines pareant et subjécti sint: nempe ut vel solo hypostáticae unionis nomine Christus potestatem in universas creaturas obtineat. Jamvéro, ut hújus vim et naturam principatus paucis declaramus, dicere vix attinet triplici eum potestate contineri, qua si earuerit, principatus vix intelligitur. Id ipsum deprompta atque allata ex sacris Litteris de universali Eedemptóris nostri imperio testimonia plus quam satis significant, atque est catholica fide credendum, Christum Jesum hominibus datum esse utique Redemptorem cui fidant, at una simul legislatorem cui obédiant. Ipsum autem evangélia non tam

leges condidisse narrant, quam leges condéntem inducunt: quas quidem praecepta quicumque servárint, iidem a divino Magistro, alias aliis verbis, et suam in eum caritatem probaturi et in dilectione ejus mansúri dicuntur. «Iudiciariam vero potestatem sibi a Patre attributam ipse Jesus Judéis, dé Sábbati requiéte per mirabilem debilis hominis sanationem violata criminántibus, - denuntiat: *Neque enim Pater judicat quemquam, sed omne Judicium dedit Filio.* In quo id etiam comprehenditur (quoniam res a judicio disiungi nequit) ut praemia et poenas hominibus adhuc viventibus jure suo deferat. At praeterea potestas illa, quam exsecutionis vocant, Christo adiudicanda est, utpote cujus imperio parére omnes necesse sit, et ea quidem denuntiata contumácibus irrogatione suppliciórum, quae nemo possit effugere.

3$. Oportet illum regnare, quoniam omnia subjécit Deus sub pedibus ejus: * Ut sit Deus omnia in ómnibus. T. Cum subjecta fuerint illi omnia, tunc et ipse Filius subjéctus erit Patri. Ut sit.

Lectio vj

Verumtamen ejusmodi regnum praecipuo quodam modo et spirituale esse et ad spiritualia pertinere, cum ea, quae ex Bibliis supra protufimus, verba pianissime ostendant, tum Christus Dominus sua agendi ratione confirmat. Siquidem, non una data occasione, cum Judaêi, immo vel ipsi Apóstoli, per errorem censerent, fore ut Messias populum in Ubertatem vindicaret regnumque Israël restitueret, vanam ipse opinionem ac spem adimere et convèllere ; rex a circumfúsa admirántium multitudine renuntianda, et nomen et honorem fugiéndó latendóque detrectáre; coram Praeside romano edicere, regnum suum^e *hoc mundo* non esse. Quod quidem regnum tale in evangeliis proponitur, in quod homines poenitentiam agendo ingredi parent, ingredi vero nequeant nisi per fidem et baptismum, qui etsi est ritus externus, interiorem tamen regenerationem significat atque efficit ; opponitur unice regno Sátanae et potestati tenebrarum, et ab asseclis postulat, non solum ut, abalienáto a divitiis rebusque terrenis ánimo, morum préférant lenitátem et esúriant sitiántque iustitiam, sed etiam ut semet ipsos ábnegent et crucem suam tollant. Cum autem Christus et Ecclesiam Redemptor sanguine suo acquisiverit et Sacerdos se ipse pro peccatis hostiam obtulerit perpetuóque offerat, cui non videatur regium ipsum munus utriusque illius naturam muneris induere ac participare? Turpiter, ceteroquin, erret, qui a Christo homine rerum civilium quarumlibet imperium abjúdicet, cum is a Patre jus in res creatas absolutissimum sic obtineat, ut omnia in suo arbitrio sint posita. Itaque, auctoritate Nostra apostólica, festum Domini Nostri Jesu

Christi Begis instituimus, quotannis, postremo mensis Octobris dominico die, qui scilicet Omnium Sanctorum celebritatem proxime antecedit, ubique terrarum agendum. Item praecipimus, ut eo ipso die generis humani Sacratissimo Cordi Jesu dedicatio quotannis renovetur.

B¡. Fecit nos regnum et sacerdotes Deo et Patri suo: * Ipsi gloria et imperium, in saecula saeculorum, y. Ipse est primogénitus mortuorum, et princeps regum terrae. Ipsi gloria. Gloria Patri. Ipsi gloria.

IN III NOCTURNO

Ant. Benedicantur in ipso * omnes tribus terrae; omnes Gentes magnificábunt eum.

Ps. 71. Deus, Judicium tuum Begi da.

Ant. Et ego primogenitum * ponam illum: excelsum prae régibus terrae.

Ps. 88 j. Misericordias Domini in aeternum cantábo.

Ant. Thronus ejus * sicut sol in conspectu meo: et sicut luna perfecta in aeternum.

Ps. 88 ij. Si autem dereliquerint filii ejus legem meam, * et in judiciis meis non ambulaverint.

Y. Adorábunt eum omnes reges terrae,

IJ/. Omnes Gentes sérvient ei.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem

Lectio vij *Gap. 18, 33-37*

In illo tempore: Dixit Pilatus ad Jesum: Tu es Rex Judseorum? Respondit Jesus: A temetipso hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me? Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi

Tract. SI in Joan. 12-13; et Tract. 117 in Joan. 19-21

Quid magnum fuit Regi saeculorum Regem fieri hominum? Non enim Rex Israel Christus ad exigendum tributum vel exercitum ferro armán^dum hostésque visibiliter debellándos; sed Rex Israël, quod mentes regat, quod in aeternum consulat, quod in regnum caelorum credentes, sperantes amantésque perducat. Dei ergo Filius aequalis Patri, Verbum per quod facta sunt omnia, quod Rex esse voluit Israël, dignátio est, non promotio; miseratiónis indicium est, non potestatis augmentum. Qui enim appellatus est in terra Rex Judseórum, in caelis est Dominus Angelorum.

Sed Judaeórum tantum Eex est Christus, an et Gentium? Imo et Gentium. Cum enim dixisset in prophetia: Ego autem sum constitutus Eex ab eo super Sion montem sanctum ejus, praedicans praeceptum Domini: ne propter montem Sion solis Judaéis eum regem quisquam diceret constitutum, continuo subjécit: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie génui te; postula a me et dabo tibi Gentes hereditatem tuam et possessionem tuam términos terrae.

1$. Factum est regnum hujus mundi Domini nostri et Christi ejus: * Et regnábit in saecula saeculorum, *f*. Adorábunt in conspectu ejus universae familiae Gentium; quoniam Domini est regnum. Et regnábit.

Lectio tiij

Tract. llo in Joan. 18-36

Eespóndit Jesus: Eegnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertárent, ut non tráderer Judaéis; nunc autem regnum meum non est hinc. Hoc est quod bonus Magister scire nos voluit; sed prius nobis demonstranda fuerat vana hominum de regno ejus opinio, sive Gentium, sive Judaeórum a quibus id Pilatus audierat: quasi propterea morte fuisset plecténdus, quod illicitum affectáverit regnum, vel quoniam solent regnatúris invidére regnantes, et videlicet cavendum erat ne ejus regnum sive Eománis, sive Judaéis esset adversum. Poterat autem Dominus quod ait, Eegnum meum non est de hoc mundo, ad primam interrogationem praesidis respondere, ubi ei dixit, Tu es rex Judaeórum? sed eum vicissim intérrogans, utrum hoc a semetipso diceret, an audisset ab aliis, illo respondente ostendere voluit hoc sibi apud illum fuisse a Judéis velut crimen objéctum: patefaciens nobis cogitationes hominum, quas ipse noverat, quoniam vanae sunt; eisque post responsionem Piláti, jam Judaéis et Gentibus opportunius aptiusque respondens, Eegnum meum non est de hoc mundo.

1$. Decem córnua quae vidisti, decem reges sunt. Hi cum Agno pugnábunt, et Agnus vincet illos,|* Quoniam Dominus dominorum est, et Eex regum, y, Eegnávit Dominus Deus noster omnipotens: gaudeamus et exsultémus, et demus gloriam ei. Quoniam. Gloria Patri. Quoniam.

Lectio ix de Homilia Dominicœ occurrentis.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES

et per Horas

Ant. 1. Suscitabit * Deus caeli regnum quod comminuet et consúmet univèrsa, regna, et ipsum stabit in aeternum.

Psalmi de Dominica 1 loco.

2. Dedit ei Dominus * potestatem et honorem et regnum; et omnes populi, tribus et linguae ipsi sérvient.

3. Exíbunt aquae vivae * de Jerusalem; et erit Dominus Bex super omnem terram.

4. Magnificábitur * usque ad términos terrae, et erit iste pax.

5. Gens et regnum * quod non servierit tibi, peribit: et Gentes solitudine vastabuntur.

Capitulum *Coloss. 1, 12-13*

Fratres: Gratias agimus Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suae.

Hymnus

Vexilla Christus inclyta
Late triumphans explicat:
Gentes adéste supplices,
Eegique regum plaudite.

Non Ille regna cládibus,
Kon vi metúque súbdidit:
Alto levátus stipite,
Amóre traxit omnia.

O ter beata civitas
Cui rite Christus imperat,
Quae jussa pergit exsequi
Edicta mundo caélitus!

Non arma flagrant impia,
Pax usque firmat foédera,
Arridet et concordia,
Tutus stat ordo civicus.

Servat fides connubia,
Juvénta pubet integra,
Pudica florent limina
Domesticis virtutibus.

Optata nobis spléndeat
Lux ista, Eex dulcissima:
Te, pace adepta candida,
Adoret orbis subditus.
Jesu, tibi sit gloria,
Qui sceptra mundi temperas,
Cum Patre, et almo Spiritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

y. Multiplicábitur ejus imperium.

3$. Et pacis non erit finis.

Ad Bened. Ant. **Fecit nos Deo * et Patri suo regnum, primogénitus mortuorum, et Princeps regum terrae, alleluja.**

Oratio ut supra in I Vesperis.

Et fit Commemoratio Dominicos occurrentia.

Ad Horas Psalmi de Dominica, ad Primam tamen ut in Festis: et ad eam in Besponsorio brevi Versus: **Qui primatum in omnibus tenes.**

AD TERTIAM

Capitulum **Fratres: Gratias,** *ut supra ad Laudes.*

IJT. *br.* **Data est mihi * Omnis potestas. Data.** T. **In caelo et in terra. Omnis. Gloria Patri. Data.**

y. Afferte Dómino, familiae populorum.

3$. Afferte Dómino, gloriam et imperium.

AD SEXTAM

Capitulum *Coloss. 1, 16-17*

Omnia per ipsum et in ipso creata sunt, et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis Ecclesiae, qui est principium, primogénitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens.

3$. *br.* **Afferte Domino, * familiae populorum. Afferte.** *Y-* **Afferte Domino gloriam et imperium. Familiae. Gloria Patri. Afferte.**

Y. **Adorábunt eum omnes reges terrae.**

. **3$. Omnes Gentes sérvient ei.**

AD NONAM

Capitulum *Coloss. 1, 19-20*

In ipso complácuit omnem plem^údinem inhabitare, et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus sive quae in terris, sive quae in caelis sunt, in Christo Jesu Domino nostro.

1$. br. **Adorábunt eum * Omnes reges terras. Adorábunt. *f.* Omnes Gentes sérvient ei. Omnes. Gloria Patri. Adorábunt.**

V. Multiplicábitur ejus imperium.

I^. Et pacis non erit finis.

TN II VESPERIS

Omnia ut in I Vesperis, praeter sequentia:

Y. **Multiplicábitur ejus imperium.**

1$. **Et pacis non erit finis.**

Ad Magnif. Ant. **Habet in vestiménto * et in fèmore suo scriptum: Rex regum, et Dominus dominantium. Ipsi gloria et imperium,** in **saecula saeculorum.**

Et fit Commemoratio Dominicas occurrentis.

Completorium de Dominica.

AD MISSAM

Introitus *Apoc. 5, 12; 1, 6*

Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, et divinitatem, et sapientiam, et fortitudinem, et honorem. Ipsi gloria et imperium in saecula saeculorum. *Ps. 71, 1.* **Deus, Judicium tuum Regi da: et iustitiam tuam Filio Regis.** *J.* **Gloria Patri.**

Oratio

Omnipotens sempiterne Deus, qui in dilecto Filio tuo, universorum Rege, omnia instaurare voluisti: concede propitius; ut cunctae familiae Gentium, peccati vulnere disgregata, ejus suavissimo subdantur imperio: Qui tecum.

Et fit Commemoratio Dominicas occurrentis.

Lectio Epistolae beati **Paufi Apóstofi ad Colossenses**

Coloss. 1, 12-20

Fratres: Gratias agimus Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Fini **dilectionis suae, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum. Qui est imago Dei invisibilis, primogénitus omnis creaturae; quoniam in ipso condita sunt universa in caelis et in terra, visibilia et in visibilia, sive throni, sive dominatiónes, sive principatus, sive potestates: omnia per ipsum, et in ipso creata sunt, et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis Ecclesiae, qui est principium, primogénitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens; quia in ipso complácuit omnem plenitudinem inha-**

bitáre, et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus sive quae in terris, sive quas in caelis sunt, in Christo Jesu Domino nostro.

Graduale Ps. 71, 8 et 11 Dominábitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad términos orbis terrarum, *f.* Et adorábunt eum omnes reges terrae: omnes Gentes sérvient ei.

Alleluja, alleluja. *Y- Dan. 7, 14* Potestas ejus, potestas aetérna, quae non auferatur: et regnum ejus, quod non corrumpatur. Alleluja.

In Missis votivis post Septuagesimam, omissis Alleluja *et Versu sequenti, dicitur*

Tractus Ps. 88, 27-28 et 30 Ipse invocábit me: Pater meus es tu: Deus meus, et susceptor salutis meae. *f.* Et ego primogenitum ponam illum: excelsum prae régibus terrae. *Y.* Et ponam in saeculum saeculi semen ejus: et thronum ejus sicut dies caeli.

Tempore autem Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur:

Alleluja, alleluja. *Y- Dan. 7,14* Potestas ejus, potestas aetérna, quae non auferatur: et regnum ejus, quod non corrumpatur. Alleluja. *Y- Apoc. 19, 16* Habet in vestiménto et in fèmore suo scriptum: Eex regum, et Dominus dominantium.

£8 Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem

Cap. 18, 33-37

In illo tempore: Dixit "Pilatus ad Jesum: Tu es Eex Judaeórum? Eespóndit Jesus: A temetipso hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me? Eespóndit Pilatus: Numquid ego Iudaeus sum? Gens tua et pontifices tradiderunt te mihi; quid fecisti? Eespóndit Jesus: Beghuni meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertárent, ut non tráderer Judaéis; nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo Eex es tu? Eespóndit Jesus: Tu dicis quia Eex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati; omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.

Credo.

Offertorium Ps. 2, 8 Postula a me, et dabo tibi Gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam términos terrae.

Secreta

Hostiam tibi, Dómine, humanae reconcüiatiónis off erimus: praesta, quaesumus; ut Quem sacrificiis praesentibus immolámus, Ipse cunctis Gentibus unitatis et pacis dona concedat, Jesus Christus Filius tuus Dominus noster: Qui tecum.

M fit Commemoratio Dominicos occurrentis.

Præfatio

. **Vere dignum et iustum est, aequum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus: Qui unigenitum Filium tuum Dominum nostrum Jesum Christum, Sacerdotem aeternum et universorum Eegem, óleo exsultatiónis unxisti: ut seipsum in ara crucis, hostiam immaculatam et pacificam offerens, redemptionis humanae sacramenta perageret: et suo subjéctis imperio ómnibus creatúris, aeternum et universale regnum, immensae tuae tráderet Maiestati: regnum veritatis et vitae; regnum sanctitatis et gratiae; regnum iustitiae, amoris et pacis. Et ideo...**

Communio Ps. 28, 10 et 11 **Sedébit Dominus Rex in aeternum: Dominus benedicet pópulo suo in pace.**

Postcommunio

Immortalitátis alimoniam consecuti, quaesumus, Dómine: ut, qui sub Christi Regis vexillis militare gloriámur, cum Ipso, in caelesti sede, iugiter regnare possimus: Qui tecum.

Et fit Commemoratio Dominicos occurrentis, cujus Evangelium legitur in fine.

ELOGIUM PRO MARTYROLOGIO ROMANO

Sabbato ante Dominicam ultimam Octobris*

Festum Domini Nostri Jesu Christi Regis.

URBIS ET ORBIS

Dominica ultima Octobris

FESTUM DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI REGIS

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa undecimus, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, praesens Officium cum Missa et Elogium pro Martyrologio Romano adprobavit; illudque in Festo primario Domini Nostri Iesu Christi Regis, sub ritu duplici primae classis, Dominica ultima Octobris ab Ecclesia universali adhibendum iussit: servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 12 decembris 1925.

£8 **A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,**
S. B. C. Praefectus.

L. S S.

Alexander Verde, S. R. C. *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 15 dicembre 1925, presso l'Emo e Revino Signor Cardinale Gaetano Bisleti, Ponente della Cansa di Beatificazione e Canonizzazione della Ven. Serva di Dio Bartolomea Capitanio, prima Fondatrice dell' Istituto delle Suore della Carità in Lovere diocesi di Brescia, si è tenuta la Congregazione *Antipreparatoria* dei Sacri Biti, nella quale dai Revmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima si è discusso il dubbio su due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione della stessa Venerabile, i quali vengono proposti per la sua Beatificazione.

Martedì, 22 dicembre 1925, presso *Y* Emo e Bino Signor Cardinale Gaetano Bisleti, Ponente della Causa di Beatificazione e dichiarazione del Martirio del Servo di Dio Abba Ghebre Michele. Sacerdote aggregato alla Congregazione della Missione, si è tenuta la Congregazione *Antipreparatoria* dei Sacri Riti, nella quale, dai Bini Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima, si è discusso il dubbio se consti del martirio, della causa del martirio e dei segni e prodigi del detto Servo di Dio che si asserisce ucciso in odio alla Fede.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con biglietti della Segreteria di Stato in data 17 dicembre .1925, la Santità di Nostro Signore si è benignamente degnata di assegnare le seguenti Sacre Congregazioni ai nuovi Emi e Rmi Signori Cardinali, che nel Concistoro del medesimo giorno hanno ricevuto il Cappello Cardinalizio:

Al Signor Cardinale Eustachio Ilundain y Esteban, Arcivescovo di Siviglia, le Sacre Congregazioni: del *Concilio,* dei *Biti* e della *Reverenda Fabbrica di 8. Pietro.*

Al Signor Cardinale Vincenzo Casanova y Marzol, Arcivescovo di Granata, le Sacre Congregazioni: dei *Religiosi,* dei *Riti* e della *Reverenda Fabbrica di 8. Pietro.*

Al Sig. Cardinale Enrico Gasparri, le Sacre Congregazioni: del *Concilio* e degli *Affari Ecclesiastici Straordinari* ed il *Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

Al Signor Cardinale Patrizio O' Donnell, Arcivescovo di Armagh, le Sacre Congregazioni: *Concistoriale,* dei *Riti* e dei *Seminari ed Università degli Studi.*

Al Signor Cardinale Alessandro Verde, le Sacre Congregazioni : del *Goncilio,* dei *Religiosi* e dei *Riti.*

INDEX GENERALIS ACTORUM

(AN. XVII — VOL. XVII)

II

INDEX DOCUMENTORUM

CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

ANNO MENSE I DIE

II. ACTA SS. CONGREGATIONUM

I. - SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

II. - S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

ANNO	MENSE	DIE	
1925	febr.		*Romana seu Parisien.* - Decretum super dubio de *tuto* iu causa canonizationis Beatae Magdalenae Sophiae Barat, fundatricis Societatis Sororum a Sacro Corde Iesu. . . . .
	»	28	Dubium de Missis conventualibus. . . . .
	martii	19	*Baiocen.* - Decretum super dubio de *tuto* in causa canonizationis Beati Ioannis Budes, missionarii apostolici et institutoris Congregationis Iesu et Mariae ac Ordinis Beatae Mariae Virginis a Caritate____
			Baiocen. seu Lexovien. - Decretum super dubio de miraculis in causa canonizationis Beatae Teresiae ab Infante Iesu, virginis, monialis professae Ordinis Carmelitarum Excalceatorum in monasterio Lexoviensi. . . . .
			Bomana seu Maceraten. et Tolentinen. - Decretum super dubio de miraculis in causa beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Vincentii Mariae Strambi, e Congregatione Clericorum Excalceatorum SSmae Crucis et Passionis D. N. I. C, Episcopi olim Maceratensis et Tolentinatis. . . . .
			Amnionen. - Decretum super dubio de martyrio in Causa beatificationis declarationis martyrii Servarum Dei Sororum Iphigeniae a S. Matthaeo, e Congregatione Sororum ab adoratione Sanctissimi Sacramenti; Elisabeth Teresiae a Sacro Corde Iesu, Ordinis Ursulinarum; Mariae Bosae, Ordinis Sancti Benedicti; Mariae a S. Henrico, Ordinis Cisterciensis, et Sociarum.. . . . .
			Lausannen. - Decretum super dubio de miraculis in causa canonizationis Beati Petri Canisii, confessoris, sacerdotis professi e Societate Iesu. . . . .
			Lausannen. - Decretum super dubio de *tuto* in causa causa canonizationis Beati Petri Canisii, confesssoris, sacerdotis professi e Societate Iesu. . . . .
			Baiocen. seu Lexovien. - Decretum super dubio de *tuto* in causa canonizationis Beatae Teresiae ab Infante Iesu, virginis, monialis professae Ordinis Carmelitarum Excalceatorum in monasterio Lexoviensi
			Romana seu Maceraten. et Tolentin. - Decretum super dubio de *tuto* in causa beatificationis et canonizationis ven. Servi Dei Vincentii Mariae Stambi, e Congregatione Clericorum Excalceatorum Ssmae Crucis et Passionis D. N. I. C, Episcopi olim Maceratensis et Tolentinatis. . . . .
	maii		*Avenionen.* - Decretum super dubio de *tuto* in causa beatificationis se declarationis martyrii venerabilium Servarum Dei Sororum Iphigeniae a S. Matthaeo, e Congregatione Sororum ab adoratione per-

ANNO MENSE I DIE PAG.

ANNO MENSE DIE

VII. - S. CONGREGATIO DE SEMINARIIS
ET DE STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

III

INDICES NOMINUM

I. - INDEX NOMINUM PERSONARUM

(NB. - *Omittuntur nomina actis subscripta)*

C

D

E

F

G

H

I-J

K

Q

R

S

T

U

V '

W

Z

II. - INDEX NOMINUM DIOECESIUM VICARIATUUM, ETC.

G

H

I-J

K

N

O

P

Q

B

S

III. - INDEX NOMINUM RELIGIONUM

IV

INDEX RERUM ANALYTICUS

D

E

Quaedam ***corrigenda*** in vol. XVII (1925) Commentarii ***Acta Apostolicae Sedis:***

Pag, 19, lin. 8 a calce, ***ad nominationem Archiepiscopi Ancyrani, adscribatnr dies,*** **11 ianuarii 1925,**

Pag. 489, lin. 15 a calce, ***post verbum*** **condidit** ***addatur:***

.....quibus Antistitum et populi magnam aestimationem adeptus est. Item plura scripta de vita christiana et sacerdotali luculenter exaravit, necnon de rebus liturgicis egregie locutus est. Verum singulare eius studium emicuit in salutari devotione promovenda erga Ssma Gorda Iesu et Mariae, quorum liturgicum cultum eisdem praestandum, non sine aliquo divino afflatu, primus omnium excogitavit. Instituta, ***etc.***

Pag. 490, lin. ll,_pro ***eo quod est:*** **sancti Viri agendi** ***legatur:*** **tanti patris, doctoris et apostoli agendi,** ***etc.***

DECIMUM SEPTIMUM VOLUMEN

COMMENTARII OFFICIALIS *Acta Apostolicae Sedis*

ABSOLVITUR DIE 28 DECEMBRIS 1925

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS